C 3705.5 F

Harvard College
Library

FROM THE BEQUEST OF
JOHN HARVEY TREAT
OF LAWRENCE, MASS.
CLASS OF 1862

SCRIPTORES

ORDINIS MINORUM

QUIBUS ACCESSIT

SYLLABUS ILLORUM

QUI EX EODEM ORDINE PRO FIDE CHRISTI

FORTITER OCCUBUERUNT.

PRIORES ATRAMENTO, POSTERIORES SANGUINE

CHRISTIANAM RELIGIONEM ASSERUERUNT.

RECENSUIT

FR. LUCAS WADDINGUS

EJUSDEM INSTITUTI THEOLOGUS.

EDITIO NOVISSIMA

ROMÆ MCMVI.

EDITORE DOCT. ATTILIO NARDECCHIA

VIA DELL'UNIVERSITÀ, 42-43.

C 390.5.5F

HARVARD COLLEGE
JAN 3 1921
LIBRARY

Treat fund
(I, II)

DOctores Ecclesiæ lectum Salomonis ambiunt, & venientes hostes repellunt, dum exemplis sustinent, verbis muniunt, & scriptis erudiunt. *Gregor. in cap. 3. Cant.*

SAncti Martyres etsi voce tacent, factorum virtute nos edocent; etsi lingua silent, martyrii passione persuadent. *Ambros. serm. 23. pro com. Mart.*

RELIGIO MINORUM DOCTORIBUS CANDIDA, MARTYRIBUS PURPURATA.

OBeatam Religionem nostram, quam sic honor divinæ dignationis illuminat, quam temporibus nostris gloriosus Martyrum sanguis illustrat. Erat ante in operibus Fratrum candida, nunc facta est in Martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia, nec rosæ desunt. Certent nunc singuli ad utriusque honoris amplissimam dignitatem, ut accipiant coronas, vel de opere candidas, vel de passione purpureas. *Cyprian. Epist. 9.*

BIBLIOTHECA HISTORICO-BIBLIOGRAPHICA

I.

SCRIPTORES
ORDINIS MINORUM

QUIBUS ACCESSIT

SYLLABUS ILLORUM

QUI EX EODEM ORDINE PRO FIDE CHRISTI

FORTITER OCCUBUERUNT.

PRIORES ATRAMENTO, POSTERIORES SANGUINE

CHRISTIANAM RELIGIONEM ASSERUERUNT.

RECENSUIT

FR. LUCAS WADDINGUS

EJUSDEM INSTITUTI THEOLOGUS.

EDITIO NOVISSIMA

ROMÆ MCMVI.

EDITORE DOCT. ATTILIO NARDECCHIA

VIA DELL' UNIVERSITÀ, 42-43.

ROMA - Stab. Tip. « Industria e Lavoro » Coppelle 35

TYPOGRAPHUS LECTORI

Ut primum tractari cœpit de impressione Supplementi ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci a v. cl. Fr. Jo: Hyacintho Sbaralea Minor. Conventual. confecti, in mentem venit acceptum fore eruditis, si eum eo etiam liber Waddingi, qui supletur, simul mixtim recuderetur, adhibita typorum diversitate ad distinctionem utriusque: sed iis, qui ope, et opera editionem curant, secus visum est, æquumque putarunt, inutili, graviorique sumptu eos eximere, qui librum Waddingi habent, atque eorum genio se accommodare, quibus displicet plures ejusdem Operis editiones suæ librorum collectioni adjungere. Sed mecum cogitans, Sbaralæ Opus ex parte inutile reddi iis, quibus præsto non est liber Waddingi, qui in Italia saltem rarus est, nec facile venalis invenitur, e re esse judicavi ipsum separatim imprimere; eumque tibi exhibeo, erudite Lector, correctum quo fieri potuit ab erroribus typorum, qui plures irrepserant, ut necesse fuerit ad integritatem sensus restituendam aliquot etiam voces interjicere, quas tamen asterisco notavi, ne falsarii notam incurram; in suum etiam locum transtuli ea, quæ Waddingus, quia sero cognita, in Appendice retulerat. Omnimodi autem Indices, eo quia illi uberiores, et correctiores referuntur in Supplemento, cujus gratia hæc editio facta est. Rogo, ut gratus accipias primos meos artis typographicæ conatus in litterarum utilitatem directos.

REIMPRIMATUR

Si videbitur Rev. Patr. Sac. Palat. Apost. Magistro.

Benedictus Fenaja Archiepiscopus Philippen. ac Vicesgerens.

REIMPRIMATUR.

Fr. Th. Vinc. Pani Ord. Praed. Sacri Palatii Apostolici Magister.

LE-

LECTORI.

Scriptores Ordinis Minorum eodem ferme tempore collegerut Henricus Willotus, Franciscus Gonzaga, et Petrus Rodulphus Itali, aliquos indigitavit sparsim per sua Chronica Marcus Ulyssipponensis, multosque recensuerunt Trithemius, Eysengrenius, Possevinus, Miraeus, et alii, qui vel generales Indices Orthodoxorum Scriptorum, vel peculiares suarum confecerunt nationum. Excussis tamen monumentis, et Bibliothecis ejusdem Instituti, praetermissos fuisse plurimos ex veteribus, auctumque valde numerum posterioris aetatis Scriptorum facile deprehendi. Ut horum itaque memoriam perennarem, atque iis, qui supersunt, animos adderem suas elucubrationes edendi, et posteros ad aemulationem provocarem, ut profligato turpi otio similes fidei ferrent suppetias, succisivis horis laborem hunc, etsi taediosum, subire decrevi. Doctorum Catalogo subjunxi Elenchum illorum, qui pro CHRISTI astruenda doctrina sua corpora tradiderunt, * *et fidem veram duro martyrii agone commendarunt.* Proculdubio exquisitior quaeque tyrannorum crudelitas illecebra magis est nostrae professionis: non enim sine magno discrimine de Religionis veritate dubitatur, quae tantorum sanguine confirmata videtur. Toties fidei Christianae subscribitur, quoties sanguine rubricatur. Utriusque generis assertores plurimos ex hac Religione prodiisse, placuit ostendere, eosque in binas istas classes brevi recensione partiri, ut cui tot Annalium volumina, quae nuper edidimus, percurrere non liceat, habeat hîc omnes istos praeclaros viros in conspectu. Scriptoribus praecipuis modesta, et sincera adjunximus elogia, recensitis potissimis eorundem actionibus; aliis inscriptiones suffiximus sepulchrales: ubi etiam oportuit, observationes addidimus, ne in doctrinam ullam, sive in horum authorum quempiam incautius quisquam impingat. Conquerentur fortassis aliqui suae gentis, nationis, aut provinciae studiosi, quosdam fuisse praetermissos; sed a culpa liber est, qui omnem adhibuit operam, ne ulla querelae subesset occasio. Nulla quidem neglecta est diligentia universos perquirendi, ubique pulsavi, ubique quaesivi, omnes peculiarum nationum Scriptores, et hujus generis nomenclatores consului; quos inveni, quos accepi, fideliter restitui. Si plures ministraverint, alii ampliori editione prodibunt. Vale.

* *Ambros. ser.* 14.

SCRI-

SCRIPTORES ORDINIS MINORUM

A

ADAMUS de BOCFELD, vel Bocfeldius, Anglus sacræ Theologiæ Magister, insignis Peripateticus, scripsit commentaria

In libros Topicorum.
In libros de Coelo et Mundo.
In libros de Generatione, et Corruptione.
In libros Meteororum.
In libros Metaphysicæ.

Omnia præter hæc ultima in Metaphysicam habeo mss.

ADAMUS BURVINCH, Germanus, ex Marcoduro Regularis Observ. provinciæ Coloniæ, aliquando Guardianus suæ patriæ, et sacræ Theologiæ Lector, edidit

Directorium, seu *Instructionem pro confratribus chordæ, seu cinguli sancti Francisci.* Moguntiæ apud Nicolaum Heil. an. 1640.

ADAMUS GODDAMUS, quibusdam *Godhaw*, aliis *Godhamen*, Anglus, sacræ Theologiæ doctor, et professor Oxoniensis, maximam vitæ partem, uti scribit Joannes Major (*lib. 4. de gest. Scotor. c.* 27.), Londini, Norvici, et Oxonii transegit, Hominem inculpatæ vitæ, magnæ gravitatis, acuti ingenii, profundi judicii, vocat Joannes Pitsæus (*de Scriptor. Angl. an.* 1320.), aitque in Theologia adeo audivisse, ut eum gravissimi doctores, maxime Petrus Tatarætus, in suis scriptis non raro citaverint, et illius eruditionem cum variis virtutibus conjunctam omnes sint venerati. Et quidem multa scripsit; sed hæc tantum supersunt:

In Magistrum Sententiarum libri quatuor. Incipiunt, *Ita enim est lex Adami, Domine.* Prodierunt Parisiis anno 1512. apud Joannem Gappium. Aliqua ejus opera servari mss. in Biblioth. PP. Societ. Jesu Lovanii scribit in suis Athenis Henricus Willotus: alia se vidisse in Bibliotheca Franciscanorum Namurci asserit Pitsæus. Claruit anno 1320.

ADAMUS ANIOL, vel Haniol Moguntinus, provinciæ Coloniensis Definitor,

Vitam S. Francisci a S. Bonaventura compositam transtulit in *Germanicum*. Coloniæ apud Joannem Crythium anno 1646.

ADAMUS HIBERNICUS, quem sæpissime citat Gregorius Arminiensis in commentariis ad primum, et secundum Sententiarum, et Joannes Major (*lib.* 4. *de gest. Scotor. c.* 21.) enumerat inter viros præclaros, qui ex Academia Oxoniensi prodierunt, scripsit

In quatuor libros Sententiarum.
Quæstiones Quodlibetales.

Floruit sub annum 1320.

ADAMUS de MARISCO, oppido Sommerseti diœcesis Battoniensis, in Anglia natus, postquam Oxoniæ Dialecticam, et Philosophiam didicit, Minoritis in ipsis hujus Instituti exordiis nomen dedit, et Oxoniam missus Theologiæ doctor creatus est. Ibidem Theologiam inter suos consodales professus est. Successorem habuit Rodulphum Caliburgum, de quo suo loco dicemus. Roberto Lincolniensi Episcopo summe carus fuit. In ejus gratiam Oxoniensi cœnobio maximam partem insignis suæ Bibliothecæ Episcopus legavit. Porro Adamus fama suæ sanctitatis, et doctrinæ tantum clarnit, ut tandem Ecclesiis eligeretur Episcopus. Legatum etiam Pontificium egit in Anglia sinui cum Joanne Cantiano viro docto, ejusdem gentis, et religionis. Initiatum in conventu Minorum Wigorniensi, ait Pitseus de Scriptoribus Anglicis, et sancti Antonii Patavini condiscipulum fuisse sub Abbate Vercellensi, Henricus Willotus in suis Athenis; sed de his nostrum alias protulimus judicium (*In Annal. an.* 1222. *num.* 13.). Possessionem prædicti Episcopatus non accepisse affirmat Pitseus, sed tamen accepisse nos alias edocuimus (*Annal. an.* 1257. *n.* 9.). Matthæus Paris (*in histor. Anglic. ad annum* 1257.) hominem laudat, fuisse virum litteratum, et multos libros scripsisse commemorat. Propter luculentam in omni meliorum disciplinarum genere scientiam, vulgo pro illius ætatis consuetudine *Doctoris illustrati* cognomen obtinuit; scripsit

Elucidarium sacræ Scripturæ, lib. unum.
In quodam sacræ Scripturæ codices, lib. unum.
Commentarium in Cantica Canticorum, lib. 1.
Paraphrases in D. Dionysium Areopagitam, lib. 1.
Commentarios in Magistrum Sententiarum, libros 4.
Quæstionum Theologicarum, lib. 1.
Lectiones ordinarias, lib. 1.
Epistolarum ad Robertum Capitonem Episcopum Lincolniensem, lib. 1.

Guilelmus Eysengrenius (*Cathal. de Cath. verit.*) eum vocat moribus, et doctrina insignem, omni litteratura sua ætate nobilissimum, eoque anno, quo Confluentia Moselle, et Rheni ab Arnoldo Comite de Isemburg, Trevirorum Archimysta, muro cincta est, ait Adamum Biblica scripta fere omnia commentariis illustrasse doctissimis. Forte hoc ipsum idem opus est, quod *Elucidarium sacræ Scripturæ* jam commemoratum. Porro muri Confluentini ab Arnoldo constructi sunt sub annum 1250. uti scribit Cratepolius (*de Arch. Trevir.*). Clarnit autem usque ad annum 1260.

ADAMUS SASBOLDUS (vulgo Sasbouth) patritia familia Delphis Batavorum an. 1516. die 21. Decembris satus; Ultrajecti lingua Latina, et Græca, Poesi, et Rhetorica a Georgio Macropedio pleue instructus, adhuc adoiescens Lovanium se contulit, nbi et Hebraicas litteras adjunxit, et Theologiæ operam dedit sub Joanne Hasselio, viro doctissimo, qui in Concilio Tridentino decessit. Sæculi pertæsus, inquit Aubertus Miræus (*in Elogiis Belgicis*), cum inter æqua les excelleret, mutata veiificatione, religiosum vitæ genus animo agitare cœpit. Sed nt deliberatio de certo vitæ cursu incundo omnium solet esse difficillima,

lima, multa eaque dubia, et impedita cogitatio fluctuantem adolescentis animum exagitavit. Cum pils itaque hominibus, in his Timanno Geldropiano, Pontificii Collegii Præside, quem defunctum pro funere laudavit, communicato sæpe consilio, cum anceps animi penderet, multisque cogitationum fluctibus agitaretur, ut ipse in eleganti homilia de Magis tribus edita profitetur, Deo precibus, meditatione, nocturnisque vigiliis demum consulto, in Francisceanam familiam, illo impellente, vocari se sensit. Eam itaque inlit hoc coudito testamento:

Quam sit vita brevis, quam sit via lubrica, quamque
Mors incerta, bonis quæ præmia, quæque parata
Sint tormenta malis; horum meditatio nostra est.
Quod facimus, quod firmamus, quod et esse perenne
Optamus testamentum; salvete, valete,
Care pater, cari fratres, caraque sorores.

Mox suis (quam docendi provinciam antea Franciscus Titelmanus gesserat) sacras litteras explanare cœpit. Cumque incredibili Dei zelo flagraret, et mira supra ætatem valeret facundia, sæpe ad Clerum latine, ad populum vernacule verba fecit. Testes sunt homiliæ ejus amplius triginta, non minus venustæ, quam pie conscriptæ, quæ omnium manibus teruntur. Sed ut nihil in rebus humanis proprium, ac perpetuum, seu perennare solet, ætatis sexto et tricesimo, monachatus decimo, quasi terris tantum ostensus, ante diem ereptus est die S. Benedicti anno salutis 1553. conditus Lovanii apud suos consodales in æde Capituli. Cornelius Musius concivi, et amico maximo hoc posuit Epitaphium:

ADAMUS nomen, Batavi mea patria Delft,
Progenies SASBOUTH non inhonora fuit.
Trajectum Latias, et Græcas tradidit artes:
Lovaniumque Hebræas addidit, atque sacras.
Quas, ut proferrem (culpa est sepelire talentum,
Et Domino sanctas non solvisse suas)
Commoda visa mihi Francisci semita: at illam
Dum sequor, in mediis curribus eripior.
Cornelius Musius Delfus amico posuit.

Ossa defuncti Adami refossa, ante gradus altaris summi reposita sunt, volente Illustrissimo Philippensium, et Ultrajectensium Archiepiscopo Sasboldo Vosmero Vicario Apostolico, P. Adami ex sorore nepote, qui ejusdem calvariam in corporis translatione sibi servavit.

Michael Vosmerus Archiepiscopi frater, elegans accinit carmen in avunculi Adami ad vivum expressam imaginem:

Bis decimum, et quintum Delforum consule Patre,
Agnatis etiam Præsidibus sortis:
Avaisii vatis, normamque, habitumque secutus;
ADAMUS SASBOUTH hac fuit effigie.
At genus, et vitæ studium, pietasque, sacrumque
Eloquium, et quatuor lingua diserta sonis,
Exprimitur libris, solers quos suscipit orbis,
Autoris nomen dum canit et titulus.
Quæ, ni pulchra diu mansuram gloria famam,
Debuerant vitæ de brevitate queri.

Scripsit

Super 4. libros Sententiarum.

Commentaria in Isaiam Prophetam, præmisso tractatu *de Scripturarum sensibus*. Incipiunt, *Antequam Esaiæ expositionem.*

Explicationes in omnes Pauli epistolas. Incip. *In epistola, quam ad Romanos scripsit.*

In utroque opere doctissime hæreticorum errores refellit, sed et litteralem sensum docte, et pie, aptequæ ad mores expendit, uti testatur Cornelius a Lapide in argumento commentarii in Isaiam, quem etiam inter epistolarum S. Pauli interpretes maxime commendat. Non defuit tamen tanto viro suus æmulus, qui famam obscurare attentavit, asserendo utrumque hoc opus non esse Sasboldi, sed Hasselii sui magistri, cui tamen Vosmerus supradictus docta Apologia plene respondit, quam simul cum Sasboldi vita, et homiliis a sc illustratis Coloniæ anno 1613. publicavit. Et quidem opus Hasselii in epistolas Pauli ait Cornelius posteriori loco citatus, extare manuscriptum Lovanii, & tamquam aliud distinctum istud Sasboldi subjungit. Scripsit etiam:

In epistolam posteriorem S. Petri. Argumentum hujus epistolæ.

In epistolam catholicam Judæ Apostoli. Judas docuit in Asia Minore.

Homilias tres super illa verba Levit. 20. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum: ego Dominus, et separavi vos a cæteris populis, ut esset s mei; *ad germanos fratres suos Sasboldum, et Gerardum beeri sacerdotio initiandos.* Incipiunt, *Homilias hasce Leviticas.*

Homilias totidem de mortalitate super illa verba Genes. 3. *Memento homo, quod pulvis es, etc.* Socrates apud Platonem in Alcibiade.

Homilias duas in illud Joelis 3. Convertimini ad me, etc. Incipit, *His verbis post horrenda.*

Duas de circumcisione. Si ante annos.

Homiliam 1. *in festo trium Regum.* Historia hujus diei.

In festo Purificationis. Evangelium Domini.

In Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinquagesimæ, prima, secunda, quarta Quadragesimæ, et Passionis. Duo in hac concione.

In festo Annunciationis in illud Isaiæ 7. Domine in cœlo misericordia tua, etc. Qui linguæ Hebraeæ periti sunt.

In Assumptione Virg. homilias duas. Optarem ego Patres.

Homiliam unam in illud ad Galat. 6. Mihi autem absit gloriari. Inc. *Monet post Platonem Aristoteles.*

In Dominica 3. *et* 4. *Adventus.* Evangelium discipulos Joan.

De nutritate Domini homilias duas. Tria habemus Evangelia.

Homiliam unam in die animarum, sive omnium Defunctorum in illam proam. Audi tellus, audi magni maris nymbus. Incip. *Annus jam est.*

Homiliam de tinore Domini habitam ad juniores Philosophiæ studiosos in festo S. Catharinæ. Cum mecum repeto.

Orationem Quodlibeticam demonstrantem veram Christi Ecclesiam.

Alteram funebrem in obitum D. Timanni Geldropii, Præsidis collegii Pontificii in Academia Lovaniensi, in illud Isaiæ 57. Justus perit, et nemo est, qui recogitet corde. Incipit, *Vox hæc Isaiæ Prophetæ.* Utramque dedicavit Jodoco Æsmonio Caroli V. in Senatu Brabantiæ consiliario.

Primum lib. Iliados Homeri totidem Latinis convertit carminibus. Iram musa mihi memora. Habetur in calce suorum operum.

Poëticam adeo egregie calluit, eaque erat in recitandis versibus felici, fidaque memoria, ut 12. libros Æneidos sine monitore prompte recitaret. Litteris insuper (quod præcipuum est) vitæ sanctimoniam adjecit. Prodierunt ejus opera Coloniæ apud Joannem Birck-

Birckmannum an. 1568. et auctiora ibidem apud viduam ejusdem Birckmunni an. 1575. Vide verbo *Theodorus Smising.*

ADAMUS WODEHAMENSIS, ita ab oppido Wodehamo diœcesis Wintoniensis, Comitatus Southamptoniensis in Anglia cognominatus, Guilielmi Occami aliquando discipulus, et tandem sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, et in multis ani Ordinis Co-nobilis publicus Professor, ad quem scilicet audiendum concurrebant etiam frequentes externi homines, et seculares. Joannes Major (*lib.* 4. *de gest. Scot. c.* 2. 1.) cum magistro suo Occamo eruditione prædicat æqualem. Adeo percrebuit ejus fama, ut inter doctissimos sui temporis viros non injuria reputaretur. Scripsit

Commentarios in Cantica Canticorum, lib. unum.
Postillas in Ecclesiasticum, lib. unum.
Super Magistrum Sententiarum, lib. quatuor.
Determinationes undecim, librum 1. Utrum officium Propheticum sit.
Sententias Oxoniensis concilii, lib. 1. Sententiæ septem ponuntur.
De foro pœnitentiario fratum, lib. 1. Absolutio criminis, sive peccati.
Contra Richardum Wetheractum, lib. unum.
Obiit anno 1338. sepultus Babwellæ prope Briam.

ADRIANUS HOFSTADIUS, Lovaniensis, Theologus, Ecclesiastes egregius, in antiquis Patribus optime versatus, ore, et calamo promptus, quem sæpissime Antuerpiæ (sibi, et Regi Catholico restitutæ) de suggesta tonantem cum admiratione se audivisse narrat Franciscus Swertius. Suffectus in locum P. Bartholomæi a Middelburgo, Ultrajecti primum, deinde Amsterodami, Lovanii, Coloniæ Agrippinæ, Antuerpiæ, Bruxellæ, denique Trajecti ad Mosam, maximam sermonibus suis pepercit admirationem; sacrarum litterarum in exilio Coloniæ, sed prius Theologiæ Lector Lovanii, præter fratres, multorum sæcularium maximam habuit frequentiam, cum eodem tempore illic doceret controversias suas Cardinalis Bellarminus. Gnardianus secundum fuit Lovanii, et alibi. A morte ejus editi cura, et diligentia Henrici Sedulii Minoritæ

Sermones Eucharistici LXIX. sumptibus N. V. Henrici Vanetten, militaris annonæ Præfecti, Antuerpiæ typis Trognesii anno 1608. et Coloniæ, aliisque in locis.

In Symbolum Apostolicum, libri 12. et in *Epistolam sancti Pauli ad Romanos, lib.* 1. Asservantur manuscrip. in archivio provinciæ Germaniæ inferioris.

Decalogi, et Catechismi explanatio in dies luceum expectat. Moritur Trajecti ad Mosam, et sepultus in nobili D. Virginis Sacello, ad dexteram altaris, hoc Epitaphio:

D. O. M.

REVERENDO ADMODVM PATRI

P. ADRIANO HOFSTADIO

HVIVS ET ALIORVM CONVENTVVM GVARD.

MERITISS. S. THEOL. PRÆLECTORI

AC DIVINI VERBI PRÆCONI FAMOSISSIMO

OBIIT XXII. NOVEMB. M. D. XCVIII.

Hofstadius sacro facet hic, Francisce, tuorum
De numero, magnis notus ubique viris.
Ingenii cujus vires Brabantia paxim
Senserat, et Batavi gens generosa soli.
Lovanium genuit, quem verbi deinde ministrum,
Lectoremque atupens audiit eximium.
Hoc, multis tandem fractus sudoribus, antro
Conditus, ætherei vivat in arce poli.

ADRIANUS HUBERTI, Antuerpiensis Regul. Observ. provinciæ Germaniæ inferioris secundum Secretarius, multorumque cœnobiorum Guardianus, nunc negotiorum provincialium Belgicarum, et annexarum Promotor in curia Romana; edidit Flandrice

Manuale pro directione quarundam confraternitatum. Mechliniæ apud Henricum Jaye ann. 1625.

Opuscula Gummari a Quercu de ordine Annunciatarum, ejusque fundatoribus curavit excudi, additis quibusdam. *Vide* verbo *Gummarus a Querca.*

Vitam B. Joannæ Valesiæ in 24. *imaginibus æri incisis* evulgavit, *eandemque totidem capitibus* descripsit Latine, et Flandrice.

Vitam insuper *Gabrielis a S. Maria Joannæ confessarii totidem iconibus, et capitulis* expressit.

Historiam de ortu, progressu, et gloria miraculosæ imaginis B. Mariæ Virginis Brerix asservatæ vulgo *de Cortenbosch dictæ, Leodiensis diœcesis an.* 1642.

ÆGIDIUS a S. AMBROSIO sæpe provinciæ Anglicanæ Strictioris Observantiæ Definitor, ac din in Anglia Missionarius, ex Hispanis fecit Anglicas

Meditationes aureas B. Petri de Alcantara.
Vitam ejusdem Autoris. Bruxellis anno 1632.

ÆGIDIUS ASSISIAS, tertius S. Francisci discipulus, vir vere cœlestis, et cœlesti imbutus doctrina; spiritualia posteris reliquit documenta, piasque virtutum commendationes, quas nos promisimus (*In Annal. anno* 1262. *n.* 3) inter alia Minorum opuscula in lucem emittere. Ut erat in sanctarum scripturarum lectione, et meditatione assiduus, tantopere profecit, ut omnia pene verba gravida viderentur, quæ comiter, et quodam cum lepore salubertima promere solebat, omniaque ipsius dicta, argutissima quædam apophthegmata dici possunt. Scripsit itaque

De consiliis animarum.
De fide.
De dilectione.
De humilitate.
De patientia.
De contemptu mundi.
De castitate.
De tentatione.
De pœnitentia.
De scientia utili, et inutili.
De timore.
De oratione.
De verbis bonis, et non bonis.
De perseverantia.
De Religione.
De obedientia.
De contemplatione.
De via salutis, et perfectionis.
De spirituali cautela, et ejus consideratione.
Et *de verbi divini Prædicatoribus.*

Prodierunt aliquot ejus opuscula sub titulo *Verba aurea* Antuerpiæ 1534. et alibi.

Ejus vitam mirabilem nos in primo, et secundo Annalium volumine descripsimus, et ad annum 1262. post quinquaginta dnos sanctissime in Religione transactos diximus obiisse.

ÆGI-

ÆGIDIUS CAILLEAV Gallus scripsit

Catalogum viduarum, tam veteris, quam novi Testamenti.

Vertit e Latino in Gallicum sermonem

Epistolas quasdam D. Basilii, et S. Hieronymi.

Vivebat anno 1543.

ÆGIDIUS GUILLELMUS MISSALIUS, Aquitanus,

Opera Joannis Scoti in articulos secuit, et contraxit. Habetur in Bibliotheca Vaticana m. s.

ÆGIDIUS HISPANUS, edidit

Sermones sanctorum. Incipit, *Philosophia est divinarum rerum speculatio.*

ÆGIDIUS LUNIACUS, sive, ut vocant, de Lugnaco. Doctor Parisiensis scripsit

Commentaria in primum Sententiarum.

ÆGIDIUS PASSAVIENSIS Germanus Convent. auxit, notis illustravit, et edidit

Varia opuscula rediviva Cæsarii Spirensis pii Minoritæ, de quo non tamen primo Annalium non semel sermonem habuimus, olim Argentorati excusa. Francofurti anno 1605. in fol.

ÆGIDIUS SCHIESEL, Strict. Observantiæ, Germanus, ac ejusdem Ordinis in Austria, Styria, et Carinthia Minister provincialis, vir pius et doctus; pro communi plurium commodo aniuarum edidit opus pietatis, et devotionis in immaculatam Deiparam incentivis redolens, prænotatum

Manuale Archiconfraternitatis immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ. Viennæ Austriæ typis Matthæi Cosmerovii an. 1642. Et alia, quæ videre adhuc non contigit.

ÆGIDIUS ZAMORA Hispanus edidit

Summam de Casibus.

ÆNEAS JASON scripsit

Commentaria in novum Testamentum.

AGNES ASSISIAS virgo, germana soror, et discipula S. Claræ, scripsit

Pias epistolas ad varias personas. Ejus litteras ad eandem Clarum, et Collegium Assisias sacrarum Virginum nos exscripsimus tom. 1. Annalium (*an.* 121. *n.* 20). Moritur anno 1254.

ALBERTINUS N. edidit

Sermones Quadragesimales, et de Sanctis.

ALBERTUS de Bascia, scripsit

In Regulam Minorum.

ALBERTUS DE BONONIA scripsit

Postillam super universa Biblia.

ALBERTUS GERMANUS Monachus, et Abbas S. Mariæ in Stadio Bremensis diœcesis, postea Minorita, uti alias scripsimus (*an.* 1240. *n.* 1.), edidit

Chronica doctissima, et accuratissima ab orbe condito, usque ad annum M. CC. LVI. Incipiunt, *A primo parente hominum.* Ea edidit Helmestadii anno 1587. Reynerius Steinhemius hæreticus, cum schollis, et annotationibus in margine vulde corruptis, omnino expungendis, si quis licite librum velit absque offensione percurrere. Optima quæque suæ Saxoniæ, et Metropolis hinc desumpsit Albertus Krantzius. Authoreu istum cum Alberto Pisano confundit Willot, et ex eo Possevinus, qui Alberti Stadiensis ter distinctis locis mentionem ingerit, et secundo loco Albertum *Chronicon* hoc scripsisse, dum esset Abbas, affirmut. In eumdem cum istis authoribus errorem incidit Albertus Miræus in suo auctario Bibliothecæ Ecclesiasticæ c. 402., sed nos aliter ex ipso opere alias (*an.* 1240. *n.* 2.) docuimus.

ALBERTUS MARCHESIUS de Sichis, ex oppido Cotiniolæ in Æmilia, sive Romandiola (*an.* 1240. *n.* 1.), scripsit

Cotiloquium, Gonzagæ (*in proem. Bononiæ con.* 22.) *Centiloquium*, qui et doctum opus vocat, libris octo distinctum. Prodiit Bononiæ anno 1529.; post duos prologos incipit, *Omnium rerum perscrutatores.* Obiit Cotiniolæ anno 1531.

ALBERTUS PISANUS, Etruscus, quem cum Alberto Stadiensi Abbate, uti diximus, confumlunt Arnoldus Wion, Willotus, Miræus, et Possevinus, in ipsis Religionis exordiis sub S. Francisco initiatus, Minister Angliæ, Hispaniæ, Saxoniæ, et postea totius Religionis creatus est. Vir vere sanctus et doctus, scripsit

Gesta suorum fratrum in Anglia, et Saxonia. •

Obiit anno 1239.

ALBERTUS PONTARLIENSIS, Tertii Ordinis, scripsit

Vitas Sanctorum, Sanctarum, et Beatorum tertii Ordinis

Preces Liturgicas. Obiit Romæ an. 1629. 13. Septembris.

ALBERTUS E SARTIANO, (*Vide multa de Alberto to. 4. An.*) Etruriæ oppido, etsi Mediolanensem dixerit Willotus, vir insignis, in Græcis, et Latinis, divinis, et humanis litteris eruditus, Eugenio IV. et Nicolao V. charus, totius Ordinis aliquandin Vicarius generalis, in Concilio Florentino Græci illiomatis interpres, ad quod etiam Jacobinos ex remotissima Ægypti regione adduxit, egregius Ecclesiastes, et dissolutæ disciplinæ reformator. Eo tempore Guarinum Veronensem habuit Magistrum, quo Latina eloquentia in Italia cœpit suo nitori restitui. Nitide, et docte multa scripsit opuscula, quæ penes me habeo manuscripta in ipso ejus autographo. Ea porro sunt:

Tractatus de Penitentia, scriptus anno 1433. Incipit: *A plerisque, et multis in locis.*

Tractatus de Eucharistiæ Sacramento, an. 1422. *Credo vos Patres charissimi.*

De conditione amicitiæ, et de malitia invidentiæ. Non secus ille pacto.

Quod nihil nocet ad virtutem humili loco nasci. Ne falso forsan arbitreris.

De insolentibus corripiendis an. 1446. *Cum Apostolus Paulus.*

Contra Martyrum vituperatores ad Eugenium IV. Pontificem Maximum cum adversus amplissimæ gloriæ.

Sermo habitus in Comitiis generalibus Ordinis Patavii celebratis anno 1443. Quamquam nos omnes.

Epistolas plerasque ad prædictum Eugenium Pontificem, ad varios Antistites, maxime vero ad Christophorum Episcopum Ariminensem, Eugenio ab intimis consiliis. Multa ex hujus præclari viri operibus sparsim exscripsimus in to. 4. Annalium: si Deo placuerit, aliquando publici juris faciemus universa. Obiit autem Albertus Mediolani anno 1450., postquam strenue adlaboravit viris sanctissimis. Bernardino Scnensi, Joanni Capistrano, et Jacobo Piceno pro restituenda Ordinis disciplina.

ALBERTUS Tarvisii Episcopus, fecit

Summam Pontificiam.

ALEXANDER V. ex Ordine Minorum, dictus *Petrus Philargi*, sive *Philareti*, et *Doctor Refulgens*, ortu Crotensis, uti probabilius alias (*An.* 1405. *n.* 12.) reputavi, post alias multas infulas. ex Archiepiscopo Mediolanensi Cardinalis, et Summus Pontifex miro consensu omnium Cardinalium diuarnus factionum pro schismate eradicando Pisis electus, vir vere doctus, et bonus, scripsit

Com-

Commentarios in 4. libros Magistri Sententiarum. Habentur manuscript. tomis satis magnis in Bibliotheca Minorum Conventualium Assisii, et Pisauri in Bibliotheca Ducali extant in primum Sententiarum. Extant etiam Tolosæ in Biblioth. Collegii Fuxensis in membranis, manu propria Fr. Petri Cardinalis Fuxensis, qui Collegium extruxit, conscripti.

Quodlibeta.

Sermones varios. Habeutur in Bibliotheca Vaticana manuscriptæ ab eo editæ.

Regulæ Cancellariæ, et aliud opus inscriptum,

Obligationes. Decessit Bononiæ an. 1410. nonis Maii apud Minores sepultus addito hoc epitaphio:

Summus ALEXANDER Pastorum Quintus, et omnis
Scripturæ lumen, sanctissimus Ordo Minorum
Quem dedit, et proprio Cretensis nomine Petrus,
Migravit superum ad lumen, sedesque beatas.
MCCCCXV.

Aliud additilmus Epitaphium in Annalibus (*an.* 1410. *n.* 2. *et seq.*), et a multorum calumniis magnum inne hominem defendimus. Consule prædictos Annales.

ALEXANDER ALBERTINUS a Rocca Contrada, Piceuus, edidit pro liberandis obsessis opus, cui titulum imposuit,

Malleus dæmonum, sive quatuor experimentatissimi Exorcismi, ex Evangeliis collecti. Quibus adjecit in fine duas benedictiones, et unam vulgarem Italicam deprecationem pro ignaris, et mulieribus, ut possint semetipsos præservare, et liberare, Deo auxiliante, si non habuerint Sacerdotem. Prodierunt Mediolani apud hæredes Pacifici Pontii anno 1624.

ALEXANDER ALEMANICUS, Saxo, dictus *Doctor Illibatus*, scripsit

Commentarios in Apocalypsim.

In quatuor libros Sententiarum.

ALEXANDER ab ALEXANDRIA Statiellorum in ducatu Mediolanensi, provinciæ Gennensis alumnus, postea totius Ordinis Generalis Minister (*Annal. an.* 1313. *et* 1314.) Barcinone anno 1313. electus, scripsit

In Magistrum Sententiarum.

Summam quæstionum S. Bonaventuræ in 4. libros Sententiarum.

Quæstiones Quodlibeticas.

Tractatum de Usuris.

In libros de Anima, et in alios Aristotelis.

In Metaphysicam; ejusque dicuntur Commentarii, qui sub nomine Alexandri Halensis circumferuntur.

Postillam in Ecclesiasticum.

In Isaiam, et Tobiam.

In Evangelium Joannis. Habetur in Biblioth. Vatic. inter libros Comitis Palatini cod. 299.

In epistolas Pauli. Habetur in Bibliotheca Vaticana ejus *Postilla super epistolam ad Romanos.*

Quæstionum variarum lib. unum. Habetur manuscrip. in Vaticana. Obiit in Generalatu anno 1314. sepultus Romæ ad Aracœli.

ALEXANDER de ARBITRIS, scripsit

Enchiridion Confessorum. Venetiis anno 1522.

ALEXANDER ARIOSTUS provinciæ Franciæ Reg. Observ. scripsit

Enchiridion, seu Interrogatorium Confessorum pro animarum curanda salute, in quo casus omnes, qui in eo studio plerumque emergunt, compendio complectitur. Prodiit Parisiis anno 1520. in 4. et Brixiæ apud Petrum Bazzolum an. 1579. Venetiis apud Philippum Pincium Mantuanum anno 1513. Lugduni. 1523.

Tractatum de vero, et perfecto statu Minorum.

Tractatum alterum in Regulam, qui *Serena conscientia* nuncupatur.

Tractatum tertium, quem inscripsit, *Elucidatio rationabilis separationis FFr. Minorum de Observantia ad aliis fratribus ejusdem Ordinis.* Vide verbo *Gaspar Tullien.*

ALEXANDER BARCLEJUS, de cujus ortu Scoti, et Angli contendunt, primum Presbyter sanctæ Mariæ de Otheris in Anglia, deinde Ordinis sancti Benedicti, demum factus est Minorita. Cultioribus disciplinis bene instructus, Poeta, et Rhetor non vulgaris, tandem factus est cappellanus Thomæ Cornitii Taven. Episcopi, et postea diœcesis Batthoniensis suffraganeus. Omne sunm studium in rebus piis, et historiis sanctorum legendis, atque scribendis posuit. Nonnulla ipse scripsit; sed multo plura ex Latino in Anglicum sermonem transtulit.

Mancium de virtutibus lib. 1.

Vitam S. Margaretæ.

Vitam S. Etelredæ.

Vitam S. Catharinæ.

Vitam S. Georgii ex Mautuano.

Quinque Eclogas eiusdem.

Castellum laboris.

Bucolicam Codri.

Eclogam quartam.

Navem stultiferam ad Thomam Cornitium Episcopum lib. 1.

Contra Scelionum, lib. unum.

De miseriis aulicorum lib. 1.

Illustres Poetæ novem Musis.

Sallustium de Bello Jugurthino lib. unm. *Memini me superioribus annis.*

De pronunciatione Gallica lib. unum. *Multi, ac variî homines litterati*; et alia plura.

Croidone non longe a Londino mortuus est anno 1552. mense Junio.

ALEXANDER BONANNUS Panormitanus sacræ Theologiæ Professor scripsit

Quadragesimale, cui titulum præfixit *Portum Panormitanum.* Venetiis apud Guerreos fratres ann. 1574. Claruit anno 1574.

ALEXANDER HALENSIS, Anglus, sic cognominatus ab Hales, monasterio comitatus Cludiocestrensis, ubi in juventute evasit omnium humanarum, et divinarum scientiarum præsidiis instructissimus, acutus ingenio, facundus eloquio, solidus judicio, Philosophorum, et Theologorum sui temporis vix cuiquam secundus. Post jacta optima studiorum fundamenta in Anglia, Parisiis sacræ Theologiæ lauream est assecutus, deinde publicus professor per multos annos docuit, summa cum sua laude, et discipulorum utilitate. Propter solidissima in omni genere doctrinæ fundamenta, et invincibilem in suis sententiis veritatem, *Fons vitæ, Doctor Doctorum, et irrefragabilis* est appellatus. Merito quidem inter præclpuos nostri Ordinis doctores nnmerari solet: nam et omnes tempore præcenerrit, et sapientia superavit. Qualiter autem ad Religionem accesserit, in eaque splendidissima illa duo Ecclesiæ lumina Bonaventuram, et Thomam Aquinatem docuerit, suo loco diffusius (*to.* 1. *Ann. an.* 1245.) enarravimus. Cum vero esset per illam ætatem Theologorum facile Princeps, ejusque scripta in scholastica disciplina omnia plane, quæ usque ad id tempus edita fuerant, methodo, et ordine, subtilitate etiam, et soliditate multis gradibus superarent, jussu Innocentii Papæ IV. totius Theologiæ scholasticeæ summam in illam fere, qua nunc est,

est, formam, atque methodum, omnium primus reduxit, et in quatuor volumina, optima dispositione, et singulari judicio pulchre distribuit. Porro hoc opus ab Innocentio commendatum, et a septuaginta solertissimis Theologis examinatum, et approbatum, Alexander IV. omnibus Academiis docendum proposuit. Ad hujus autem clarissimi viri doctrinam solide percipiendam perutilis est Summa resolutionum ejusdem, quam Prosper Urbinas, vir acris judicii in ordinem, et compendium redegit. Multa docte, et clare in omni forme materia scripsit Alexander, ex quibus reperio apud alios recensita

Postillam in universos Bibliorum libros.

Commentaria in Moysis Pentateuchum.

In Josue.

In libros Judicum.

In libros Regum.

In Job.

In Psalmos, quæ prodierunt in Typographiæ infantia absque loco, aut anno impressionis, et postea Venetiis an. 1496. in fol. apud Joannem, et Gregorium de Gregoriis, et postea ibid. anno 1546. Refert Possevinus falso attribui Ungoni a S. Theodorico.

In Ecclesiasten. Habetur manuscrip. in Biblioth. Minorum Mirapicensi.

In Isaiam.

In Jeremiam.

In Ezechielem.

In Danielem.

In duodecim Prophetas minores. Habentur manuscripta in Biblioth. Ambrosiana.

In Evangelia, libros quatuor. Habentur manuscrip. in Biblioth. Ambrosiana Mediolani.

In omnes D. Pauli Apostoli epistolas. Partim extant manuscrip. Oxonii in Biblioth. publica. Possevinus scribit se vidisse Romæ apud Cardinalem Sarnanum hujus autoris tomos quatuor mss. *in D. Marcum, et Lucam, et in omnes D. Pauli epistolas*, quorum exemplar habetur in prædicta Biblioth. Ambrosiana.

In epistolam ad Romanos, separatim. *Annunciabo tibi, quod expressum est.*

In Apocalypsim. Prodierunt hæc commentaria Parisiis cura, et studio R. P. Joannis de la Haye apud Antonium Bertier anno 1647.

Concordiam utriusque Testamenti.

Lecturas Bibliorum.

De mysteriis Ecclesiæ. Anglia quo tandem tendit.

Summam Theologiæ. Libros quatuor multoties recusos. Extat manuscrip. Cæsenæ in Bibliotheca Minorum.

Summulam resolutionum; Quod opus Prosper Urbinas in Compendium redegit.

Quæstiones in Sententiarum libros 4. manuscrip. Oxonii in Collegio novo, Cantabrigiæ in Collegio sancti Petri, Cæsenæ in Biblioth. Minorum bis. Prodierunt Lugduni anno 1515.

Summam de virtutibus. De qua nostrum alibi (*Tomo* 1. *Annal. an.* 1245. *numero* 22.) vide judicium. Habetur ms. Tolosæ in Bibliotheca Collegii Fuxensis. Prodiit Paris. 1509. et alibi.

Compendium sacræ Theologiæ, libros septem. *Veteris, ac novæ legis continentia.* Habeo penes me ms. an. 1405. exaratum.

Lecturas Sententiarum, libros quatuor.

Interrogatorium pro animabus regendis.

Sermones ad populum.

Mariale magnum, libros sex. Mariæ præcellentissimæ matris.

De Sacramento pœnitentiæ.

De negligentia.

Declarationem in Regulam Minorum. Reverendo in Christo Patri.

Quæstiones de anima. Extat ms. Cantabrigiæ in collegio S. Petri. Habetur in Bibliotheca Vaticana opusculum ms. sub hoc titulo:

Quæstio de Theologia Alexandri Halensis; et aliud intitulatum:

Quæstio de Charactere.

In Metaphysicam Aristotelis. Prodiit Venetiis anno 1572, apud Simonem Geligmanum in fol. sed aliqui opus hoc tribuunt Alexandro ad Alexandria.

De verbis exoticis. In exordio hujus libelli lata sunt.

Dictionarium difficilium vocabulorum. Cespitat in Phalaris Appus.

Tractatum, quo probat beatam Virginem Mariam fuisse conceptam absque peccato originali.

Vitam S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi,

Vitam Richardi Regis, et alia plura.

Antonius Possevinus verbo *Alexander Anglus*, et verbo *Alexander Halensis*, videtur subdubitare, an hujus sit illud doctum, et proficuum opus, quod *Destructorium vitiorum* nuncupatur. Et quidem Pitseus in Appendice Scriptorum Angliæ illud tribuit Alexandro Angio, et prodiisse ait Venetiis anno 1582. Meus codex Norembergæ impressus an. 1496. per Antonium Kolberger in fine ait, opus compositum fuisse a quodam fabri lignarii filio, qui ob humilitatem vohuit nomen suum reticere. Unde Halensis partus esse non videtur, neque certo scias, cui sit adscribendus.

Obiit Halensis anno 1245. Sepultus est Parisiis in magno Conventu sui Ordinis in Ecclesia ex opposito Crucifixi, apposito hoc Epitaphio.

Inscriptio sepulchri.

Clauditur hoc saxo famam sortitus abunde,
Gloria Doctorum, decus, et flos Philosophorum,
Auctor scriptorum vir Alexander variorum.
Norma modernorum, fons veri, lux aliorum;
Inclytus Anglorum fuit Architenita, sed horum
Scriptor Clerorum, frater collega Minorum
Factus egenorum; sed Doctor primus eorum.

Et ibidem:

Si quis honos meritis, si qui virtute colantur,
Nunc animo præfer; hunc venerare patrem.
Nec sorde, et culpa pigri tere per otia desce.
Nanciscl studio, quæ Minor iste refert.

ALEXANDER N. scripsit Italice,

Pravum compendiariam medicinæ.

ALEXANDER POMELLUS Italus Bononiensis scripsit

Methodum Syllogisticam, una cum tractatu,

De ratione affirmandi consequentias. Venetiis apud Christophorum Zannettum anno 1572.

ALEXANDER de VILLA Dei, Normannus, sive, ut alii placet, e Dola Armoricæ, non vero, ut alii putant, Burgundiæ, in humanis litteris, et Mathematica exercitatissimus, Doctor Sorbonicus; scripsit

Acta Apostolorum leonino versibus.

Utriusque Testamenti corpus duodecim versibus hexametris supra ducentos in compendium redegit, ita ut cujuslibet capitis summam qualibet dictione exprimeret; sed quia brevitas plerumque obscuritatem indnit, hanc ut removeret, cuilibet dictioni in illa contentæ numerum subjecit, intextis quibusdam tenui clamore vocalis, quæ velut cujusdam glossæ interi-

neariis

nearis loco inserviret. Hoc ob oculis pono paradigma:

1	2	3	4
SEX,	PROHIBET,	PECCANT,	ABEL,
1	2	3	4
dies,	lignum vitæ,	primi parentes:	occiditur,
5	6	7	
ENOCH,	ET ARCA FIT,	INTRANT	
5	6	7	
transfertus,	a Noë,	in arcam.	

Scripsit etiam:

Librum de computo Ecclesiastico. Habetur ms. in Bibliotheca Vaticana.

De sphæra.

De arte numerandi.

Doctrinal prærorum.

Varias epistolas.

Sermones aliquot.

Tersiora vero illius opera reddidit Hubertus Susanneus Poeta Gallus multis expunctis, nec paucis additis.

Dotensium Episcopo valde charus, ejus nepotem humanioribus literis imbuendum suscepit. Vixit anno 1240.

Nescio unde hunc fuisse Benedictinum dixerit Nauclerus (*gener. 42. sub Alex. IV.*), cum Trithemius, Fasciculus temporum, Bergomensis, et reliqui historici conveniant fuisse Franciscanum.

ALEXIUS HURTADO Salamanca, Hispanus, Zamora nobili Hispaniæ civitate oriundus, provinciæ S. Jacobi alumnus, scripsit

Dialogos tres de Christi Domini Republica. Prodierunt Lugduni apud Sebastianum Bartolomæum Honoratum anno 1556.

ALEXIUS LOPEZ Concionator Capuccinus, edidit

Relationem Promontorii Septentrionalis. Rothomagi 1635.

ALEXIUS SALAMANCA, scripsit,

De Republica Christi dialogos tres. Lugduni 1558. in 8. 1616.

ALEXIUS SEGALA, Capuccinus Italus, a Salo, divini verbi Ecclesiastes insignis, doctrina, morumque integritate conspicuus, edidit Italice

Artem mirabilem amandi, et colendi gloriosam Virginem Mariam. Venetiis apud Joannem Baptistam Combi 1621. cum antea prodiisset Brixiæ anno 1608.

Considerationes, seu meditationes de vita, heroicisque virtutibus beatæ Virginis. Brixiæ an. 1612.

Exercitium Angelicum ad colligendam mentem in recitando officium Deiparæ. Ibidem apud Jacobum Sarzinum 1637. et alia spiritualia opuscula, ut

Exercitium virtutum.

Triumphum animarum Purgatorii.

Praxim obsequium præstandi B. Mariæ Virgini.

Cœlestem coronam, seu meditationes totius anni. Quæ opera translata sunt in linguam Gallicam, et impressa Lugd. in 8. ac 16. an. 1646.

ALEXIUS de SEREGNO, Mediolanensis, Episcopus Placentinus, scripsit

Quadragesimale, 1444. Habetur Mediolani in conventu sancti Francisci ms. Obiit Placentiæ 1447.

ALEXIUS TROUSSET, Gallus, conventus Tarotensis, Doctor Parisiensis, scripsit Gallice

Sermones de Eucharistia, quos inscripsit *le Gage precieux,* idest, *Pignus pretiosum.*

Compendium terminorum Philosophiæ.

ALEXIUS TUDERTINUS Italus Strict. Observ. provinciæ sancti Francisci, ad sancti Petri in Janiculo Romæ linguæ Arabicæ Lector,

Doctrinam Christianam, seu catechismum pro Orientalibus nationibus jussu Pauli V. Arabice et Latine excusum, correctum, et auctum recudi curavit, addita interpretatione Italica, nec non septem psalmis pœnitentialibus, cum sanctorum Litaniis, et Marianis. Romæ typis Fid. propagan. anno 1642. in 4.

ALFONSUS de BENAVIDES Hispanus Regul. Observantiæ custos provinciæ, et conversionis novi Mexici, sanctæ Inquisitionis Commissarius; dedit Philippo IV. Hispaniarum Regi

Relationem, sive *narrationem diffusam* per modum memorialis, sive libelli supplicis Hispanice scriptam, *de magnis thesauris spiritualibus, et temporalibus Deo inspirante, et adjuvante in novo Mexico detectis.* Madriti in typographia Regia anno 1630. Quam Latinam reddidit Joannes de Cranendonc, ejusdem Instituti, et typis Christophori Ketsembergeri edidit Salisburgi anno 1634. in 8.

ALFONSUS BRIZENO, vide *Ildefonsus.*

ALFONSUS a CASARUBIOS Hispaniæ oppido scripsit

Compendium privilegiorum Fratrum Minorum, et aliorum Mendicantium; quod quarto est editum, sed recognitum secundum decreta Concilii Tridentini, ac Summorum Pontificum, qui a Clemente VII. usque ad Clementem VIII. successere, et additionibus locupletatum per Hieronymum a Sorbo Capuccinorum Generalem, adjunctis etiam notationibus doctissimis Antonii Cordubensis. Prima editio prodiit Salmanticæ apud Alfon. de Porras 1532. alia Parisiis anno 1590. quarta, qua utor, Venetiis 1609. quinta Coloniæ apud Joan. Kinchium 1619.

ALFONSUS a CASTRO Zamora Hispaniæ ad Durium flumen urbe nobilissima, ortus, provinciæ S. Jacobi, vir quidem doctus, magnæque æstimationis apud Carolum V., et Philippum II. quem propterea in plerisque expeditionibus adhibuerunt consiliarium, itineramque comitem, et quidem Carolo a sacris concionibus, et conscientiæ secretis fuit. Singularis ejus virtus maxime in insectandis hæreticis enituit, Lutheranis agrum tunc Germanicum locustarum more depascentibus acerrimum bellum indixit, et repullulantes errores veteres cum novis suffocare studens, scripsit

De justa hæreticorum punitione lib. 3. Salmanticæ scriptos, Carolo V. an. 1547. nuncupatos. *Varie sunt, et ex diametro.*

Adversus omnes hæreses lib. 14. *clara methodo per alphabetum dispositos.* Inter plurima, et varia scelera.

Opus hoc Antuerpiæ absolvit an. 1556. Et Philippo II. tunc Mariæ Anglorum Regiæ conjugi, dedicavit. His libris addidit alios tres Franciscus Fevardentius Minorita, Theologus Parisiensis, quibus quadraginta hæreses, vel ab Alfonso prætermissas, vel ab ejus obitu natas, et deprehensas refellit.

De potestate legis pœnalis lib. 2. Duas, et non parum noxias.

In Psalmum 31. *Homilias* 24. Salmanticæ habitas, et anno 1540. Henrico Portugalliæ Infanti, Archiepiscopo Bracarensi dedicatas. *Tam immensa est divinæ bonitatis.*

In Psalmum 50. *Homilias* 25. ibidem habitas, et anno 1537. Joanni III. Lusitaniæ Regi nuncupatas. *Omni oratioui.*

Omnia hæc ejus opera cum appendice Francisci Fevardentii elegantibus typis prodierunt Parisiis apud Mi-

Michaelem Sonnium 1578. sed et ipso eodem anno Ibidem recusa sunt nitido etiam charactere apud Sebastianum Nivellum, et postea in aliis typographiis saepissime sunt impressa; tanto enim desiderio omnes ferebantur hac opera habendi, tum exoriente tanta haereticorum colluvie, ut Bibliopolæ magno studio enitarent habere venalia.

Obiit Bruxellis, et sepultus est in choro suorum consodalium, cui charus ejus discipulus hujusmodi ad sepulchrum adscripsit epitaphium:

R. P. ALPHONSO a Castro Zamorensi, viro profanis, omnibusque sacris doctrinis ornatissimo, qui cum Salmanticæ an. XXX. *Theologiam magna cum laude professus fuisset, atque inter alia pectora, dirinum illud, nec unquam intermoriturum Opus adversus omnes haereses post Christum Salvatorem natas edidisset, Tridentum deinde adscitus, celebre sibi nomen comparasset, atque in S. Evangelii per annos* XLIII. *praelectione, ingenii, pietatis, eruditionis gloriam apud Hispanos adeptus fuisset, a Philippo II. Hispaniarum Rege inter alios divinarum rerum Consiliarios, et Ecclesiastes coaptatus est, cui in Anglia, dum Religionem in eo regno restituit, insignem operam navarit. Demum in Belgium ipsum accitus, a Deo Optimo evocatus Bruxellae tertio non. Febr.* M. D. LVIII. *aetatis anno* LXIII. *sub instituto autem sancti Francisci* XLVIII. *Gaspar Tamayo Salmanticensis praeceptori charissimo, ne contubernali dulcissimo moestissima ponuit.*

Robertus Cardinalis Bellarminus, vir alioquin modestissimus, insignem hunc untorem, a quo potissimum pro suis scribendis controversiis subsidium accepit, aliquanto durissime secundo et tertio censurat. Tom. 2. lib. 2. de Imaginibus cap. 6. dicit eum non sine temeritate, et praejudicio Catholicæ fidei tam crassos errores tam unguis viris (Sereno scilicet Episcopo Massiliensi, et Epiphanio Cyprio) attribuisse. Attamen si quis legeris Alfonsum (*Castro lib.* 8. *verbo Imago*), videbit tantummodo vere retulisse in Sereno, quod sanctus Gregorius in eo reprehenderat de fractis per eum imaginibus, et in Epiphanio, quod ipse in epistola ad Joannem Episcopum Jerosolymitanum narravit, quod sciderit velum, in quo depicta erat Christi Imago, de quo adeo sinistre apud aliquos audivit, ut in VII. Synodo act. 6. re mature discussa, fuerit purgatus ab omni errore. Et quidem utrumque Episcopum ipse Castro reverenter ab omni haeresis nota defendit. Tomo 3. libro 3. de grat. et libero arbit. capit. 4. ait Bellarminus videri Alfonsum accessisse ad sententiam Calvini in constituenda libertatis essentia, dum ait eam esse libertatem, quæ opponitur necessitati, vel ut verius dicat, coactioni; sed tamen ipse postea admittit, Alfonsum satis aperte indicare, se per *coactionem* intelligere quamlibet determinationem ad unum, atque ita solum in modo loquendi eum recedere a communi sententia. Tomo 4. libro 1. de matrimonio cap. 5. ait eum admittere, matrimonium non esse Sacramentum proprium novæ legis, sed fuisse in lege veteri, et a Christo non tam institutum, quam confirmatum, quod, inquit, tuto defendi non potest; sed nihil horum habet Castro; docet tantum exordium habuisse matrimonium in conjugio primorum parentum, quod nullus negabit, saltem ratione conjugii, et contractus. Vide Bon. in 4. d. 28. art. 2. quæst. 2. et Petrum de Soto lect. 2. de matrimonio. Nunquam autem dixit Castro fuisse proprie Sacramentum ante legem gratiæ.

ALFONSUS CONTRERAS Hispanus, provinciæ Conceptionis, Theologus summus, Ducis Albani Belgarum Gubernatoris Confessarius, ante a Philippo II. Hispaniarum Rege ad Conc. Trident. secundo ablegatus fuit. Vir singulari modestia, multa quoque rerum experientia probatus; cum jam res, gentesque Belgarum penitus cognoscere cœpisset, multorum judicio supervivere si potuisset, illic non in tantum, ut videmus, inclinassent. In eum jam defunctum Vigilius Consilii secretioris Præses adstantibus Minoribus hoc dixit eloquium: *cecidit corona capitis vestri.* Adnumeratus, ut dixi, Theologis Concil. Trid. habuit ad Patres sub Pio IV.

Orationem de reformatione Ecclesiæ. Prodiit Brixiæ anno 1563. extantque inter orationes Lovanii in fol. editas an. 1567. Obiit Bruxel. an. 1569. die 7. Dec. sepultus in choro sui cœnobii ante presbyterium.

ALFONSUS de CRUCE Hispanus, oppidi Vallis Mauri, Script. Observ. provinciæ sancti Pauli, Guardianus cœnobii S. Antonii Ambienis, edidit Hispanice

Discursus Evangelicos: partem primam, Madriti 1599.

Discursus varios, sive *adnotationes pro festivitatibus praecipuis Sanctorum totius anni.* Madriti 1599. et Barcinone apud Jacobum Cendrad. an. 1600. in 4.

Alterum *de Puritate S. Pauli Apostoli.* Madriti anno 1599.

Tractatum inscriptum *Via Salutis.* Salmant. 1625.

Compendium vitæ spiritualis. Ibid. eodem anno. Reliquit ms.

Manuale Praelatorum.

Conciones Quadragesimales.

ALFONSUS GUTIERRES Hispanus, sacræ Theologiæ professor, et provinciæ S. Jacobi Minister, pro defensione Religionum Mendicantium dedit ad Philippum II. Regem Hispaniarum

Tractatum doctum et plum, quem Memoriale nuncupavit, impressitque Antonius Daza in 4. parte Chronicorum Ordinis Minorum.

Alia insuper scripsit opuscula nondum edita, quæ extabant in Bibliotheca Minorum Zamorensi.

Vivebat anno 1573.

ALFONSUS de HERRERA, et Molina Hispanus Granatensis, in cœnobio Limensi regni Peruani, provinciæ sanctorum duodecim Apostolorum Indiatus, Guardianus cœnobiorum Cbuquiagi, et Truxilli, custos provinciæ Charcarum, edidit Hispanice

Minas, sive *interminationes judicii finalis, et parorum Inferni super Psal.* 48. Hispali an. 1618. apud Vinc. Alvarez in 4.

Attributa Christi, et excellentiae nominis Jesu. Ibidem anno 1649.

Iram, et furorem Dei contra jurantes vana per suum sanctum nomen. Ibidem.

Judicium finale. Ibidem 1617.

Speculum bonorum conjugatorum super epistolam, Mulierem fortem, *desumptam ex Parabolis Salomonis* c. 31. Limæ anno 1627. Granatæ anno 1631.

Quæstiones Evangelicas pro concionibus Adventus, et Sanctorum eo tempore occurrentium, tomos duos Limæ anno 1649.

ALFONSUS de HERRERA, alter, Hispanus Reg. Obser. apud Indos, scripsit lingua Mexicana

Sermones Dominicales.

Sermones de Sanctis.

ALFONSUS LUPUS Hispanus Madritensis, quem alii (*Daza* 5. *p. lib.* 4. *c.* 29.) dicunt Assidoniensem, Strict. Observant. provinciæ Castellæ, dum Archiepiscopi Toletani cum Regiis ministris de re Ecclesiastica disceptantis causam suscepit defendendam, et ve-

vehementius ex sæggesto propugnat, Regio edicto extra Hispaniæ fines cogitur exulare. Romæ etiam sub Gregorio XIII. onrantibus Hispanis durissnle habitus, et in carcerem actus, ad Capnccinos transivit, inter quos etiam mortuus anno 1603. idibus Octobris, magnum sui reliquit desiderium tum propter vitæ sanctitatem, tum propter doctrinæ præstantiam, et fructum animarum emunitissimum. Ejus vitam scripsit Zacharias Boverius tom. 2. suorum Annalium ad annum supradictum, et Federicus Borromeus S. R. E. Cardinalis Archiepiscopus Mediolanensis, qui homiuem sæpe audivit concionantem, lib. 2. sui operis, quod de sacris nostrorum temporum Oratoribus inscripsit, insignem habet illius commendationem. Eam ab his verbis anspicatus est: *Alphonsus Lupus e Francicana disciplina severiore, etc. primus omnium ita perturbavit, atque concussit hominum animos oratione sua, ut ex omni memoria paucos admodnm reperire possimus, qui cum eo ridcantur esse conferendi. Nimirum hujus hominis voce compulsi quamplurimi mortales abdicarere mundum, et in sacrata sese claustra contulerunt, quocumque norus Apostolus ivet, ad eum populi confluebant. Neque mensis hæc uberrima, tantique fructus fuere negotium unius, vel alterius anni, civitatumque tantummodo certarum, sicuti concionatorum fere omnium impetus habetur; sed toto vitæ suæ cursu semper, et ubique concionatoris admirandi sustinuit nomen, et famam.* Elogium deinde ita clausit: *Hactenus ea dicta sunt de concionatore Lupo, quæ possint facile demonstrare summum illum fuisse sui temporis oratorem, atque talem omnino, qualem fortasse nemiuem ætas illa videatur habuisse.* Et postquam multa de homine dixerat, subjunxit: *Alphonsus hic Lupus, quod sciam ego, nullos otii sui fructus, nullum ingenii monumentum reliquit præter Commentarium in divinum ratem Isaiam; quem ab ipso acceptum servari jussimus in hac Ambrosiana Bibliotheca, divulgandum aliquando in gratiam eorum, qui studiis hisce delectantur.*

ALFONSUS MALDONADO Hispanus, provinciæ sancti Jacobi, prædicator Apostolicus, et Commissarius generalis in Indiis Occidentalibus, cum a quibusdam molestæ agitarentur in Hispania Fratres Observantes, dedit ad Regem Philippum II. tractatum eruditum Hispanum, quem inscripsit:

Defensio parvulorum. Habetur in Bibliotheca Minorum orenobii Lucensis in Galæcia. Vixit anno 1572.

ALFONSUS a MADRITO, sive Mantuæ Carpentanorum in Hispania natus, edidit

Methodum ante inserciendi Deo. Libellum vere aureum in varias linguas translatum. Prodiit Italice Romæ apud Stephanum Paulinum an. 1604.

Speculum illustrium virorum.

Memoriale vitæ Christi; quod postea auxit septem meditationibus, quas hebdomadæ dictus aptavit. Has Gabriel Chapius Turingus historiographus Regius Gallice reddidit, et prostabant apud Gulielmum Clandiere Parisiis anno 1587. Sed et ipsa *Methodus* scripta Hispanice, versa n Joanne Hentenio una cum Speculo Illustrium virorum prodiit in lucem Lovanii apud Zangrium, et Ingolstadii apud Davidem Sartorium an. 1578.

ALFONSUS de MENDIETA, vide verbo *Didacus de Corduba.*

ALFONSUS de MEDRANO provinciæ Castellæ, scripsit

Instructionem, et methodum facilem recitandi Officii divini. Compluti 1512. in 8.

ALFONSUS a MOLINA Hispanus, in eam Indiæ Occidentalis partem, quæ *nova Hispania* appellatur, a parentibus puer nbductus, occultiores elementorum observationes Mexicani sermonis ob ætatis teneritudinem ita brevi percalluit, atque ita expedite locutus est, ut consodales Franciscani, qui illuc appulere, eo interprete uterentur. In antem eum, nbi per ætatem licuit, ad eos se adjunxisset, Mexicanis totos quinquaginta annos uberrima eum messe concionando addixit. Post quos nt ad eandem messem excolendam eo venturis vita etiam functus interpretem ageret, non panca condidit, quibus tum ministri Evangelicæ doctrinæ, tum ipsi indi magnopere adjuvantur, et quidem nnus omnium, primusque his libris maximum illis regionibus convertendis intulit subsidium. Dictavit igitur perdiscendæ linguæ Mexicanæ

Grammaticam, sive artem puerilem.

Ejusdem idiomatis vocabularium, sive *dictionarium.*

Majorem item, et minorem doctrinam Christianam, sive *Catechismum.*

Confessionale duplex, majus, et minus.

Preparatoria pro receptione sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ.

Vitam S. Francisci Assisiatis.

Evangelia totius anni hoc evulgavit idiomate.

Officium iuxuper beatæ Virginis Mariæ.

Orationes multas, pinaque preces, quibus gens ilia pietati assuefieret.

Post diuturnum autem morbum, in quo se continenter ad cœlestem patriam comparabat, in cœnobio Mexicano quievit in Domino anno 1580.

ALFONSUS n MONTESINO, edidit

Sermones vavios in omnia Evangelia totius anni. Vallisoleti 1618.

ALFONSUS de OROSIO Hispanus, scripsit

Historiam Reginæ Sabæ doctis intermixtis considerationibus. Salmanticæ apud Dominicum de Portinario anno 1575.

Sermones de Sanctis. Ibidem apud Simonem de Portinario an. 1573.

Quadragesimale. Madriti apud Petrum Cossin. anno 1570.

Sermones a Dominica in Albis, usque ad feriam tertiam Pentecostes. Compluti apud Andream Angulo anno 1571.

ALFONSUS PEREZ Hispanus, Conventus sancti Francisci Salmanticensis alumnus, vir admodnm pius, et doctus, ne Poeta eruditus, edidit

Conciones Regales in laudem Immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ. Salmanticæ anno 1619. et alia.

ALFONSUS de PUZZUOLO, vide *Ildefonsus.*

ALFONSUS RENGEL Hispanus, apud Indos Occidentales scripsit

Grammaticam, sive artem addiscendi linguam Mexicanam.

Alteram pro addiscenda lingua Otorviana.

Sermones pro totius anni circulo.

ALFONSUS a SANCOLES, vide *Ildefonsus.*

ALFONSUS a SCALONA, nobili Hispaniæ oppido, prope Toletum provinciæ Carthaginæ alumnus, anno 1531. in novam Hispaniam transfretavit, et in urbe Tlaxatalæ linguæ Mexicanæ addiscendæ omnem operam impendit, quam brevi, feliciterque assecutus, sexcentos ferme pueros a se delectos primis elementis, Grammaticæ rudimentis, et Christianæ doctrinæ regulis erudivit. Multas Indiæ regiones peragravit, fructu semper camulatissimo. Multis cœnobiis præfectus, provinciam etiam a *S. Evangelio* appellatam san-

sanctissime gubernavit. Mirandum ejus vitam Franciscus Gonzaga (*Conc. 4. prov. S. Evangelii*) sub compendium recenset; scripsit

Conciones Evangelicas. Quae postea conversae sunt in idioma Guatemalicum.

Commentarios eruditos in Decalogum.

Aetatis suae anno 88. cum septuaginta ex his D. Francisco tribuisset, ludis autem ad fidem addncendis quinquaginta impendidisset, in Mexicano coenobio jejuniis, castigationibus, ac variis mortificationibus confectum corpus reliquit, anno Domini 1584. Martii 18. die non sine ingenti sanctitatis opinione.

ALFONSUS a SPINA Hispanus, (*Annal. Minor. anno* 1452. *num.* 31.) ex Judaeo Christianus, doctus Minorita, qui diu Salmantiae rexit Minorum Academiam, demum assumptus ad Episcopatum Orinopolitanum. scripsit

Sermones de excellentia nominis Jesu. Librum decimum, quem inscripsit

Fortalitium fidei, suo nomine suppresso. Joannes Mariana (*libro 22. de reb. Hispan. capite* 46.) *Opus* vocat *eruditum, splendido titulo, coce barbara, et divinarum rerum cognitione praestanti.* In eo, inquit Possevinus (*verb. Fortalitium fidei*), cui authoris nomen erat ignotum, agitur de armandis fidelibus, ac de sex armorum spiritualium generibus: quin et quibus armis muniendi sint veri concionatores; abi plura de bello contra haereticos, Saracenos, Judaeos (*Garibus de Regib. Castel. lib.* 16. *c.* 46.), et eorum, ac demonum adversum nos. Meus codex impressus est Lugduni anno 1511. cura Guilelmi Totani Ordinis Praedicat. in sacra pagina professoris.

ALFONSUS de TURRIBUS, sive de Torres, Hispanus provinciae Granatensis, edidit Hispanice libros, quos intituluvit

Scala coeli. Granatae 1625.

Educatio spiritualis Novitii. Madriti 1605. et 1628.

Commentaria in Regulam sanctae Clarae. Granatae 1640.

ALFONSUS a VARGAS Hispanus, vir valde religiosus provinciae Carthaginensis Minister, praecipuis Ordinis functus muneribus, cujus opera in visitandis, et reformandis provinciis saepe usi sunt Ministri generales, scripsit

Historiam coenobii, et miraculosae Imaginis Beatae Mariae Virginis de las Huertas urbis Lorcensis; nec non insignium reliquiarum, quae ibidem asservantur. Granatae 1625. in 4.

ALFONSUS Vascones, vide *Ildefonsus.*

ALIFAS de ANGLIA, scripsit

Super primum Sententiarum. Habetur ms. in Biblioth. conventus Assisii.

ALOYSIUS CESARAUGUSTANUS, Capnecinus, provinciae Aragoniae Minister, et Definitor generalis, edidit

Lucubrationum Theologicarum, seu materiarum Scholasticarum juxta mentem D. Bonaventurae, Tomos duos.

ALOYSIUS CURIUS Romanus Reg. Observ. provinciae Romanae Theologus, et Custos, atque Ordinis Definitor generalis, nihil olim a secretis, dum munus subirem Procuratoris generalis totius Instituti, edidit

Ministri Generalis delineationem, sive *Paraenesim*, a se habitam in Comitiis generalibus ejusdem Ordinis Toleti celebratis. Romae ex typographia Cameræ Apostolicae anno 1646. in 4. Vide verbum *Antonius Daza.*

Sermonem panegyricum de S. Ignatio Loyola, quem habuit in frequenti coetu Cardinalium, aliorumque auditorum Romae in templo Arracli 7. Idus Aug. anno 1647. Romae in typographia Cam. Apost. eodem anno.

ALOYSIUS, sive *Ludovicus Vulcanus*, Strictior. Observ. scripsit Italice pium, utilemque tractatum, quem inscripsit

Gemma coelestis. Neapoli 1600.

ALPHONSUS, vide *Alfonsus.*

ALVARUS PELAGIUS Hispanus, vir valde doctus in utroque jure, Scoti auditor, de quo nos saepe in tertio Tomo Annalium (*An.* 1308. 1329. 1332. 1340.) locuti sumus, et quem Possevinus, ac Trithemius *Alphanum* perperam appellant, scripsit insigne opus, cui titulum indidit

De Planctu Ecclesiae, libris duobus distinctum, in quo Ecclesiasticorum, omniumque Reipublicae Christianae statuum defectus clarissimo ordine reprehendit, adjunctis fere ad singula verba textibus utriusque juris, et sacrae Scripturae locis. Illud dedicavit Petro Gomesio Cardinali Hispano tit. sanctae Praxedis. Incipit, *Optimis moribus, et virtutibus adornato.* Prodiit meus codex Venetiis ex officina Francisci Sansovini anno 1560. Prima, quam sciam, editio prodiit Ulmae anno 1474. Habetur manuscrip. in Bibliotheca Vaticana, et in Ducali Urbini. Opus istud tanti fecisse dicitur S. Antoninus, ut numquam e manibus dimitteret, cujus etiam aliquando cum auctoris laude meminit (3. *p. tit.* 24. *c.* 8. § 2.). Edidit insuper

Collyrium adversus haereses. Habetur ms. in Biblioth. Vaticana.

Speculum Regum, lib. unum. Incipit. *In nomine Domini nostri Jesu.*

In 4. libros Sententiarum, lib. 4.

Apologiam contra Marsilium Patavinum, et Gul. Ockam. Suscepit enim in se causam Joannis XXII. contra quem temere illi scripserant. Scripsit insuper

Summam Theologiae, impressam Ulmae anno 1474. Habetur etiam ms. in Bibliotheca nostra Toletana littera Y num. 66. diffusus sermo ab eo habitus coram eodem Pontifice Joanne ita inscriptus:

Sermo fratris Alvari Hispani Decretorum Doctoris, Episcopi Coronen. et Paenitentiarii Domini Papae, factus in die Jovis Coenae Domini, in praesentia Dom. Papae Joannis XXII. In eo totus adhaeret Joannis opinioni circa visionem animarum, de qua nos late disseruimus Tome praedicto (*Ann.* 1333. n. 10.).

Alia insuper composuisse dicit Trithemius. Vixit sub annum 1340. quo ipse sit se correxisse opus de *Planctu Ecclesiae* Compostellae. Fuit Episcopus Coronensis in Achaja, et Silvensis in Lusitanorum Algarbiis. Aliqui Cardinalem fuisse opinantur; sed errant. Sepultus est in templo S. Clarae Hispalensi.

ALVARUS de ROXAS, sive a sancta Maria, Hispanus, Strict. Observ. provinciae S. Gabrielis, scripsit

Commentarios doctos in Apocalypsim S. Joannis. Eos vidi penes bonae mem. Cardinalem Gabrielem de Trejo, cum in aedibus illius ad sanctos Apostolos in Urbe cohabitarem illius fratri germano Antonio de Trejo, nostro olim Vicario generali, deinde Episcopo Carthaginensi, et Regis Catholici Philippi III. ad Paulum V. Oratori, qui me Salmanticae avocatum in Urbem in suo duxit comitatu. Librum tradidit author Cardinali, ut typis committeret, quod et Cardinalis promisit. An vero ita factum, postquam Cardinalis rediit in Hispaniam, mihi est incompertum.

Commentarios in Caput septimum Danielis.

Commentarium in caput quartum Zacchariae. Horum exemplar asservatur in archivio supradictae provinciae.

AMA-

AMADEUS LUSITANUS, nobili genere comitum Villæ Regiæ satus, in Italia Minorum subivit institutum, eaque vixit virtute, et sanctitate, ut piam, copiosamque multorum cœnobiorum in distinctis provinciis condiderit fratrum congregationem, quæ ab ejus nomine appellata est Amadeorum. Viris Principibus, Duci præsertim Mediolanensi, et Sixto IV. Summo Pontifici, cui erat a confessionum secretis, summe charus; multa utiliter præstitit in proximorum salutem, orationi, et contemplationi totus intentus multas, mirasque accepit a Deo revelationes; de his integrum librum conscripsit, cui titulus

Nora Apocalypsis.

Innumera sunt hujus libri exemplaria, sed corrupta, multisque erroribus scatentia, de quibus nos diffuse monuimus (*An.* 1482.) lectorem, authorisque vitam per suos annos distinximus Tomo 6. et 7. Annalium. Obiit Mediolani sepultus in cœnobio Pacis anno 1482. die 10. Augusti.

Henricus Willot huic tribuit *Homilias de B. Virgine*, quæ illius non sunt; sed Amedei ex Cisterciensi monacho Episcopi Lausanensis. De viro hoc ter agit Possevinus sub nominibus Amedei, Amatoris, Amedi, et Amedei.

AMANDUS ZIERIXENSIS, ita ab oppido nativo in Zelandiæ insula Scowvia ad mare Germanicum, Latine, atque etiam linguarum externarum, præsertim Hebraicæ, et Græcæ peritus, cum magna laude Lovanii in suo cœnobio S. Theologiam professus est. Minister fuit provinciæ Coloniæ, antequam ab illa, quæ nunc Germaniæ Inferioris appellatur, disjungeretur. Antiquitatum studiosissimus indagator, multa scripsit, præsertim

Chronicon a mundi exordio ad annum Domini 1534. *quod Scrutinium*, vel *Venationem veritatis historicæ* vocavit. Prodiit Antuerpiæ anno 1534. apud Simonem Cocum.

Commentarios in Genesim.
In Jobum.
In Psalmum centesimum decimum octavum.
In Ecclesiasten.
De LXX. hebdomadibus Danielis, librum 1.
De XL. mansionibus.
Spiritualis militiæ XII. libros, lib. 1.
Historiam Dominicæ passionis.
De Christi Resurrectione, et Ascensione.
De S. Annæ conjugio.
Conciones varias.
De Sophi Rege Persarum.

Omnia hæc extabant Lovanii apud suos mss. ibique in libro fratrum defunctorum ita de illo legitur: *Obitus venerabilis, zeloti, et devoti Patris* AMANDI ZIEREXENSIS, *Sacerdotis, Prædicatoris, et confessoris, qui fuit ante unionem Minister, et Custos Fratrum Reformatorum hujus provinciæ Coloniæ, nec non et Guardianus, et Lector in diversis conventibus, etiam post unionem. Vir utique in sacra pagina litteratissimus, Latinæ, Græcæ, et Hebraicæ linguæ peritissimus, sepultus in choro Lovanii ante summum altare anno Domini* 1524. 8. *Junii.* Videtur error in numeris libri, et pro anno 24. substituendum 34. Si enim in Chronicis protraxit narrationem usque ad illum annum, ex illo libro hujus posterioris error deprehenditur.

AMANTIUS (Possevino Amantinus, aliis Amandus), de Valle, Regens S. Saturnini, provinciæ Aquitaniæ Minister, sacræ Theologiæ per multos annos apud Tolosates professor, scripsit

Commentarios in librum primum scripti Oxoniensis Joannis Scoti; et alia, quæ pereunt.

AMBROSIUS LEXOVIENSIS Gallus, tertii Ordinis sancti Francisci Congregationis Gallicanæ, Guardianus cœnobii B. Mariæ miraculorum de Urbe, cecinit erudito carmine victoriam insignem Ludovici XIII. Franciæ, et Navarræ Regis Christianissimi contra hæreticos Rupellenses, et Anglos auxiliarios sub hoc titulo:

Anglî profligati, Rupella expugnata. Romæ apud Jacobum Mascardum anno 1629. in 4.

AMBROSIUS MILLETIUS, provinciæ Franciæ, custodiæ Campaniæ, et conventus Trecensis alumnus, facultatis Theologicæ vir suo tempore clarissimus, qui ut populum Trecensem a Lutheranæ labis hæresi vindicaret, multis laboribus, et vigiliis insudavit in explicandis ex suggesto difficilioribus sacræ Scripturæ locis, quæ Lutherani in suæ perfidiæ confirmationem adducebant; scripsit

Commentaria in Evangelium Matthæi.
In Epistolas Pauli.
Vivebat anno 1568.

AMBROSIUS MONTESINUS Hispanus, scripsit *Commentarios in Epistolas, et Evangelia Quadragesimalia.* Madriti 1615.

Sermones varios. Methymnæ Campi 1586. in 4. Hispanum fecit *Vitam Christi*, quam *Landulphus Carthusianus* composuit:

AMBROSIUS SAXIUS Bononiensis, Reg. Observ. provinciæ Bonon. Lector emeritus, ac juris canonici Professor edidit

Catastrosim Philosophicam, ac Theologicam, sive *Peripateticæ, Scoticæ, atque universalis doctrinæ explicationem. In qua disputationes quam plurimæ non minus studiosis perutiles, quam proceris grate expenduntur, variaque controversiæ passim conciliantur, præsertim circa Quidditates, Realitates, Formalitates, ac hujusmodi Abstractiones, quæ in scholis Scotistarum pertractantur.* Tomus primus prodiit Bononiæ typis Jacobi Montii, et Caroli Zeneri anno 1640. in fol.

ANASTASIUS N. Gallus Strict. Observantiæ edidit Gallice librum inscriptum

Dieu mourant d'amour pour les hommes. Idest, *Deus amore morions propter homines.* Lutetiæ primum in 4. deinde Lugduni in 8. apud Claudium Prost.

ANDEOLUS LICTAVIENSIS, Concionator Capuccinus, provinciæ Lugdunensis, Missionarius Apostolicus, et hæreticorum impugnator acerrimus, edidit Gallice

Summam doctrinæ, quam docet Ecclesia Catholica, et Romana, cum Breviario errorum, et hæreseon, quas docet Ecclesia pretensa reformata Calvinistarum. Lugduni apud Ludovicum Muguet 1635.

Statuta Archiconfraternitatis sanctissimi Sacramenti, cum regulis, et documentis pro confraternitibus diœcesis Mimatensis. Ibidem.

Collationem amabilem inter duos bonos Gallos, quorum unus Catholicus, alter Calvinista, circa materias fidei controversas. Lugduni apud Vincentium de Coeursilli 1637.

Exercitia spiritualia pro recenter conversis ad fidem Catholicam. Ibidem 1638.

Statum deplorandum Ecclesiæ Calvinisticæ, fideliter, et sincere repræsentatum. Ibidem.

Interrogationes justas, et rationabiles, quas Catholici faciunt Calvini sectariis ad eos ab errore liberandos et a morte æterna evocandos. Turnoni apud Antonium Pichon, 1638.

In

Incitamenta conversionis ad fidem Catholicam nobilis dominæ Alexandrinæ de Rombiac viduæ Domini de Tardivon. Ibidem.

Communicationem bonorum spiritualium, quam faciunt boni Catholici, qui sub protectione B. Virginis Mariæ cupiunt se mutuo juvare ad moriendum in gratia Dei. Ibidem 1639.

Adorationem veri Dei, in qua ostenditur, quod Calvinistæ grarissime errant, dicendo Deum non debere adorari in Ecclesiis in Sacramento altaris, et in imaginibus. Ibidem.

Defensionem Purgatorii, et honoris Ecclesiastici, et Religiosis debiti. Ibidem.

Monita amabilia sectariis Calvinisticæ religionis. Lugduni apud Petrum Muguet 1640.

Excercitia spiritualia pro illis, qui Deum amare desiderant. Ibidem apud Vidnam Ludovici Muguet.

Summam Indulgentiarum Religiosis concessarum. Ibidem.

Modum Indulgentiæ cum fructu lucrandi tam pro se, quam pro defunctis. Ibidem.

Perfectionem Christianam, ad quam tendere debent illi, qui in Paradisum intrare desiderant. Ibidem 1642. in 8.

Prudentem, et sapientem Patrem familias, pro devota, et debita suorum, et sibi subditorum directione. Ibidem 1646. in 12.

ANDREAS d'ALERET Segusianus, Convent. sacræ Theologiæ magister scripsit

Apologiam pro Bonito Combaxonio ejusdem Instituti præclaro Theologo. Sedani apud Simonem Moarbenk 1634. in 8.

Memorialia Religionis Franciscanæ. Ibidem 1636. in 8.

Notas in universam Scripturam, tomi duo in fol. Ibidem anno 1625.

ANDREAS ANAGNINUS, e Comitibus Signiæ, Alexandri III. et IV. et Bonifacii VIII. Pontiff. consanguineus (*Vide tom.* 2. *Annal. an.* 1295. *num.* 10.), ab eodem Bonifacio designatus Cardinalis Presbyter tituli (inquit Eysengrenius) S. Luciæ in Silice, tantam dignitatem renuit accipere, sua humilitate contentus. Virum vocat Eysengrenius moribus, et doctrina insignem, omni litteratura sua ætate nobilissimum, et scripsisse ait

De Parte Virginis Mariæ volumen. Tanta vixit sanctitate, ut in vita, et morte miraculis floruerit. Obiit in conventu Pilei, provinciæ Romanæ, custodiæ Campaniæ.

ANDREAS CAPPELLA scripsit

Sermones Quadragesimales. Compluti apud Joannem Grazianum 1578.

Sermones pro singulis Dominicis totius anni. Ibidem eodem anno.

ANDREAS a CASTRO, Burgis Hispaniæ natus, fama duodecim Patrum Franciscanorum, qui Indis Occidentalibus primi Christi fidem intulerunt, exitatus, Hispali nave conscensa anno 1540. prospera navigatione in tanta messe laborantibus subsidiarius accessit. Mira facilitate Mexicanam, Matlazingicamque linguam perdidicit, quibus instructus, singulis Dominicis, ac sacris feriis, tertio, varioque idiomate, discretisque lingua, et regione populis confluentibus, Hispanica nimirum, Matlazingica, et Mexicana lingua concionabatur. Scripsit

Dictionarium, seu artem perdiscendis illis linguis perutilem.

Catechismos vulgari sermone.

Conciones ad populum posteris commodissimas Matlazingica lingua pernultas. Obiit anno 1577. in cœnobio Tubricano.

ANDREAS de CASTELLANO Convent. sacræ Theol. Magister, scripsit librum, quem nuncupavit:

Missionarius Apostolicus contra hæreticos.

ANDREAS de CORTILI, conceinnavit ex monumentis sanctorum Patrum.

Indices concionum. Asservantur Patavii in Bibliotheca sancti Antonii.

ANDREAS COVUREUR, alias de *TECTO* Andomarensis, sacræ Theologiæ Professor, et Ecclesiastes perceiebris, edidit vernacuio sermone

Divini amoris, sive *SS. Eucharistiæ facultas,* Duaci in 8. typis Belleri.

Philosophium, sive *Meditationem mortis.* Obiit in conventu Ivestrensi an. 1625.

ANDREAS GUERRERO Hispanus, explicavit

Rubricas Missalis, et Breviarii Romani. Cæsaraugustæ 1629. in 8.

ANDREAS de LAUGE Gallus provinciæ Franciæ Parisiensis, Conventus Pontisaræ alumnus, vir doctus, in lectione Patrum maxime versatus, in conventu Nanceiano primum Theologiæ Lector, deinde Guardianus ibidem, et postea Pontifarve, ubi decessit, scripsit, et edidit Gallice *Sermones Adventuales,* coram Henrico II. Duce Lotharingiæ habitos, quos inscripsit:

Apocatastasis animæ, id est, *restitutio animæ in pristinum statum.*

ANDREAS NICOLAI Hungarus, Conventus Cathuniensis alumnus, scripsit

Commentarios in Genesim.

Floruit circa annum 1464. ex Wiiot.

ANDREAS de NOVO CASTRO, Lotharingus, provinciæ Franciæ, dictus *Doctor ingeniosissimus,* scripsit

Commentaria in quatuor libros Sententiarum; excusa Parisiis in fol. magno voiumine apud Joannem Gratium; carent impressionis anno. *In primum* separatim prodierunt ibidem anno 1514.

Petrus Rodulphus testatur se vidisse *commentarios* in primum ms. Bononiæ in Bibliotheca S. Salvatoris.

ANDREAS de OCAÑA Hispanus, scripsit

Discursus Eucharisticos. Madriti 1622. in fol.

ANDREAS de OLMOS Hispanus, humanioribus litteris, ac juri civili adolescens navarit operam, atque ætate provectior juris etiam Pontificii notitiam adjunxit. Adulta ætate Franciscanis nomen dedit Vallisoleti. Absoluto Theologiæ curriculo Insignis evasit Ecclesiastes. Adjunctus comes Joanni Znmarragæ ex Guardiano Tribuiensi ad Episcopatum Mexicanum a Carolo V. destinato, quadraginta tribus annis Indis convertendis, et excolendis totam suam operam impendit. Mexicana, Totonaca, Tepuaca, Vaxtaca linguis, quas expedite loquebatur, populos instruebat. Incredibile est, quantum Deus Opt. Max. miseram gentem in tenebris cæcutientem opera hujus viri illuminaverit. Per amplissimas provincias, inviasque regiones, ne quidem de nomine notas, quot trophæa Crucis exerexerit, quot millia idoiorum destruxerit, quot myriades hominum sacro Baptismate intinxerit, difficile est recensere. Quidquid temporis vel a concionibus habendis, vel a confessionibus excipiendis, vel a catechizandis neophytis, vel a sacris exercitiis reliquum erat, totum ab nna, vel altera hora, qua brevi somno, et reficiendo corpusculo indulgebat, vel in evoivendis sacræ Scripturæ libris, vel in scribendis aliis numerosissimo populo recens converso necessariis, impendebat,

debat, quo factum est, ut multa doctrinæ suæ reliquerit monumenta. Ea sunt:

Ars addiscendi linguam Mexicanam.

Ejusdem linguæ Dictionarium.

Ars addiscendi linguam Vastacam.

Ejusdem linguæ Dictionarium.

Ars addiscendi linguam Totonacam.

Ejusdem idiomatis Vocabularium.

Libellus de extremo judicio, lingua Indica conscriptus.

Libellus septem Sermonum lingua Mexicana.

Modus confitendi Vastaco sermone.

Tractatus de Sacramentis.

Tractatus de sacrilegiis.

Tractatus de septem peccatis mortalibus.

Doctrina Christiana lingua Mexicana explicata.

Docta quædam problemata.

Alfonsus a Castro adversus hæreses e Latina lingua ab eo in Hispanicum metrum conversus.

Omnia hæc phrises impressa extant in iis regionibus obvia. Obiit in Tampicano conventu anno 1571, sanctitate, et prophetico spiritu insignis.

ANDREAS PERUSINUS de Uviano scripsit

Disputationem de præcedentionis causa.

Speculum de Conceptione B. Virginis. Patavii apud Joannem Baptistam de Mastinis anno 1627.

Analysis puritatis Conceptionis beatæ Mariæ. lib. 1. Venetiis apud Marcum Ginammam 1634. in 4.

ANDREAS ROCHMARINUS Polonus Reg. Observ. provinciæ Poloniæ Definitor, in conobio D. Bernardini Cracoviensis primum Philosophiæ, deinde Theologiæ Professor scripsit

Commentaria in librum primum Sententiarum Scoti. Venetiis anno 1627.

ANDREAS a SOTO Hispanus, in Castellæ veteris oppido S. Facundi natus, provinciæ Conceptionis alumnus, Instituti Recollectionis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, in qua S. Theologiæ Lector, et tertium Guardianus fuit, Serenissimæ Isabellæ Claræ Eugeniæ Hispaniarum Infantis, Alberti Archiducis Austriæ lectissimæ conjugis per annos ferme viginti Confessarius, provinciarum Argentinæ, Coloniæ, Hiberniæ, Angliæ, Flandriæ, inferioris Germaniæ, S. Andreæ, allarumque Reverendissimi P. Ministri Generalis Commissarius, vir religiosissimus, humilitate, abstinentia, aliisque virtutibus insignis. In magnis difficultatibus ipsius charitatem, et prudentiam tam varii, tam civitas ipsa Bruxellensis experta est. Multa scripsit opuscula lingua Hispanica, quorum hic est indiculus.

Vita, et virtutes beatissimi Josephi Sponsi beatissimæ Virginis Matris Mariæ. Vallisoleti 1593. et Bruxellis apud Joan. Mommartium an. 1600.

De conversione boni Latronis, cum tractatu de Redemptione mali temporis. Antuerpiæ anno 1606. apud Bellerum. Translatus est in linguam Italicam.

Contemplatio de Christo Crucifixo. Ibidem a. 1604.

Paraphrases super lamentationes Jeremiæ. Bruxellis apud Joannem Mommartium anno 1609. et 1615.

Explicatio benedictionis cerei Paschalis: Exultet; præconii solicet Paschalis.

De excellentia Pacis. Antuerpiæ apud Joachimum Trognesium anno 1621.

De vera solitudine, et vita solitaria. Bruxellis apud Joan. Mommartium anno 1607.

De vita, et miraculis S. Eugenii primi Archiepiscopi Toletani.

De congregatione Pœnitentum. Montibus Hannoniæ apud Ludovicum Rivium anno 1607.

De Aquæ benedictæ principiis, et origine, et de antiquitate sacrorum cereorum, quos vocamus Agnos Dei, et miraculis.

Consolatio vivorum, et exequiæ defunctorum.

Historia vitæ S. Alberti Leodiensis Episcopi, et Martyris, et de translatione corporis ejus Rhenum ex Francia Bruxellas in Brabantia.

Paraphrasis in Psalmum 118. Beati immaculati in via: item *in Psalmum* 121. Lætatus sum in his.

Et hæc pene omnia nostri Patres Belgæ ex Hispanico in Teuthonicum idioma transtulere. Antuerpiæ excusa prostant venalia. *Sed et contemplationis Christi Crucifixi, et considerationis Christi super Crucem, ac de doloribus, quos beata Virgo passa est ad pedes Crucis*, tractatum, quem vere pium, et utilem dicit Possevinus, Italice reddidit Raphael Fabricus Societatis Jesu, exensum Venetiis apud Baretium Baretii anno 1603. sed et Gallice non semel recusus est.

Obiit piissime 5. Aprilis an. 1625. sepultus ante altare sanctæ Crucis Bruxellis; quod altare Serenissima Princeps Isabella cum marito suo Alberto Archiduce in gratiam dicti Patris erexit, pulchrisque ornamentis decoravit.

ANDREAS a TECTO, vide *Andreas Cornevor.*

ANDREAS de VEGA, Hispanus Reg. Observ. provinciæ S. Jacobi, annis multis Salmanticæ Theologiam professus, sacri Concilii Tridentini Patribus adnumeratus, doctrinam de justificatione, omnium, quæ in sacra Synodo discussa sunt, difficillimam, valde tractavit, examinavit, publicis congressibus discussit, et tandem doctissimis commentariis, refutatis hæreticorum erroribus, et fortiter Concilii propugnata sententia, defendit. Opus istud edidit Petrus Canisius Soc. Jesu vir celeberrimus anno 1572. dedicavitque Ernesto Comiti Palatino, utrinsque Bavariæ Duci, et Frisingensis Ecclesiæ Administratori, postea Principi Electori, insertis epistolæ nuncupatoriæ gravissimis elogiis, quæ in tanti operis dignam commendationem hic etiam exscribenda judicavi. Postquam multis argumentis pondus, utilitatem, et necessitatem doctrinæ de justificatione disseruit, subjunxit: *Etsi vero multi multorum Catholicorum de justificatione commentarii circumferuntur, qui et cum laude scripti sunt, et utiliter evolvuntur, attamen operæ pretium me in primis facturum sperari, si ex Theologis omnibus deligerem unum, nec quidem vulgarem de justificatione, tam dextre, tam erudite, tam copiose scribentem, qui uno volumine comprehensa in lectorum gratiam evolgetur.* Paucis interjectis: *Et hunc quidem Theologum delegimus Rev. P. Andream Vegam, virum cum primis eruditum, parique sanctimonia, cum viveret, commendatum; sed et primariis Concilii Tridentini Theologis, quos præstantissimos fuisse constat, Doctorum judicio adnumeratum.* Et paulo post: *Illud dicam permagni sane referre, ut ad manus habeamus quorumdam testimonia scripta, qui velut oculati testes actionum Conc. Tridentini coram adfuere, ut horum etiam scientia, et explicatione nobis, et posteris explicatiora reddantur, quæ sunt in eadem Synodo conscripta. Eoque charior in hoc opere nobis Vega esse debet, qui Tridentini doctissimos Theologos, et sapientissimos Patres tam disserentes audivit, cum de justificatione multis est mensibus acerrime disputatum: ipseque cum disputantibus aliis sua sensa studiosissime contulit, ex cujus viri scriptis docti facile deprehendent, quam fuerit idem in eruenda, con-*

confirmandaque veritate laboriosus, quam præterea nolens, et exercitatus in quæstionibus obscurissimis atque gravissimis examinandis, quas ille quidem ad normam verbi Dei libenter revocare consuevit, sed ita ut simul exponat, quid et antiquiores, et recentiores Theologi de re proposita judicaverint. Cum vero duæ sint partes operis ab eodem Vega perscriptæ, in prima quidem de justificatione tractat fusius, neque totum ad verborum Concilii germanam interpretationem studet accommodare, quod opus toto fere biennio elaboravit: in posteriore parte, quam prius idem author scripsit, ac edidit, aliquanto simplicior stylus est, et tractatio, quæ ad docendum sæpe lucem præbet, scholastica, ut eo rectius perplexis, et involutis quæstionibus respondeatur. eaque contractius, moreque scholastico explicentur, quæ prioribus libris quindecim amplissime disputantur; sed utrobique, nec ingenii acumen, nec docendi methodum, neque in veteribus, aut recentioribus Theologis exercitationem, neque in disputando demum perspicuitatem possis merito desiderare. Opus autem istud bipartitum est; primum ita inscribitur:

De justificatione doctrina universa, libris quindecim absolute tradita, et contra omnium errores, juxta germanam orthodoxæ veritatis, et sacri Concilii Tridentini præclare defensi. Duo tamen libri postremi ejusdem generis respondent postilenti cuidam libro Joannis Calvini, inscripto: *Antidotum in acta synodi Tridentinæ;* in quibus doctissime agit Vega de peccato mortali, et veniali.

Secundum est: *De eadem justificatione, gratia, fide, operibus, et meritis, quæstionibus quindecim absolutum*, Cardinali Pacheco nuncupatum anno 1546. Prodiit Coloniæ apud Gervinum Calenum anno 1572. in fol. Ascaffenburgi in diœcesi Moguntina apud Hermannum Miresium anno 1621. in fol. et alibi sæpe.

In hoc opere Cardinalis Bellarminus lib. 5. de Justificat. c. 19. Vegam carpit, quod contra communem sententiam negaverit, Deum opera bona remunerare ex mera liberalitate supra condignum, quod sub Pio V. sit condemnatum falsse in Michaele Bajo Lovaniensi. At tanti viri venia, longe distat ab hac sententia Vega: etenim apertissime fatetur, Deum præmiare ultra condignum merita justorum ex mera liberalitate, statuendo in lege præmium, quod longissime excedat omnem bonorum operum valorem, in quo sufficienter indicatur liberalitas Dei erga justos, qui ita benigne, et generose legem statuerit de mensura adeo superefflunti: unde nihil opus esse putat adjici etiamnum aliós gradus ad istos, quos Deus præscripsit bonis operibus. Actualem autem retributionem horum graduum gloriæ judicat fieri de condigno, supposita illa lege, et promissione de conferendo hoc præmio superefflunti, et proinde concludit in responsione ad secundum argumentum: *Decet quidem magnificos, et liberales Principes super id, quod opera suorum merentur, aliquod velut auctarium bene de se meritis adjicere. Sed ubi præmium aliquod certum statutum est, quod longe excyneret valorem omnium meritorum, adhuc semper aliquid etiam ei præmio adjicere, neque justum est, neque convenient, sed pluralitas quædam liberalitatum absque ulla necessitate.*

Multi non immerito magnopere laudant hoc opus, et authorem. Videndus Michael de Medina lib. de recta in Deum fide cap. 4. et Henricus Sedul. c. 4. comment. ad vitam S. Francisci. Scripsit insuper

Concionem ad Patres Concilii Tridentini die Cinerum habitam anno 1547. in 4. ubique loci, aut anni mentione.

Commentaria in Psalmos. Compluti 1599.

Commentaria in aliquot Concilii Tridentini decreta. Ibid. 1564.

ANDREAS ZANUS Venetus, Minorum Conventualium, scripsit Italice

Monotessaron historiæ passionis Dominicæ contextæ ex quatuor Evangelistarum narratione, quadruplici sensu, sive concepto concionatorio explicatæ. Venetiis apud Guerillos anno 1645.

ANFREDUS GONTERIUS (Andream vocat Possevinus), vir doctus, Barcinono, teste Willoto, scripsit docte, et ornate

De Christi et Apostolorum pauperiate.

ANGELA FULGINAS, fœmina sanctissima, cujus vitam ego dedi Tomo 3. Annalium (*An.* 1306, *num.*11 *et seqq.*), tertii Instituti Franciscani alumna, multarumque ungistra, per excelsos, decemque et octo passus ad perfectionem vitæ spiritualis annaudacta, jussu sui Confessarii scripsit

Libellum spiritualis doctrinæ, ac multiplicium visionum, et connolationum, quæ a Deo acceperat. Eum Paulus Rhoscllus Sacerdos Venetus misit ad Angelicam Abbatissam monasterii D. Lucie Venetiarum ejusdem Instituti; prodiitque Venetiis ex officina fratrum de Sabio anno 1521. Duo ego habeo hujus operis exemplaria mss. satis vetusta, unum Italicum, alterum Latinum in quibusdam ab impresso discrepantia. Franciscus Card. Ximenius hæc opuscula, tanquam maxime utilia, edi curavit Compluti (*Vide to.* 8. *Annal. ann.* 1508. *num* 21.).

Testamentum sub mortem condidit, quo filios, et filias, quas in Christo Jesu genuit, ad virtutes quasque capessendas adhortata est. Ego sub vitæ illius finem exscripsi, et habetur ad calcem operis prædicti.

Obiit Fulginei anno 1309. et sepulta est in templo S. Francisci miraculis illustris. Per illius doctrinam valde se profecisse fatetur Ubertinus de Casale in præmio sui operis de *Arbore vitæ Crucifixi.*

ANGELICUS de CARPENEDULO, Cappuccinus, scripsit Italice librum intitulatum

Gemma pretiosa d'affettuosi pensieri freggiata, cavati dall'officina della Croce secondo la mistica Theologia per introdurre il semplici all' esercitio dell' orationc mentale, col modo di fare un' hora d' orazione aranti al Santissimo Sacramento nell' occasione delle 40. *hore.* Brixiæ per Bartholomæum Fontanum anno 1617.

ANGELICUS INSULENSIS Exprovincialis Cappuccinorum Provinciæ, edidit

Responsiones contra hæreses Ministri Nestorienais Aransicani. Avenione, anno 1648. in 8.

ANGELUS CELESTINUS, Reg. Observ. provinciæ Principatus, nec. Theologiæ professor, et insignis Concionator, scripsit varios sermones, et discursus prædicabiles, quos in præcipuis urbibus, et Ecclesiis habuit, et per varias materias distinxit. Tomum primum ita prænotavit:

Oriens Christi; sub quo titulo multos tractatus Theologicos scripturales, et morales comprehendit ab Annuntiatione Virginis, et Christi ortu exorsus. Præcipuam partem horum sermonum habuit in templo S. Didaci sui Ordinis Neapoli. Prodierunt Venetiis apud Joannem Guerillum anno 1619. Tomus secundus ita inscribitur:

Occidens Christi; sub ista inscriptione varios colligavit tractatus, explicatis omnibus Evangelistarum narrationibus de Christi passione a sententia in eum lata

lata usque ad sequiturum. Ibidem anno 1618. Tomus tertius hunc habet titulum:

Aquilo peccatoris, ejusque exitus de Ægypto. Argumentum hujus operis est explicare Evangelium filii prodigi, vere peccatoris imaginis. Ibidem eodem anno. Tomus quartus ita incipit:

Auster ecclesiæ; ubi dulces, utilesque fructus, et flores orationis explicat. Ibidem anno 1620.

Epithalamium Evangelicum Verbi incarnati cum sua sponsa, videlicet Ecclesia. Ibidem eodem anno.

Sermones pro omnibus festivitatibus B. Virginis. Ibidem anno 1619.

Conciones pro Dominicis, et festivitatibus per Adventum usque ad Quadragesimam. Ibidem anno 1620.

ANGELUS de CINGULO, Piceni oppido, *Clarenus* agnominatus, non a Monte *Claro*, ut quidam autumarunt, sed a *Clareno* flumine inter Asculum, et Nursiæ alpes, prope quod extructo cœnobio diu cum suis discipulis vixit, a quo etiam *Congregatio Clarenorum*, quæ sub Pio V. aggregata est familiæ Observantinæ, nomen accepit. Aliqui Joannem, nescio quo fundamento, appellant. Vir pius, et doctus, multa passus est pro retinenda, et restituenda regulari disciplina. A Raymundo Gaufridi Ministro Generali missus est cum aliis piis consodalibus ad Regem Armeniæ, qui aliquot hujus Instituti viros petiit sibi transmitti. Illine regressus cum aliis sui zeli sociis, secessit ad partes Achajæ, ubi mirabiliter edoctus linguam Græcam in Latinam transtulit

B. Macarii dialogos.

Opuscula quædam Sancti Chrysostomi.

Alia Joannis Climaci. Sed Ambrosius Camaldulensis aliam adhibuit Climaci interpretationem, aridam reputans Angeli translationem, utpote quæ nimis vilebatur litteralis, tanquam si verbum verbo voluisset compensare.

Macarii duo celebriores sunt, et sancti, uterque Ægyptius, et in fastis Ecclesiasticis 2. et 15 Januarii computatus; posterior Alexandrinus dictus, primus absolute nunempatus Ægyptius, S. Antonii discipulus. Cujus sint illi dialogi ab Angelo translati, nescio, neque enim inter istorum opera sub Dialogorum titulo circumferuntur. Inter Macarii Ægyptii homilias quinquaginta a Joanne Pico editas, et traductas, quæ Tomo 4. Bibliothecæ veterum Patrum editionis Coloniensis leguntur, tres, aut quatuor, videlicet 15. 26. 27. et 40. habentur per modum Dialogi, recedunteque a forma homiliarum. Hi fortassis illi sunt dialogi. Scripsit insuper Angelus

Commentarios in Regulam S. Francisci, incipiunt, *Postulasti a me frequentius, charissime in Domino frater.*

Historiam de septem tribulationibus Ordinis Minorum. Incipit, *Pastore absente, tentat lupus rapax.* Utrumque habeo opusculum mss.

Quo loco, aut anno obierit, incertum. Willotus, et Possevinus an. 1294. e vita migrasse in quodam cœnobio regni Neapolitani conscribunt. At anno 1317. adhuc vixisse ex monumentis Vaticanis docuimus (*An.* 1317. *num.* 16.). Stepo hujus viri meminimus Tom. 2. et 3. Annalium.

ANGELUS a CLAVASIO, Liguriæ oppido, vir pius, et doctus, in utroque jure peritus, quartum familiæ Observantinæ Vicarius Generalis, compassus multorum simplicium confessorum imperitiæ, uti præfatur in prologo, scripsit ordine alphabetico

Summam casuum conscientiæ. Quæ ab authoris nomine nunempata est *Angelica.*

Ubi primum prodiit, tres factæ sunt impressiones, quas sunammensim, et typographorum secordia dum author apprehendit vitiosas, Hieronymi Tornielli viri gravissimi, qui postea familiam rexit Observantum, precibus interpellatus, quartam curavit author fieri editionem auctiorem, et accuratiorem. Venetiis anno 1490. postea multis in locis impressa est; maxime autem Venetiis anno 1492. apud Gregorium de Arivabenis, recognita a Fr. Jacobo Ungarello, factis quibusdam additionibus. Quinque vidi Venetas editiones, aliasque perplures, sed et Italice prodiit Venet. an. 1593. in 4. Tractatum etiam scripsit

De restitutionibus. Et alterum nunempatum.

Arbam fidei. Compluit 1562. in 4.

Charus, et familiaris fuit Angelus Sixto IV. aliisque Summis Pontificibus, qui eius opera in subsidiis colligendis contra Turcas usi sunt, adjecto Nuncii, et Commissarii Apostolici honore. Commissionem ab Innocentio VIII, accepit contra Waldenses. Multa de eo scripsimus Tom. 6 et 7. Annalium. Obiit Cunii in cœnobio S. Mariæ de Angelis anno 1495.

ANGELUS a COMITIBUS, e Civitate Castelli Capuccinus, provinciæ Romanæ, scripsit Italice

Mysteriosam considerationem circa sacrificium Missæ. Venetiis anno 1625.

Flores diversos vitarum Sanctorum, et Beatorum Ecclesiæ Civitatis Castelli, et reliquiarum, quæ ibidem asservantur. In eadem urbe per Sanctum Mulinelium anno 1627.

ANGELUS ELLI, provinciæ Mediolanensis, scripsit

Speculum spirituale vitæ humanæ per modum dialogi inter magistrum, et discipulum, Italice. Romæ anno 1625.

Tabulas veritatum Religionis Catholicæ, quas in linguam Gallicam vertit M. 1. Sauhier Secretarius Principis Condæi. Paris. anno 1645.

Indices quatuor copiosissimos super quatuor volumina Pelbarti Temesvarii, de quo suo loco.

Obiit anno 1617.

ANGELUS EUGENII, Perusinus Minor. Convent. sac. Theologiæ Magister, scripsit Italice

Raggionamenti familiari sopra li sette Sacramenti, tom. 2. Neapoli 1645. per Camillum Cavalium.

ANGELUS a S. Francisco Anglus Strict. Observ. Decanus Imolacensis in Hibernia, antequam Ordinem ingrederetur, sac. Theologiæ Lector primarius, et aliquoties Guardianus Collegii Duaceni, nec non pluries Custos, ac Commissarius provinciæ Anglicanæ, scripsit

Sacrarium privilegiorum quorundam Seraphico Patri S. Francisco in gratiam observantium regulam, emanque, vel suos amantium, a Deo Opt. Max. indultorum; in quo eorum recitas elucidatur, comprobatur, ac defenditur. Opus apprime utile omnibus Religiosis, quibus hujusmodi prærogativas divina bonitas impertivit. Duaci apud Vldiam Martini Rogardi anno 1636.

Quæstionum Theologicarum resolutionem pariter, ac collationem cum sententiis S. Augustini. Duaci apud Martinum Boggard anno 1637.

Certamen Seraphicum Fratrum Minorum provinciæ Angliæ pro sancta Dei Ecclesia, cum appendice de missionibus, et Catalogo Scriptorum Anglorum ejusdem Ordinis. Ibidem apud Balthazarem Bellerum anno 1649. in 4. Edidit Anglice

Regulam, et testamentum S. Francisci cum sententiis aureis B. Egidii socii ejusdem sancti Institutoris. Ibidem apud Boggard anno 1633.

De

De Confraternitate chordæ, seu cinguli Franciscani.

Manuale Tertii Ordinis S. Francisci cum brevi explicatione Regulæ ejusdem Instituti pro secularibus. Duaci apud Viduam Marci Wionis anno 1643.

Declarationem doctam, et piam in Regulam pro Religiosis, et Monialibus ejusdem Tertii Ordinis, duobus libris comprehensam. Ibidem anno 1644.

ANGELUS GALLIOTTUS Siculus, ex urbe Savæ Agrigentinæ diœcesis. Reg. Observ. edidit Volumina quatnor

De Monarchia mundi, et de familiis Siculis antiquis. Prodierunt Panormi anno 1597.

Relationem schismatis Anglicani.

Martyrium Joannis Foresti Franciscani, Angliæ Reginæ sanctissimæ Catharinæ a sacris confessionibus.

ANGELUS HALLENSIS o Mediolano, Reg. Observ. Theologiæ Scholasticæ, et moralis Professor, scripsit

Rosarium, seu Instructorium Sacerdotum, et Clericorum. Opus quidem utile iis, qui se debent subjicere examini eorum Reverendiss. Ordinariis pro confessionibus excipiendis, concionibus habeudis, aut ordinibus suscipiendis. Tauriui 1616, in 8.

Commentarium etiam in Prosam sive *Sequentiam Mortuorum.* Incipit, *Dies iræ dies illa*: quæ a Thoma de Celano Minoritu provinciæ Pennensis, uti nos suo loco diximus, compacta est. Tauriui apud Hæred. Joan. Dominici an. 1637. in 8.

ANGELUS, ex antiqua, et nobili familia JUSTINIANA, in insula Chiensi natus, vir doctus, et celebris conciomator, Sereniss. Sabaudiæ Ducibus gratissimus, et ab intimis fuit consiliis. Ejus cum laude meminit Sixtus Senensis verbo *Cyrillus Alexandrinus*, et verbo *Catena Græca*, et præsertim agit de illo mentionem Ubertus Foletta in elogiis clarorum virorum Ligurum. A Pio IV. in Gallium turbulentissimis temporibus missus, jura Ecclesiæ, et Religionis Christianæ coram Rege, et regni Principibus per annum, et amplius acerrime tututus est, uti testatur Paulus V. suis litteris datis au. M. DC. VI. 10. kal. Decemb. Ex Gallia regresso Pius V. Episcopatum contulit Genevensem anno M.DLXIX. die 13. Octob. quem ille anno M. D. LXVIII. die 15. Decemb. resignavit in manibus Gregorii XIII. Bibliothecam habebat optimis libris, præsertim Græcis, instructam. Horatium Justinianum hodie S. R. E. dignissimum, et Doctissimum Cardinalem non semel audivi gloriantem se talem, ac tantum virum patruum habuisse. Porro Angelus docte scripsit

Commentaria in aliquot capita Joannis.

Sermones quamplures.

Obiit Genuæ, sepultusque est in choro templi Virginis Annunciatæ suorum consodalium, addito in marmore hoc Epitaphio:

HIC SITVS EST
FR. ANGELVS IVSTINIANVS
EPISCOPVS GENEVÆ
EXPECTANS RESVRRECTIONEM
CORPORIS SVI.
OBIIT ANNOS AGENS LXXVI. DIE XXII. FEBR.
ANNO M. D. I. C. VI.

ANGELUS de NERI Florentinus sacræ Theologiæ Magister, primum Conventualis, deinde Reg. Observ. publice interpretatus est Magistrum Sententiarum Parisiis, in quem scripsit

Tractatus aliquot, et opuscula.

Jacet Arctii in Conventu S. Joannis.

ANGELUS PALEA Neapolitanus, urbis Juvenacensis, et Bartholomæus ab Urbe veteri, Reg. Observ. valetudinario cœnobii Aracœlitani in urbe Præfecti in Pharmacopolia pertissimi ediderunt Latine

Censorium in Antidotarium Joannis filii Mesuæ de declaratione simplicium medicinarum.

Solutionem insuper multorum dubiorum, ac difficilium terminorum in re medica. Prodierunt Venetiis anno 1543. et Lugduni apud Joannem Frellonium anno 1550. dedicatæ Guilelmo Peliterio Episcopo Montispessulani. Petrus Andreas Matthiolus in commentariis suppar Dioscoridem librum hunc citat sæpissime.

ANGELUS del PAS Perpinianensis, provinciæ Cataloniæ, vir regularis observ. restituendæ cupidissimus ac proinde novæ provinciæ Reformatorum Tarraconensis, quæ postea in ipso orta extiuctu est, designatus Provincialis, Theologus facundissimus, et solidissimæ doctrinæ, egregie versatus in Conciliis, sanctis Patribus, historia Ecclesiastica, et Theologia scholastica; Romæ ad D. Petri in Monte aureo diu commoratus, benevolentium, et beneficientium Sixti V. frequenter expertus, totum se pietati, sacrarumque rerum studiis addixit. Miræ fuit abstinentiæ, et pœnitentiæ, nudis pedibus semper incedens. Accepto a Sixto notabili subsidio pro instruenda Bibliotheca, et Apostolico obsecutus præcepto, *sacra Evangelia commentariis illustravit*; et quidem divino id præstitit adjutorio, quod ipse in præfatione ad Evangelium Matthæi clare testatur, et in ejus vita a Bonifacio Boucbello multorum annorum socio conscripta diffusius enarratur. A mauutinis laudibus ad auroram usque perseverabat in oratione coram altari sanctissimi Sacramenti, et vable diluculo quotidie celebrabat, in sacrificio peragendo consumptis semper horis duabus, nisi aliquando contigeret ob aliquod impedimentum differri Missam, eoque legi temporc, quo populus audiret; tuno enim breviter mysterium peragebat, dicens Sacerdotem non debere adeo propriæ intendere devotioni, ut incommodo non prospiciat circumstantium. Quod pietati, audiendisque afflictis, qui tribulationum ab eo affatim petebant, et reportabant remedia, supererat tempus, studiis consecrabat, quorum fructus uberes, et varios produxit; scripsit enim

In Matthæi, Marci, Lucæ Evangelia, et in tria priora capita Joannis copiosissima commentaria, singulis capitibus Evangelii integros adhibens commentationum libros, et singula versiculi diffusa capitula, præmissa semper brevi expositione litterali, et adjuncta diffusiore morali, sanctorum Patrum sententiis, variisque eruditione facunde referta. Nos curavimus edi Romæ anno 1623. Commentaria in Marcum volumine uno, et in Lucam tomis duobus anno 1625. datari reliqua in Matthæum, et Joannem, si per otium licuerit, et tempora arriserint magis propitia.

In Simbolum Apostolorum tomos duos, quorum primum ipse curavit typis Vaticanis committi anno 1599. secundum nos dabimus aliquando. Perutiles hos libros esse testatur Possevinus, et de primo, quem solum legerat, ita subjungit: *Quem perlegisse spero nemiuem pœnitebit, nam et stylus elegans, et Ecclesiasticus, ac cum plurima afferat, non tamen laxus, sed pressus, et Patrum testimoniis absque tædio legentium dives.*

Commentaria in Abdiam Prophetam.

In omnia Evangelia de Tempore, et de Sanctis breves adnotationes.

En-

Enchiridion divinæ, scholasticæque Theologiæ, ili stributum in duas partes, speculativam, et practicam. *Etenim passer invenit sibi domum.* Ad Ferdinandum Medicæum Cardinalem Ordinis Protectorem. Prodiit Genuæ anno 1582.

Enchiridii expositionem, seu Commentarium, sex libris divisum.

De Fabrica mundi, sive de rerum omnium prima creatione, libros duos. *Summa Dei bonitas fecit.*

De cultu Sanctorum, oratione ad eosdem, eorumdem pro nobis intercessione, et de Reliquiarum reverentia, ad Franciscum Taglincarnium patritium Genuensem. *Assertio prima hæreticorum.* Compositus est hic liber anno 1584. in cœnobio S. Mariæ Genuensi.

De divino amore captando, lib. 1.

De confidentia hominis in Deum, lib. tres ad Antonium Mariam Braccellenum patritium Genuensem. *Deum etsi appetunt mortales.*

De parentum, et filiorum amore reciproco; libros sex. *Artifex rerum omnium.*

Tractatum de restituenda disciplina vetusta Religionis S. Francisci, ad Ferdinandum Cardinalem Medicæum Ordinis Protectorem. *Imperatus ob mutui.*

Tractatum secundum de eodem. Quonium difficile arbitror.

Tractatum tertium circa idem argumentum, ad Cardinales Congregationis de rebus Episcoporum, et Regularium.

Tractatum quartum de reformatione Religionum in genere, ad Felicem Cardinalem de Montealto, nunc Sixtum V. scriptum Genuæ anno 1583. *Non legi inquam reformationem.*

Opusculum instructionis, seu admonitionum, ad Jacobum Sanchez destinatum Commissarium Apostolicum provinciæ Valentinæ. *Longanimis, ac multum misericors.*

Opusculum, quo commendat decretum prædictæ Congregationis de tollendis omnium Regularium cœnobiis, in quibus necessarius ad conservandam disciplinam regularem Religiosorum numerus haberi non possit. Incipit, *Propositum altera die in sacra Congregatione decretum.*

Opusculum de instructione, et educatione Religiosorum. Naturam, qui lumine Dei vultus signatum sequi posset.

De authoritate Cardinalis Protectoris, lib. unum.

Orationem funebrem in obitu fratris Cæsaris Pergamensis, ejus socii. Et si mihi non quadraginta dierum.

In regulam tertii Ordinis Franciscani commentarios. Lingua Hispanica.

Quæ sequuntur scripsit Italice.

Tractatum de digna, et necessaria præparatione ad suscipiendum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Prodiit Romæ apud Guilielmum Facciottum anno 1596.

De Cœna Eucharistica, lib. unum. Ibidem eodem anno.

De oratione jaculatoria. Romæ typis Vaticanis eodem anno.

De cognitione, et amore Dei. Ibidem anno 1596.

De fundamentis boni spiritus, et omnis perfectionis spiritualis, ad Priorissam monasterii S. Andreæ Genuensis an. 1582.

Admonitiones vitæ spiritualis, divisas in duas partes: prima agit de rebus secularibus: secunda de spiritualibus; ad nobilem fœminam Veronicam de Mari Genuensem, anno 1584.

De profectu, et splendore hominis spiritualis.

De Christi amore, quo pro nobis pati dignatus est.

Tabulas, et repertoria omnium fere Conciliorum, insignium quorumcumque sanctorum Patrum, librorum Historicorum, et vitarum Sanctorum, præsertim a Laurentio Surio collectarum. Et quidem tot libros legisse videtur, ut nihil scribere potuisse, et tot scripsit, ut nullum potuisse tempus superesse aliorum operibus perlegendis quisque posset opinari.

Omnia hæc venerabilis viri opera habeo ipsius manu exarata, diligenter asservata in nostro codicum mss. archivio: ibique mihi admirationem ingessit, omnia adeo felici calamo scripsisse, ut in tanta mole pauclissimas videas lituras, aut correctiones.

Obiit Romæ ad S. Petri in Monte Aureo anno 1596. die 23. Augusti cum magna sanctitatis, et patratorum miraculorum opinione, sepultus prope cornu Evangelii altaris majoris in tumulo marmoreo e terra elevato, addito hoc Epitaphio:

Conditur hac tegmen meritis Pater Angelus urna:
Hispanus patria, Religione Minor.
Obiit R. P. F. Angelus del Pas Perpinianensis
anno Domini M.D.X.C.VI. die 23. Augusti.

Ad ejus imaginem coram sanctissimo altaris Sacramento extensis brachiis deprecantis hoc apponitur carmen:

Sic orans Domino placuit, sic sæcula jurit.
Et ad sepulchrum appensi erant versus sequentes.
Angelo flos hominum, telluris sydus Iberæ,
Et Franciscanæ gloria magna domus;
Incolu nunc cœli es, quo te pius evocat ardor,
Nectoris vitæ dum melioris iter;
Nam Christi meditare Crucem, duramque labores,
Inque illis semper mens tua fixa fuit.
Indi tibi sacræ doctrinæ haurire liquores.
Mos erat, et totus, dum pietate madet.
Quæ stupet hæc actus, veri stupeantque nepotes.
Æthereï scripsit flaminis æthus ope.
Inde petit radios, quorum fulgore micanti
Mens tua splenlescens, quæque futura videt.
Inde tibi lievit sævos depellere morbos,
Quos contra medicæ non valuere manus.
Ad tua transivit totam miracula Romam,
Quæ nunc vota tibi supplice mente facit.
Dexter ades, faveasque lubens, te Patris amorem
Æterni nobis conciliare decet.

ANGELUS a PETRICA a Sonnino, Conventualis, artium, et sacræ Theologiæ Doctor S. Congregationis pro emendatione Euchologii Theologus, et olim Vicarius Patriarchalis Constantinopolitanus, scripsit, et edidit opus inscriptum:

Turris David, seu *de Militante, ac Triumphante Ecclesia Disputationes adversus hujus temporis hæreticos in* 12. *libros distributæ.* Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1647. in folio.

De Appellationibus omnium Ecclesiarum ad Romanam. Romæ apud Franciscum Albertum Tanum an. 1649. in fol.

ANGELUS SPATAFORUS Messanensis, Theologus Capucinus, edidit librum, quem prænominavit

Unigenitam Gratiæ Mariam adornatam caudore innocentiæ. Messanæ per hæredes Petri Breæ anno 1640.

ANGELUS SALVETTUS Senis ex parentibus Florentinis exulibus natus, vir doctus, ex Ministro provinciæ Etruscæ totius Ordinis Rector electus, gubernavit annis duobus, mensibus quinque (*Annal. Minor. anno* 1421. *n.* 9. *et anno* 1423. *n.* 1.). Scripsit

Tractatum de judicio, et Anti-Christo; qui incipit,

pit, *Tribus modis homines docentur, exemplo, magisterio, flagello.*

Obiit in patria anno 1423.

ANGELUS TANCREDUS Reatinus, nobilis in sæculo miles, ad vocem duntaxat S. Francisci invitantis conversus (*Annal.* 1210. *n.* 3. *et anno* 1246. *n.* 9.), numerum duodenarium sociorum ejus ultimus complevit. Scripsit

Historiolam de gestis S. Francisci in urbe, et valle Reatina.

Vitam ejusdem S. Patriarchæ, simul cum aliis duobus ipsius sociis Leone, et Raffino in cœnobio Grecii in valle Reatina anno 1246. jubente Crescentio Ministro Generali compegit, quæ proinde legenda trium sociorum nuncupatur.

Obiit Assisii conditus prope tumulum S. Francisci.

ANGELUS VULPES a Monte piloso, regni Neapolitani urbe non ignobili, Minor. Convent. in Regio cœnobio sancti Laurentii Neapolis studiorum Regens, vir doctus, et affabilis, assiduus in studiis, ab appetendis Religionis honoribus valde alienus, illa in urbe omnibus charus, plurimis proficuus, dum quod cripit studiis tempus, totum excipiendis confessionibus, invisendis infirmis, consolandis afflictis impertit. Ab annis multis hominem familiariter cognovi, per litteras frequenter, et præsens aliquoties veneratus sum. Scoti elucidandæ doctrinæ, et in clariorem methodum iuxta stylum recentiorum redigendæ totus intentus, edidit

Summam sacræ Theologiæ Scoti, tomis multis distinctam, *et Commentaria in eandem*, quibus illius doctrina elucidatur, comprobatur, et defenditur.

Tomus primus primæ partis prodiit Neapoli apud Lazarum Scorigium anno 1622. in fol.

Tomus secundus primæ partis apud eundem.

Tomus tertius primæ partis apud eundem 1628.

Tomus primus secundæ partis apud eundem 1631.

Tomus secundus partis secundæ apud eundem 1633.

Tomus tertius partis secundæ apud eundem 1635.

Tomus primus partis tertiæ apud Ancilum Cosetam.

Tomus tertius partis tertiæ apud eundem 1641.

Tomus primus partis quartæ apud Camillum Cavalli anno 1642.

Tomus secundus partis quartæ apud eundem anno 1645.

ANONYMUS de ANGULO Hispanus provinciæ Granatensis Definitor, scripsit

Expositionem in regulam Minorum. Estat ms. in Bibliotheca Conventus S. Francisci Ubetensis ejusdem provinciæ.

ANONYMUS Capuccinus, edidit Gallicis versibus

Franciseiadem, seu *gesta, vitam, et miracula S. P. N. Francisci.* Parisiis apud Nicolaum Rousset 1634. in 8.

ANONYMUS de FRESNEDA, collegit, et edidit *Constitutiones, et decreta Ecclesiæ Cordubensis.* Antuerpiæ 1577.

ANONYMUS de GALVAN Hispanus, scripsit

Sermones Quadragesimales.

Sermones de Sanctis. Hispali 1615.

ANONYMUS duabus tantum litteris D. P. designatus Reg. Observ. edidit

Delegationem Religiosorum, sive examen, et relationem potestatis legitimæ, quam habent Religiosi privilegiati audiendi Confessiones secularium omni tempore, et omni loco, cum declarationibus sac. Congregationis Concilii super Constitutione Gregorii XV. et plurimis Bullis, et Decretis circa Missas festorum, et Dominicarum, visitationes, stipis collectiones, et sepulturas. Parisiis in 8. apud Guilelmum Sassier anno 1648.

ANONYMUS Hispanus, provinciæ S. Jacobi, edidit

Enchiridion, seu *Manuale Fratrum Minorum, Regularia Institutæ eorundem Fratrum, nec non aliarum personarum sub Prælatorum dicti Ordinis regimine militantium, commodissime continens.* Impressum Hispali apud Joannem Valeram anno 1535. in 4. Prodierat antea absque loco, et anno impressionis.

ANONYMUS Hispanus alter, cœnobii Toletani, correxit, in meliorem formam redoxit, et edidit

Breviarium Ordinis Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ. Compluti 1551.

ANONYMUS Hispanus III. edidit lib. cui titulus *Via perfectionis spiritualis animæ.* Hispali 1532.

ANONYMUS Hispanus IV. provinciæ Pietatis, composuit

Manuale Confessorum, quod diligenter recognovit, approbavit, et edi curavit, Martinus Azpilqueta Navarrus, Joannæ Infanti, seu Principi Portugalliæ dicatum. Prodiit Toleti apud Joannem Ferrer anno 1554. eodem anno Methymnæ Campi, Antuerpiæ anno 1555.

ANONYMUS Hispanus V. provinciæ Conceptionis, edidit

Manuale rerum omnium essentialium, ad quas ex vi Regulæ tenentur Fratres Minores. Conymbricæ 1571. in 8.

ANONYMUS Hispanus VI. edidit

Formularium communium, et diversarum provisionum, quæ ad hanc nostram Religionem S. Francisci communiter pertinere possunt, sine authore, loco, et anno.

ANONYMUS Hispanus VII. edidit

Compilationem novam multorum privilegiorum Fratribus Minoribus, et aliis Mendicantibus concessorum. Barcinonæ anno 1523. in 4.

ANONYMUS Hispanus VIII. edidit

Speculum fratrum Minorum, per quendam Reverendum Patrem provinciæ S. Jacobi, cum esset Provincialis, in 4. absque loco, et anno.

ANONYMUS Hispanus IX. edidit

Supplementum, seu *novam compilationem, multorum privilegiorum Apostolicorum, præsertim spiritualium Fratribus Minoribus, et aliis Mendicantibus concessorum*; in 4. absque loco, et anno.

ANONYMUS Hispanus X. edidit

Compendium privilegiorum fratrum Minorum, et aliorum Mendicantium cum multis additionibus, præsertim ex privilegiis non Mendicantium: secundo editum per quendam Fratrem Minorem provinciæ S. Jacobi Salmanticæ an. 1532. in 4.

ANONYMUS Hispanus XI. edidit

Collectorium Regularium Fratrum, et Monialium, sub regimine Prælatorum Ordinis Minorum degentium, ab eodem editum Salmanticæ 1532.

ANONYMUS Hispanus XII. edidit

Determinationes quorundam dubiorum antiquitus ad authoritatem Prælatorum Ordinis Fratrum Minorum, in 4. absque loco, et anno.

ANONYMUS Hispanus XIII. edidit

Monumenta Ordinis Minorum in tres tractatus compilata per mandatum R. P. Fr. Francisci de Ledesma Guardiani conventus S. Francisci Salamanticæ, ibique impressa anno 1506 in 4.

ANO-

ANONYMUS Hispanus XIV. edidit

Constitutiones generales pro omnibus Sanctimonialibus regiminî Minorum subjectis, editas jussu Joannis a Merinero Ministri Generalis Madriti 1642.

ANONYMUS Italicus, vir vere spiritualis, et mysticæ doctrinæ, scripsit duos tractatus pios lingua vernacula ; primum præmisit

Regulam charitatis; secundum

Inquisitionem veritatis. Habeo utrumque mss. Quo tempore author vixerit mihi incompertum. Sermo impolitus est, sapitque modum loquendi vetustum, ac crassum sæculi quattuordecimi :

ANONYMUS Italus secundus, scripsit

Tractatum de mortuis in quinque partes distinctum. In prima agit de causis mortis ; in 2. de mortis conditionibus ; in 3. de conditionibus mortuorum ; in 4. de statu eorum post mortem ; in 5. de eorum resurrectione. Incipit : *Præsens opus in quinque partes dividitur*. Habeo penes me ms.

ANONYMUS Italus tertius, scripsit lingua vernacula

Vitam, gesta, et innumera miracula B. Gerardi Valentini Pedemontani, de quo nos latius agimus tomo 3. nostrorum Annalium ad annum 1343. Habeo penes me ms.

ANONYMUS Italus quartus, integrum librum, docte, et devote compegit

De Passione Domini, conjunctis, et suo loco dispositis, quidquid Evangelistæ quatuor scripserunt ab ingressu triumphali in urbem Jerosolymorum, quando populus obvium processit cum ramis olivarum, usque ad descensum Spiritus Sancti in Apostolos, adjuncta ubique expositione Nicolai Lyrani. Opus distinctum est per 57. capitula concinne distributa. Author illud absolvit anno 1471. die 27. Augusti. Pulchrum, et nitidum ego habeo exemplar pergamenum ms. in cujus fine hæc habentur verba : *Tractatus de passione secundum Nicolaum de Lyra, ad usum Fr. Bernardini de Monte falcone, quem concessit sibi venerandus Pater Fr. Baptista de Montè falcone, tum Vicarius provinciæ S. Francisci, anno secundo sui vicariatus*.

ANONYMUS Italus quintus, vir in sacris scripturis, præsertim novi Testamenti satis versatus, scripsit Italice

De omnibus Christi Domini apparitionibus, quæ in sacro Codice referuntur, additis ex variis SS. PP. et Doctorum libris, optimis quibusque doctrinis, quæ ad vitam Christianæ transigendam conducunt. Habeo penes me ms.

ANONYMUS de LASARTE Reg. Observ. provinciæ Castellæ disertissimus concionator, scripsit

Variæ eruditionis tria volumina, quæ mss. habentur in Bibliotheca cœnobii S. Mariæ de Saliceto.

ANONIMUS LUSITANUS, edidit librum inscriptum :

Thesaurus virtutum. Methymnæ Campi apud Petrum de Castro anno 1543. in 4.

ANONYMUS de MARCHIA, scripsit

Libros tres contra nimis curiosos Philosophos.

ANONYMUS MINORITA, sub hoc titulo *Panperis Fratris Minoris*, scripsit

Sacræ Theologiæ Compendium. Habetur ms. in Bibliotheca Ducali Urbini.

ANONYMUS N. dei BARCO Reg. Observ. provinciæ Carteiæ, sacræ Theologiæ Lector Complutensis, insignis prædicator, scripsit

Variarum materiarum, et sermonum tomos duos, qui asservantur mss. in Bibliotheca religiosi cœnobii S. Mariæ de Saliceto.

ANONYMUS NEAPOLITANUS, collegit, et edidit

Varias preces, et devota exercitia tam pro sanis, quam pro infirmis offerenda B. Mariæ Gratiarum Imagini, quæ ingenti et frequenti cultu in magna veneratione habetur in templo Minorum Observantum Neapoli, dicto *S. Mariæ novæ*. Romæ anno 1636. Neapoli apud Secundinum Roncagliolum anno 1639.

ANONYMUS OBSERVANTINUS integrum edidit volumen

Super parabolam filii Prodigi, quod in varias distribuit partitiones secundum varias ejusdem filii prodigi transformationes, additis variis consiliis, suggestionibus, et ministeriis Angeli Custodis, optima quæque persuadentia. Omnia distinxit author per Domiuicas, et feras Quadragesimales, sicuti ipse prædicando diviserat Basileæ 1494.

ANONYMUS Polonus, cœnobii sancti Bernardini Cracoviensis alumnus, recudi curavit, omisso authoris nomine,

Seraphicas, sive Poemata viginti in vitam S. Francisci. Cracoviæ anno 1594. Sed Hieronymi Maripetri opus est. Vide verbo *Hieron. Maripetrus*.

ANONYMUS de POZZA Hispanus Reg. Observ. provinciæ Castellæ doctus concionator, scripsit

Summorum virorum vitas, tomum unum, qui habetur ms. in Bibliotheca S. Mariæ de Saliceto.

ANONYMI provinciæ Aragoniæ, ediderunt

Compendium, et novam compilationem privilegiorum Fratrum Minoritus, aliisque Ordinibus Mendicantibus concessorum. Barcinon. 1523. Quod Anonymus alter provinciæ S. Jacobi auxit, et edidit Salamanticæ anno 1532.

ANONYMI provinciæ S. Joseph Strict. Observ. compilarunt

Instructionem Novitiorum. Madriti 1595. in 4.

ANONYMI provinciæ S. Joannis Baptistæ, Strictioris Observantiæ, composuerunt

Cæremoniale divini Officii. Valentiæ 1615. in 4.

ANONYMI quatuor Minoritæ, provinciæ S. Jacobi, ex commissione Capituli generalis Toletani celebrati anno 1583. composuerunt

Cæremoniale divini Officii pro fratribus Ordinis Minorum. Quod Joannes Ovandus edidit Toleti 1591.

ANONYMUS Umber, Gualdensis, scripsit

Vitas Sanctorum Umbriæ. Et præsertim diœcesis Nucerinæ.

Chronica Gualdensis oppidi ejusdem diœcesis. Habentur omnia mss. in Bibliotheca cœnobii Gualdensis.

ANSELMUS N. Reg. Observant scripsit

Terræ Sanctæ descriptionem.

ANTONIUS de ABBATE, scripsit

Sermones de Adventu Domini, et alia quædam.

ANTONIUS ALVAREZ Hispanus, Beneventanus, provinciæ S. Jacobis, doctus concionator, scripsit Hispanice

Sylvam spiritualem variarum considerationum ad recreandam animam, in tres tomos distinctam. Primus prodiit primo Salamanticæ ; deinde Valentiæ anno 1591. Secundus Valentiæ apud Philippum Mey anno 1590. deinde Salamanticæ anno 1594. Tertius additionum ad Sylvam, qui tertia pars ejusdem appellatur, primo Barcinone sumptibus Gabrielis Lloberas anno 1595. deinde Valentiæ anno 1596. in 4.

Miscellanea pro concionatoribus.

Vixit anno 1598.

ANTONIUS ANDREAS provinciæ Aragoniæ, Scoti discipulus, *Doctor dulcifluus* nuncupatus, scripsit breviter, et clare

Com-

Commentarios in artem veterem Aristotelis, scilicet *in Isagogen Porphyrii, Praedicamenta, et post Praedicamenta Aristotelis*. Gyrum coeli circuivi sola.

In librum sex Principiorum Gilberti Porretani. Summens reliquias dedit eis.

In libros Perihermenias Aristotelis. Tu ergo Balthazar interpretationes narra.

In librum divisionum Boetii. Qui divisit unare rubrum in divisiones. Quae omnia prodierunt Venetiis tomo uno typis Octaviani Scoti anno 1480. Simonis de Luere anno 1509. Lucae Antonii de Giuntu anno 1517. semper in fol.

In 8. libros Physicorum.

In duodecim libros Metaphysicae. Coeli gyrum circuivi sola. Prodierunt primo Venet. apud Octavianum Scotum anno 1513. in fol. deinde anno sequenti ibidem his ex diversis typographiis, primo ex Georgii Arivabeni die septima Julii emendatae, et correctae per Fr. Augelum Lucidum Picenum Firmanum, secundo ex Gregorii de Gregoriis die 26. Aug. correctae per Fr. Franciscum de Valentia provinciae Januensis; utramque hanc habeo editionem. An vero hi commentarii sint hujus authoris, an potius Joannis Scoti, magna est inter nostros controversia. Habeo quidem ignoti authoris Franciscani vetusti commentarios mss. in opus istud sub nomine Antonii Andreae, ab illo passim citati.

In quatuor libros Sententiarum. Circa prologum primi Sententiarum. Opus quidem valde doctum, quod eum diu latuisset, Fr. Constantius Cardinalis Sarmanus Minorita, e tenebris eruit, atque expolitum, locupletiusque Indicibus, atque ad marginem annotationibus illustratum, emisit Venetiis apud Damianum Zenarium anno 1578. cum prius libidem prodierit anno 1572. Florait circa annum 1320.

ANTONIUS ANGELORUM 3. Ordinis S. Francisci, Lusitanus, Theologus admodum pius, et rerum ad Deiparae Virginis obsequia pertinentium valde studiosus. Edidit patrio idiomate opus praenotatum:

Triumphus gloriosae Virginis Mariae.

ANTONIUS de ARANDA Hispanus, provinciae Aragoniae, edidit librum

De laudibus B. Mariae Virginis. Compluti 1552.

Itinerarium Hierosolymitanum. Ibidem. 1587.

ANTONIUS ARETINUS, Doctor Parisiensis, scripsit

Commentarios in quatuor libros Sententiarum.

Sermones varios ad populum.

ANTONIUS ASSISIAS propriae utilitati studens, sibi expressit

Bibliorum Anacephalaeosin, quam postea ad alios quoque transmisit. Vivebat anno 1466.

ANTONIUS ATRIENSIS, quae civitas est in Brutiis, scripsit

De beneficiis Christi.

Exercitium spirituale. Prodiit Venetiis anno 1564.

ANTONIUS de AUDICENA Hispanus S. Theologiae Professor, et Definitor provinciae Cantabriae, edidit.

Sermones Quadragesimales. Pampilonae 1551. et 1601. in 4.

ANTONIUS de BALOCHO dioecesis Vercellensis, communiter nuncupatus *Antonius de Vercellis*, provinciae Genuensis Reg. Observan. vir doctus, et Praedicator Apostolicus per universam Italiam celeberrimus, scripsit

Quadragesimale eruditum de duodecim excellentiis Christianae fidei, impressum Lugduni apud Nicolaum Chatelanum anno 1504. Prodierat antea Venetiis anno 1492. apud Gregorium de Gregoriis, sine titulo Quadragesimalis.

Quadragesimale alterum de utensis fructibus Spiritus Sancti. Incipit prologus, *Multi sunt vocati*. Habeo apud me manuscrip. neque hue usque, quod ego sciam, prodivit in lucem. In fine prologi citat primum illud Quadragesimale sub illo eodem titulo: *De duodecim excellentiis Christianae fidei*. Hoc autem divisit in septemdecim tractatus, sive conciones sub his titulis:

1. *De paucitate salvandorum, et electorum*.
2. *De necessitate bonorum operum*.
3. *De magna multitudine electorum glorificandorum*.
4. *De indubitabili certitudine aternae felicitatis*.
5. *De ineffabili beatitudine electorum*.
6. *De spirituali scala virtutum ad beatitudinem assequendam evitibet necessaria*.
7. *De pietate, et bonitate Dei circa hominum salutem*.
8. *De excellentia, et fructu verbi Dei*.
9. *De eodem*.
10. *De eodem*.
11. *De necessaria sequela, et imitatione Christi Domini*.
12. *De secunda contemplatione ejusdem*.
13. *De tertia contemplatione ejusdem*.
14. *De firmo proposito amplius non peccandi*.
15. *De sanctissima charitate erga proximos*.
16. *De scala infernali damnandorum, et duodecim ejusdem gradibus*.
17. *De excellentia, et necessitate liberi arbitrii*.

Unumquemque vero tractatum dividit in varias contemplationes. Scripsit insuper

Tractatum de virtutibus. Prodiit in oppido Hagenau 1513. in 4.

Alia etiam scripsisse testantur Willotus, et Possevinus. Vixit sub annum 1480.

ANTONIUS BIRRIETUS, edidit

Commentaria in quatuor Evangelia. Parisiis anno 1581.

ANTONIUS BITONTINUS, scripsit

Sermones in omnes Epistolas Quadragesimales, Lugduni editos a Joanne Hertog. anno 1496.

Tractatum de causis, quare Deus fecit peccabile genus humanum.

Speculum animae. Habetur ms. in coenobio Minorum Mirepicensi, exaratum an. 1449.

Quaestiones in Epistolas, et Evangelia Quadragesimalia, quae circumferuntur cum postilla litterali et morali Nicolai Lyrani super eadem, impressae apud Nicolaum Wolff. anno 1500. absque loci expressione.

ANTONIUS BONITUS a Cucchiaro (*Annal. Minor. anno* 1487. *num.* 31. *et anno* 1493. *num.* 37.) provinciae Terrae laboris, custodiae Principatus, Regiae Joannae matris, et Joannae filiae de Aragonia, sacelli, et aedituorum Praefectus, Regi Ferdinando ab eleemosynis, postquam praedictam provinciam, et Ecclesiam Montismarani gubernavit, ad Acernensem translatus, scripsit

Elucidarium de Conceptione incontaminata Virginis gloriosae. Cum inter fideles. Prodiit Neapoli ex officina Joannis Antonii de Caneto anno 1507.

Manuale omnium fere definitionum, et discrepationum canonum conscientiae.

Postquam multa praestitit beneficia praelectae Ecclesiae, ob singularem erga pauperes beneficentiam *Pater pauperum* nuncupatus, decessit circa an. 1510.

AN-

ANTONIUS BRUICHI Germanus, scripsit
Commentaria in 4. Evangelia. Parisiis 1543.
In Epistolas S. Pauli.

ANTONIUS CAPPELLUS Italus Venetus Ord. Min. Convent. vir sane eruditus in sacra Scriptura, et fidei controversiis, edidit

De Cœna Christi suprema, deque præcipuis ejus vitæ capitibus dissertationem adversus Ægyptium authorem anni primitivi. Parisiis apud C. Morellum anno 1625.

Adversus pretensum Primatum Ecclesiasticum Regis Angliæ librum, in quo Jacobi Regis, et ejus Eleemosynarii confutantur scripta.

De captioso juramento proposito Anglis catholicis. De usurpata potestate spirituali ejusdem Regis. De exaggerata, et incompassibili hominum, et redditurum sacrorum copia in unitera republica Christiana. Bononiæ apud Bartholomæum Cocceium anno 1610.

ANTONIUS CARPUBENSIS, Reg. Observ. provinciæ Castellæ Minister, prius Complutensis religiosissimi Cœnobii Guardianus, scripsit

De potestate Papæ. Venetiis 1569. in fol.

Doctissimos Commentarios in *Regulam S. Francisci, Quæstionibus dispertitos.* Post multas editiones postremo Parisiis anno 1621. edi curavit nitidis typis Petrus Navarrus, ejusdem provinciæ Definitor, et Lector emeritus.

Quæstiones quatuor de detractione, ac restitutione famæ; quibus adjunctæ sunt

Annotationes ejusdem in Tractatum Dominici a Soto de tegendo secreto. Compluti anno 1553.

Annotationes ad Compendium Privilegiorum fratrum Minorum, et aliorum Ordinum Mendicantium. Neapoli anno 1595. in 4. Venet. 1603. in 4.

Quæstionarium Theologicum, libris quinque distinctum; Opus quidem doctissimum, quod post primam Hispanicam editionem Toleti anno 1578. recusum est Ingolstadii anno 1593. et demum prodiit suo pristino nitori restitutum ex Bibliotheca eruditissimi viri Francisci Pennæ, Rotæ Romanæ Auditoris, Venetiis anno 1604. sumptibus Baretii Baretii in fol. In prima editione dedicavit author librum Fr. Bernardo Frexnedæ Philippi II. Regis Hispaniarum Confessario, Episcopo Conchensi.

Commentaria in 4. libros Magistri Sententiarum. Ibidem 1569. Tractatum inscripsit:

Arma fidei. hic. *In hoc tractatu.* Compluti anno 1561.

De Indulgentiis. Compluti apud Joan. Brotarium 1554.

Summam Casuum Hispanice. Toleti 1583. Compluti 1592.

ANTONIUS CORTONENSIS, scripsit

Vitam beatæ Æmilianæ de Cavalis. Vide infra *Hippolytus Florentinus.*

ANTONIUS COTONIUS. Vide *Antonius Noctinot.*

ANTONIUS de CREMONA, scripsit

Quadragesimale, quod ms. servatur Trivilli.

ANTONIUS de CRUCE, Ordinis Minorum Discalceatorum, Hispanus Valdemoranus, Conventus S. Angeli Abulæ Guardianus, vir doctus, et divini verbi prædicatione illustris, edidit

Discursus Evangelicos, et spirituales in præcipua festa B. Virginis. Barcilonæ typis Jacobi Condrad anno 1600.

ANTONIUS DAZA Hispanus, Regul. Observ. provinciæ Conceptionis Minister, Custos, et insignis cœnobii Vallisoletani Guardianus, olim mihi amicitiæ nexu conjunctissimus, dum Commissarium generalem Curiæ pro familia Ultramontana in Urbe sub Gregorio XV. laudabiliter peregeret. Vir erat plus, disciplinæ regularis observantissimus, vitæ solitariæ, pauperatis, et orationis perquam sitibundus, sui instituti ferventissimus zelator. Scripsit Hispanice

Chronicorum sui Ordinis partem quartam. Eam inchoavit ab eo tempore, ad quod Marcus Ulyssiponensis tertiam partem suæ historiæ perduxit, et prosecutus est usque ad annum 1600. ut ultra, Regi Philippo III. dedicatam. Prodiit Vallisoleti in cœnobio S. Francisci typis Joannis Godinez de Millis, et Didaci de Cordova anno 1611.

Historiam de stigmatibus S. Francisci ex ter denis Summorum Pontificum diplomatibus, et plurimorum authorum libris concinnatam. Vallisoleti apud Hieronymum Murillo anno 1617. in 4.

Discursus de Conceptione B. Virginis Mariæ. Madriti 1628.

Vitam B. Petri Regalati. Ibidem apud Joannem Lasso de las Peñas anno 1627. in 12. Eam recognovit, et notis illustravit D. Franciscus de Ocampo Consiliarius magnifici Tribunalis Neapolitani, quod vocant S. Claræ; prodiitque Mediolani anno 1634. in 4.

Vitam B. Joannæ de Cruce. Leridæ anno 1617. Italam fecit Paulus Brusantinus, et omisit Paduæ per Petrum Paulum Tozzi anno 1627.

Exercitia spiritualia pro degentibus in Eremitoriis. Ea primum tradixit in idioma Italicum Callixtus ab Antrodoco, deinde Aloysius Romanus. Prodierunt primum Romæ apud Bartholomæum Zannettum an. 1626. in 16. deinde auctiora in 8. cura Patrum Provinciæ Mediolanensis Reg. Observ. Mediolani apud Philippum Ghisulfi anno 1643.

ANTONIUS DELGADUS Terremira, docuit modum proprias passiones vincendi, edito libro, quem inscripsit:

Victoria sui ipsius. Madriti 1595.

Regulæ, seu admonitiones pro Prælatis, Judicibus, Delatoribus, Testibus, et Advocatis. Toleti 1598.

ANTONIUS DELPHINI e Casali majore, Vicarius generalis Minor. Convent., vir doctissimus, edidit

Commentarios in Evangelium Joannis.

Commentarios in Epistolam ad Hebræos. Romæ apud Bartholomæum Crassum anno 1587.

De fine ultimo.
De virginitate.
De prædestinatione.
De potestate Ecclesiæ.
De cultu sacrarum imaginum.
De cœli rotunditate.
De meteoris.
De rerum eventu.
De divina providentia.
De libero arbitrio.
De nobilitate.
De peccato originali.
De matrimonio.
De caritate Religiosorum.
Opuscula quædam Logicalia.
Epistolam diffusam ad Julium III. de pertractandis in Concilio Tridentino.

Vocatus ad idem Concilium a Pio IV. obiit grandævus Bononiæ (alii dicunt Romæ) anno 1560.

ANTONIUS FABER Gallus, Definitor provinciæ S. Ludovici Reg. Observ. et aliarum provinciarum Commissarius, acerrimus fidei contra hæreticos defensor, scripsit

Librum contra quendam hæreticum Antecignanum. In quo præcipua nostræ fidei capita, Ecclesiasticasque traditiones contra neotericos errores modeste, et absque verborum injuria defendit.

ANTONIUS o FANTIS Tarvisinus, vir doctus, et subtilis, Scotiæ doctrinæ magnus assertor, scripsit

Mare Magnum Scotiæ subtilitatis, quod Scotistis sui Magistri doctrinæ sectandæ viam stravit faciliorem.

Speculum spirituale rationale. Venet. per Simonem de Luere anno 1546. in fol.

Commentaria in primum, et secundum Sententiarum Scoti. Lugduni anno 1550. in 4.

Sermones de Sanctis.

ANTONIUS FERRER Hispanus, scripsit

Artem cognoscendi Jesum Christum, eique placendi. Oriolæ 1629. in 4.

ANTONIUS a FRANCAVILLA Italus Strict. Observ. provinciæ Romanæ, scripsit Italice

Circulum Seraphicum divini amoris. Neapoli apud Franciscum Savium anno 1621. in 16.

ANTONIUS GALLICANUS Allobrox, Convent. S. Theologiæ professor, scripsit

Disquisitiones super Regulas, statuta et historias trium Ordinum S. Francisci. Valesiæ apud Martinum Salsteman 1635. in 4.

ANTONIUS GAMBIER Belga provinciæ S. Andreæ, recitavit, et edidit

Orationem funebrem in exequiis nobilissimæ Heroinæ Dianæ Dommartine S. R. Imperii Principis.

ANTONIUS GEARENONIUS Hibernus Strict. Observ. Collegii S. Antonii apud Lovanienses alumnus, scripsit lingua vernacula libellum, quem præmotavit:

Paradisum animæ, in quo compendiose congerit, quæ ad salutem animæ conducunt. Lovanii in prædicto Collegio impressum anno 1645.

ANTONIUS GUERESCUS Procenensis, provinciæ Romanæ, scripsit

Summulam de Sacramento Pœnitentiæ. Vivebat anno 1590.

ANTONIUS GRANDAT Reg. Observ. Doctor Parisiensis, patria Sabaudus, Ecclesiastes ordinarius Caroli Emmanuelis II. Ducis Sabaudiæ, edidit Gallice

Effigiem spiritualem Principis Regum in ejus dilecto S. Francisco abbreviatam. Lugduni apud Clement. Petit anno 1650. in 8.

ANTONIUS GVEVARA Alavæ in Hispania natus, Neapoli in provincia Terræ laboris habitum suscepit, ubi primum Caroli V. Imperatoris ob insignes, variasque nullui dotes gratiam inire, ejusque aulæ cœpit adscribi. Eruditione humana, et divina apud omnes clarissimus, et eloquentia supra illius temporis conditionem admirabilis, a Carolo delectus est Cæsareus Ecclesiastes, et Historicus; deinde adscitus est in Consiliariorum privatum collegium; mox renunciatus Episcopus Mindonensis. Multa scripsit patrio, nec cultissimo quidem, et sublimi sermone, qua de causa, et ob variam, gratamque per omnia opera sparsam eruditionem, in omnes ferme Europæ gentis linguas translata sunt. Nescio itaque, unde tantus livor authori Bibliothecæ Hispanicæ (*Tom.* 2. *Classe* 3.), ut quem in principio elogii dixerat *lingua patria tum facundum, tum disertissimum, ita ut Caroli V. Ecclesiastes, et Historicus sit delectus*; postea injuriose nimis circa stylum vituperet, referatque Petrum Rnam Soriensem epistolas adhuc superstitis Antistitis vanitatis damnasse, edito singulari de fide in historia scribenda commentario. Et quidem diversum est valde aliorum Doctorum virorum de authore isto judicium. Porro edidit

Chronicon Imperialia Caroli V. quæ ipse in argumento decadis Cæsareanæ citat. An adhuc prodierint, ignoro.

Vitam Marci Aurelii Imperatoris, et Faustinæ conjugis, sub titulo

Horologii Principum. Magno labore annorum undecim adolescentioris ætatis, uti ipse commemorat, tribus libris, non tam ex historiis accepta narratione, quam exuberantis ingenii fœcunditate ad efformandos Christianorum Principum mores. effinxit.

Decadem vitarum Trajani, Antonini Pii, Commodi, Pertinacis, Juliani, Severi, Basiani, Heliogabali, Alexandri Imperatorum; dedicatam Carolo V. Imperatori.

Commentarium in Habacuch Prophetam; quem eruditum, et eloquentem vocat Joannes Pineda in limine toni primi suæ Monarchiæ Ecclesiasticæ. Madriti apud Alfons. Gomez anno 1585.

Monita Gratiosorum, et Instructionem Aulicorum; sivo *Arisos de Priados, y doctrina de Cortesanos.*

De contemnenda vita aulica, et præferenda rurali; ad Joannem III. Lusitaniæ Regem.

De Inventoribus artis nauticæ, et sexaginta incommodis triremium.

Epistolarum selectarum. Quæ ob calami nitorem, et argumentorum varietatem, et majestatem vere aureæ appellantur, et sæpissime recusæ sunt. Prodierunt Italice Venetiis anno 1585.

Meditationes de Christi crucifixi, quas inscripsit: *Mons Calvariæ*; qui cum annotationibus Alphonsi de Araco prodiit Salamanticæ apud Joannem Pericrum. Italice vero Venetiis 1605.

De septem verbis a Christo in cruce prolatis. Salamanticæ 1582.

Oratorium Religiosorum; utile quidem omnibus Monasticis opus, dignumque quod in Religiosis ecclesiis passim legatur. Italice excusum est Venetiis anno 1605.

In Gallia sepe illo idiomate prodierunt. Italice vero Venetiis edita sunt, *Mons Calvariæ emendatus juxta censuram,* apud Vincentium Valgrisium anno 1567. *Oratorium Religiosorum etiam emendatum,* apud Gabrielem Jolitum anno 1565. *Monita Gratiosorum,* apud Comminum Tridinensem anno 1562. *Epistolæ,* apud hæredes Vincentii Valgrisii anno 1575. *Horologium Principum,* apud Franciscum Portinarium anno 1566.

Libellus inscriptus Hispanice: *Despertador de Cortesanos,* idest, *Expergefactor Aulicorum.* Prodiit Antuerpiæ ex officina Plantiniana 1605.

Incluruit etiam anno 1540. Sepultus est in sua Cathedrali Ecclesia in solemni a se condito sacello.

ANTONIUS HIQUÆUS Hibernus Tuomoniensis, vir doctissimus, omni eruditionis genere ornatissimus, prosa, et metro disertissimus, Philosophia, Theologia scholastica, morali, sacra Scriptura, Conciliis, sanctis Patribus, jure Canonico, Historia Ecclesiastica, et fidei controversiis apprime versatus. Ego hominem anno 1619. Colonia, postquam illic, et Lovanii per aliquot annos Theologiam publice professus erat, Romam evocari curavi, ut multa in Religionis ornamentum molienti esset adjutorio, et solatio. Et quidem utrumque mihi præstitit per annos multos tum in Monte Janiculo ad S. Petri Montis aurei, tum in hoc Collegio S. Isidori, utrobique cohabitanti peramanter. Nullus eo affabilior, nullus humilior, nullus in studiis magis assidnus. Per integros menses harebat domi, per diem universum vel studebat, vel orabat. Humi-

lia

iis cœnobi officia lubenter subibat, Collegii regimen, omnemque dignitatem constanter abhorrens: discipulis, quos multos optime instruxit, virtutis semper præivit exemplo. Tantæ virtuti, tantæ doctrinæ universum applaudens Sodalitium, omnium suffragiis electus est in comitiis generalibus Romanis anno 1639. Ordinis Definitor. Omnibus gratus, omnibus amabilis doctissimas has posteris reliquit elucubrationes:

Tria magna volumina in quartum Sententiarum juxta mentem Scoti; quorum primum priores tredecim distinctiones explicat; secundum quæ sequuntur usque ad quadragesimam secundam; tertium reliquas usque ad finem. Prodierunt eum omnibus Scoti operibus Lugduni anno 1630. sumptibus Laurentii Durand.

Cogitaverat autem ea methodo, et stylo commentarios adjecere ad tres libros priores Sententiarum, ut plane, et solide ex Conciliis, et sanctis Patribus Scoti doctrinam corroboraret, et impugnantium rationibus satisfaceret; sed exorsus a libro 3. in sextæ distinctionis explicatione mors inopinate calamum suspendit. Doctissimi hominis dignissimum, posterumque opus nos curabimus, ut quantocyus in omnium prodeat conspectum. Scripsit insuper

Nitelam Franciscanæ Religionis. Opus doctum, et argutum; quo eandem Religionem a multis injuriis ultro per Abrahamum Bzovium illatis, acriter defendit, eamque a tot indignis maculis, quibus prædictus author illam aspersit, graviter abstergit. Prodiit opus Lugduni anno 1627. sumptibus Claudii Landry sub nomine *Dermitii Thadæi*, sub quo audivit in sæculo incipit, *Judicii series est*.

De stigmatibus S. Catharinæ Senensis edidit doctum, et juridicum tractatum ad Congregationis sacro, rum Rituum Cardinales, quando novo culta, et peculiarium lectionum officio ampliandæ erat sacræ Virginis veneratio. Hæc bona penes me ms.

Ad plerasque dubia moralia, et ascetica gravissimas responsiones; quas in unum corpus redactas, adhibita ultima lima, curabimus, Deo propitiante. aliquando juris fieri communis.

Decessit omnium sanorum consodalium magno mœrore, et meo quidem luctu, qui optimi amici. fidissimi consocii jacturam ægre sustinui, an. 1641. die 26. Junii, sepultus ad dexteram portæ templi, qua ex sacrario introitur in templum, inter parietem, et sepulchralem lapidem sui dignissimi magistri Hugonis Cavelli Archiepiscopi Armachani, de quo inferius agemus. Hoc ejus legitur Epitaphium:

FR. ANTONIO HIQVÆO HIBERNO
VIRO DOCTISSIMO ET RELIGIOSISSIMO,
SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORI
EMERITO, TOTIVS ORDINIS DEFINITORI.
SOCIO GRATISSIMO,
AMICO OPTIMO MOERENS POSVIT
FR. LVCAS WADINGVS
XDIS PRÆFECTVS.
OBIIT ANNO MDCXLI. DIE XXVI. IVNII.

ANTONIUS ILERDENSIS provinciæ Aragoniæ, vir doctus, in Philosophia, sacra Theologia, et divinis Scripturis versatissimus, scripsit

Collationes pro mortuis per totum anni circulum, in quibus applicat exequiis defunctorum præcipuas totius anni Epistolas, et Evangelia tam de tempore, quam de Sanctis. Incipiunt:

Hora est jam nos de somno surgere, etc. Extant mss. in Bibliotheca Toletana Minorum. codice pervetusto pergameneo signato littera z. num. 78.

ANTONIUS JOANNIS Andreæ a Sancto Joseph, scripsit

Historiam redemptæ imaginis Christi Crucifixi templi S. Teclæ urbis Valentinæ. Valentiæ 1625.

ANTONIUS a KONINGSTEIN Noviomagensis, aliquoties Guardianus, Theologus insignis, sacrique eloquii præco celeberrimus, scripsit

Monotessaron ex 4. Evangelistis. Coloniæ 1539. typis Cervicorni, et Parisiis anno 1544.

Enchiridion Homiliarum in Evangelia, et Epistolas totius anni.

Commentarium in Epistolam Pauli ad Romanos. Lovanii 1556.

Sententiæ Bibliorum, seu *Concordantiæ breves omnium fere materiarum, quæ in sacris Bibliis continentur, non solum divini verbi concionatoribus, verum etiam studiosis omnibus summopere utiles, ac necessarias*. Parisiis apud Audoënum Parvum anno 1544. et 1551.

Ab hac vita ex laterum dolore ad meliorem migravit anno salutis 1541.

ANTONIUS LUCENSIS, provinciæ Tusciæ, cujus fuit Minister, postquam Picenam etiam rexerat provinciam, scripsit

Sermones Quadragesimales.

Sermones de Tempore.

Claruit sub annum 1320.

S. ANTONIUS LUSITANUS, Ulyssipponensis, *de Padua* ex semiturræ loco nuncupatus, ex Canonico Regulari sancti Augustini Coymbricæ factus Minorita martyrii studio trajiciens in Africam, ventorum impetu transvectus est in Siciliam. Ad generalia profectus comitia ex multa virtute, et doctrina cœpit a præcipuis Ordinis Patribus in pretio haberi, et a S. Francisco Bononiæ institutus est primus in Ordine S. Theologiæ Professor, ea tamen conditione, ut caveret, ne nimium studium in ipso, neque in discipulis spiritum extingueret orationis. Ita egregie munus sunm implevit, ut doctissimos proceraverit discipulos, et ipse longe doctior evaserit, ita ut posteris reliquerit

Sermones Quadragesimales et de tempore. Paris. per Badium Ascens. 1521. Prodierunt correcti, aucti, multis marginibus (*sic*) ornati per Raphaelem Maffeium Minoritam S. Theologiæ lectorem. Venetiis apud Joannem Antonium Bertannum an. 1575. in 8.

Sermones de Sanctis. Qui sæpius excusi, Parisiis nuper prodierunt anno 1641. ex officina Caroli Rovillard, opera doctissimi, et clarissimi viri Joannis de la Haye Regii Ecclesiastes, et Procuratoris generalis nostri Ordinis per Galliam; quibus adjunxit

Expositionem mysticam in omnes ferme sacræ Scripturæ libros, vel *ab ipso S. Doctore scriptam*, vel *ex ejus sermonibus decerptam, et*

Concordantias morales sacræ Scripturæ Prædicatoribus ad virtutes commendandas, et vitia condemnanda utilissimas; quas nos anno 1623. Romæ apud Alphonsum Ciaccounm ex antiquissimo codice ms. cœnobii Aracœli edidimus, et Urbano VIII. dedicavimus. Opus sane ingeniosum hominis versatissimi in sacris Bibliis, quem proinde Gregorius IX. appellavit *Arcam Testamenti*.

Omnia hujus viri sancti gesta nos diffuse narravimus tomo primo Annalium. Decessit anno 1231. Patavii, ubi ingens templum ejus nomini, et corpo r extructum est. Singulari privilegio canonizatus est a Gregorio Nono ante annum ab ejus obitu expletum.

De

De illius in dicendo virtute, et officiosa ita testatur Hieronymus Platus (*libro 2. de bono statu religiosi cap. 33.*): *Ea erat eloquentia, et dicendi vbertate, ut tanta hominum multitudo concurreret, vt cum templa, quæ ad hoc ipsum deligebantur amplissima, capere non posset, suggestus in campos, vel plateas latissimas deferretur. Vbi etiam ad occupandum tempestive locum adeo ab omnibus properabatur, vt cernere esset nobilissimos viros, atque matronas, antequam lucesceret, concurrentes, et ad multas horas vocem illam, quasi de cœlo venturam, prænolantes. Illo autem loquente, cum sæpe ad millia hominum triginta adessent, tamen non strepitus, non murmur, non etiam exscreatus audiebatur, tantum erat omnium silentium, et attentio. Quid igitur tale unquam Demosthenes, aut ullus ex illis, qui diserti in sæculo sunt habiti?*

ANTONIUS de MARCHIA, Picenus, insignis Poeta

Libros Dantis Aligerii Poetæ Etrusci celeberrimi in metrum Latinum doctissimum transtulit. Scribit Marianus Florentinus in suis Chronicis (*l. 5. cap. 42. §. 11. Vide Annal. tom. 7. anno* 1485. *num.* 36.), librum hunc a Conventu Fanensi accepisse magistrum Laurentium Astemium de Macerata, et apud se retinuisse.

ANTONIUS a MARE Gemmensis, edidit

Summam Theologiæ, divinarum litterarum candidatis pernitilem.

ANTONIUS a S. MARIA Hispanus, nobilibus parentibus natus Placentiæ in Extremadura, ab iuenabilis virtutibus, et litteris operam dedit; metro, et soluta oratione, vulgari, ac Latino excelluit, doctorque in utroque jure evasit. Romam profectus, illic ob ingenii sagacitatem amitis Camerę Apostolicæ munus præclare functus est; donec obtento beneficio in patriam reversus est, ubi pro suo pastorali officio virtutum suarum exemplo multos ad viam salutis direxit; tandem ultioris vitæ desiderio incitatus, Frater Minor factus est in Conventu *sanctæ Mariæ de Angelis*, qui est primus provinciæ S. Gabrielis. Postea an. 1573. Ministor provincialis electus est. Ejus interventu provincia divisa fuit in duas, videlicet S. Joseph, et S. Pauli; in hac moram traxit, et finem vitæ mortalis accepit anno 1602. die 18. Julii ætatis suæ 81. quorum 40. in Religione absque peccati mortalis sorde dicitur transegisse. Vide Joan. a S. Maria p. 2. Chron. provinc. S. Joseph (*lib. 4. c. 17. et seqq.*) Nonnulla composuit opuscula.

Vitam S. Francisci.

Vitam S. Antonii a Padua.

Expositionem brevem super Regulam. Madriti 1591. Cordubæ 1593.

Speculum spirituale collegit ex operibus Ludovici Blosii. Compluti 1584.

ANTONIUS a MARTYRIBUS, edidit Hispanice librum prænominatum

Religiosi anima. Madriti 1617. in 8.

ANTONIUS MARIA Schirlens de Rheitu, Cappuccinus, provinciæ Austriæ, et Bohemiæ, in re Mathematica egregie versatus, scripsit librum, cui titulus

Oculus Enoch, et Eliæ, sive *Radius sydereomysticus, verus, visuque motus, stationes, et retrocessiones planetarum omnium unico circulo, sine æquantibus, et epicyclis tradens.* Pars prima prodiit Antverpiæ anno 1643.

Pars altera ibidem edita est anno 1645.

Fasciculum sacrarum deliciarum, sive *Indulgentias stationum Urbis* a Paulo V. approbatæ Religionis Regularibus concessas, et ab Urbano VIII. confirmatas. Antverpiæ apud Hieronymum Verdussium anno 1646.

ANTONIUS MASSANUS Etruscus, vir doctus, primum Tusciæ Minister, deinde Vicarius generalis, mox Minister totius Ordinis, demum sanæ patriæ Episcopus, missus est a Martino V. ad Imperatorem Constantinopolitanum pro stabilienda unione inter Græcos, et Latinos; ubi probe examinavit, et collegit errores Græcorum, quos oportebat corrigere, si vere fidei vellent subscribere. Scripsit itaque ad Martinum V. Pontificem

Aduersus Græcorum errores librum, quem refert Possevinus extitisse in Bibliotheca Cardinalis Syrleti; quem deinceps nescutus est Ascanius Cardinalis Cominus.

Officium S. Carboni sui in ecclesia Massanensi præcessoris.

Multa de hoc homine diximus Tom. 5. Annal. Latuit Possevinum, cujus esset Institutti. Vivebat anno 1430. quo creatus est Episcopus.

ANTONIUS a MATELICA Picenus, quem cum Bituntino confundit Willotus, scripsit

Postillam ex Lyrano, et Quæstiunculas ad omnes lectiones veteris, et novi Testamenti, quæ per totum anni circulum in sacris liturgiis recitantur.

Sermones Dominicales qui anno 1445. Argentorati prodierunt.

Commentarios in 4. libros Sententiarum, quos Nicolao V. dedicavit.

Summam casuum Conscientiæ.

ANTONIUS MEDICES nobilis Florentinus, sacræ Theologiæ Doctor, et insignis Ecclesiastes, scripsit

Adnotationes ad universa Biblia;

Et alia plura, quæ Michael Poccianthus in suo catalogo Scriptorum Florentinorum scribit esse deperdita, et prædictas Annotationes asservari mss. in Bibliotheca S. Crucis Ordinis Minorum Florentiæ.

Assumptus est ad Episcopatum Marsicanum anno 1484. et obiit anno sequenti. Possevinus tamen ait vixisse anno 1496.

ANTONIUS de MEDINA Hispanus provinciæ S. Jacobi, compilavit

Privilegia, bullas, et concessiones quasque Pontificias in gratiam Ordinum Mendicantium. Sulamanticæ, 1586.

ANTONIUS a MODOETIA, scripsit

Sermones 78. Quadragesimales: mss. servantur in Conventu S. Jacobi apud Leucum.

ANTONIUS MONELIANUS Ligur provinciæ Bononiensis, sacræ Theologiæ Professor, edidit

Opus, quod inscripsit, *Sursum corda.*

Commentarios in Theologiam mysticam S. Dionisii. Prodiit utrumque opus Bononiæ apud Hieronymum Benedictum anno 1522.

ANTONIUS a MONTEFALCONE Umbriæ oppido Reg. Observ. provinciæ S. Francisci Vicarius, vir magnæ autoritatis in curia Romana, scripsit

Vitam suæ Conterraneæ B. Claræ a Montefalcone, de qua tanta fuit disceptatio inter Minoritas, et Eremitas Augustinianos, cujus fuerit Instituti, de quo alius (*In Annal. to. 3. an.* 1308. *et an.* 1491. *num.* 65.) nostrum protulimus judicium. Habeo penes me ms.

ANTONIUS N. provinciæ S. Antonii Minister, scripsit

Quæstiones naturales, ad Illustrissimum Dominum Dominicum Grimanum, Ordinis Protectorem.

Floruit anno 1499.

AN-

ANTONIUS NIGER edidit

Opuscula quædam super Magistrum Sententiarum.

ANTONIUS PACTENSIS Siculus, Strict. Observ. sacræ Theologiæ Professor, edidit Italice

Considerationes, et expositiones super omnia præcepta Regulæ S. Francisci collectas ex doctrina summorum Pontificum, gravissimique Doctorum, et expositorum ejusdem regulæ, qui ad nostra usque tempora scripserunt. In quibus copiose declarantur dubia omnia, et difficultates, quæ occurrere possunt circa observantiam prædictæ regulæ. Opus non solum utile, sed et necessarium omnibus ejusdem Instituti Fratribus, et illud profiteri volentibus, pluisque personis ergo S. Francisceum propensis. Venetiis apud Joannem Gmariglium anno 1615. in 4.

Sermones de Purgatorio, Inferno et Jerusalem triumphante, quos inscripsit *Viridarium Concionatorum.* Venetiis 1617. in 4.

Ingressum facilem, et secretum ad Paradisum. Lugduni 1644. in 12.

ANTONIUS PAGANUS, alias Marcus Antonius, Venetus, quibusdam Foroliviensis, vir pius, et doctus, gravibus numeribus in Religione perfunctus, varia edidit opuscula, ex quibus ista circumferuntur:

Tractatus de Ordine, jurisdictione, et residentia Episcoporum, non omissis eis, quæ a Synodo Tridentina fuerunt de hac argumento decreta.

Discursus, sive *Tractatus de Pœnitentia.* Venetiis 1570. in 4.

Generalis disceptatio in legem Canonicam, Italice.

Pia Carmina, idiomate Italico. Omnia hæc prodierunt Venetiis ex officina Bolognini Zaltieri anno 1570. in 4.

Oratio satis eloquens de illius temporis miseriis, ad Franciscum Gonzagam.

Regulæ Sodalitatis, sive *Confraternitatis S. Crucis.* Ibidem Italice apud Dominicum Nicolinum anno 1597. in 4.

Speculum veri Christiani. Venetiis 1539.

Brevis summa triumphorum militantium pro perfecta reformatione interioris hominis. Ibidem, et eodem anno ex officina Joannis Varisci, et Paganini Paguini. In cujus rei cognitione perfectarum virtutum Christianarum, quæ vitiis, et peccatis adversantur: de beneficiis, quæ et hic in terris, et in cœlis easdem amantibus a virtutibus conferuntur: de rationibus, quibus, Deo juvante, eas facile consequi possimus, et quibus Deo similes efficimur. Uniciique vero materiæ substernitur doctrina S. Bonaventuræ, et Cassiani.

Examen conscientiæ pro pœnitentibus. Venetiis apud Joannem Baptistam Somascum anno 1587. in 4. Vivebat Vincentiæ anno 1586. Obiit Fulgineï, dum Romam ad Sixtum V. cui erat gratissimus, proficiscereture. Petrus Rodulphus Epitaphium istud, omisso obitus anno, adjecit:

MARCO ANTONIO PAGANO FOROLIVIENSI,
VIRO INTEGERRIMO, QVI VISITATORIS APOSTOLICI
IN PROVINCIA GENVÆ, ET PRÆFECTURÆ
PROVINCIALIS MVNERE PERFVNCTO, DVM ROMAM PETIT
AD SIXTVM V. PONTIFICEM MAXIMVM,
OBIIT ANNO ÆTATIS SVÆ LXIX. DIE VERO XX. OCTOB.
FR. PETRVS RODVLPHVS TOSSINIANENSIS
MVTVÆ NECESSITVDINIS MEMOR GRATI ANIMI
SVI MONVMENTVM POSVIT.

ANTONIUS PASCHALIS Hispanus, provinciæ Valentiæ, scripsit

De oratione mentali, et via unitiva, Valentiæ 1611. in 4.

Exhortationes, seu collationes spirituales. Ibidem 1622. in 4.

De Philocosmia spirituali partes tres. Ibidem 1616. in fol.

ANTONIUS PATAVINUS, scripsit

Quæstiones Quodlibetales. Venetiis 1493. in fol.

ANTONIUS POSIUS a Monte Ileino, Regens Gymnasii Patuvini, multisque annis sui Ordinis Minorum Conventualium Procurator generalis, vir docili, et acuto ingenio, edidit

Tabulam utilem in omnes libros Averrois. Obiit hydropisi in patria an. 1580.

ANTONIUS RADUNSCHIC, scripsit

De memoria conservanda.

ANTONIUS, sive Antoninus, a Randatio, Siculus, Strict. Observ. provinciæ Siciliæ, vir pius, in evolvendis antiquis monumentis suæ patriæ, et Religionis assiduus, scripsit Italice

Vitas Fratrum, et Sororum trium Ordinum Sancti Francisci, qui in Sicilia, pietatis, aut sanctimoniæ notis effulserunt his duobus seculis postremis, in duos libros divisas. Extant apud me ms.

ANTONIUS RAUDENSIS, sen Raudinus, humili loco Fulmentæ in Insubria natus (cui propterea opusculum misit Albertus Sartianus, quod inter ejus opera recensuimus, videlicet: *Quod nihil nocet ad virtutem humili loco nasci*, sacræ Theologiæ Magister, in omni studiorum genere insignis, *Lactantii Firmiani* assiduo delectatus lectione, ut emeulator, et purior prodiret, effecit. Alia etiam opera scripsit, quæ perierunt.

Floruit circa annum 1420.

ANTONIUS del RINCON Hispanus provinciæ S. Jacobi, scripsit, seu compilavit *Librum*, cui titulus,

Monumenta Ordinis. Ter impressus est: secunda, qua utor, editio facta est Salamanticæ impensis Joannis de Porras anno 1511. in 4.

ANTONIUS RUVIUS Hispanus, Legionensis, provinciæ S. Jacobi, scripsit

Assertionum Catholicarum adversus Erasmi in aperibus passim aequentes errores, libros novem. Salamanticæ apud Canovum 1568. in fol.

ANTONIUS SAN-FELICIUS, Francisco patre, Adriana Carneeiola ex Marchionibus Vici genitrice, in adolescentiori ætate factus Minorita Reg. Observantiæ brevi in omni doctrinarum genere felices fecit progressus, sed Musis amcenioribus delectatus, politioribus litteris fuit ornatissimus, et in re Geographica non mediocriter versatus, eum de Italicarum urbium descriptione (præsertim quod ab Hyginio eodem argumento confecti libri perissent, admodumque pauca de M. Porcii Catonis originibus fragmenta supersint) cogitasset, primum scripsit

Chorographiam Campaniæ, sive *de situ, et origine ejusdem* quum breviter, et docte absolvit, dedicavitque Senatui, populoque urbis Capuanæ, in Campania vetustissimæ. Circumfertur sub titulo, *Campania*, inter Authores *Italiæ illustratæ*, prodiitque olim Neapoli in 12. deinde Ibidem apud Dominicum Maccarninum anno 1636. præmissa ejus effigie, et vitæ compendio.

Carmina plerayue variorum argumentorum, partim ms. Alia meditantem mors abripuit anno 1570.

ANTONIUS SASCOLINUS Florentinus, Generalis Minister Minorum Conventualium, electus Bononiæ anno 1519. deinde creatus a Clemente Septimo

Epi-

Episcopus Minerbinæ in Calabria, edidit lingua vernacula, et rudi *tractatum*, cui titulus:

Conscientia illuminanda.

ANTONIUS SERPENSIS Lusitanus, Strict. Observ. provinciæ Pietatis, Concionator eruditus, magnum opus duobus Tomis distinctum edidit, cui titulus:

Enchiridion Chronologiæ ab ipso mundo condito per figuras legis naturæ depictæ, et enarratæ. Parisiis apud Sebast. Cramoisy anno 1648. in fol.

ANTONIUS de SILLIS Bergomensis, Tertii Ordinis Reg. Observ. in Italia Superior generalis, artium, ac sacræ Theologiæ Doctor, in jure Canonico non vulgariter versatus, scripsit

Studia originem, processum, et complementum prædicti Tertii Ordinis concernentia, in quatuor sectiones, nimirum in præludia, collationes, annotationes, et in Privilegiorum collectionem distributa. Neapoli apud Constantinum Vitalem anno 1621. in 4.

ANTONIUS SOBRINUS Hispanus, provinciæ S. Joannis Baptistæ Strict. Observ. vir eximiæ pietatis, et notissimæ virtutis, scripsit Hispanice librum, quem prænotavit,

Vita spiritualis, et perfectio Christiana. Valentiæ apud Joannem Chrysostomum Garriz anno 1611. in 4.

ANTONIUS STELLA Vercellensis, scripsit in gratiam puerorum

De Grammaticæ rudimentis.

ANTONIUS SYRRETUS, sive Syrrectus, provinciæ Thronæ, subtilitatum studiosis gratificaturus, scripsit

Isagogicas formalitates ad Scoti Theologiam, quæ Parisiis in magno Conventu nostris adolescentibus, prinsquam e Philosophorum classe emergant, percurrunt. Editæ sunt Parisiis apud Joannem Bouc anno 1588. et in Gymnasio Philosophico, quod Fr. Augustinus Gothutius Monelianus edidit, et Henrico IV. Galliarum Regi dedicavit. Prodiit Parisiis apud Michaelem Sonnium anno 1605.

ANTONIUS TAURINENSIS, ex Barberinorum familia, scripsit.

De Ecclesiastica immunitate.

ANTONIUS THOMASSINUS Italus, Reg. Observ. edidit carmine Italico

Vitam, miracula, et acta canonizationis S. Didaci. Veronæ apud Hieronymum Discipulum anno 1594. in 8.

Invitatorium ad laudem Dei, Italice. Venetiis apud Antonium Ricciardum anno 1607. in 8.

ANTONIUS TROMBETA Patavinus, quem alii cultu quodam Latino vocant *Tubeta* (etsi Henricus Willot Trombetam Antonium, et Tubetum duos faciat authores diversos), provinciæ sancti Antonii Minister, in Universitate Patavina ordinarius Lector Metaphysicæ, insignis Scoti sectator, ob præclaram virtutem, et doctrinam designatus primo Archiepiscopus Athenarum, deinde Episcopus Urbinas. A Julio Secundo ad Concilium Romanum fuit vocatus. Petro Cardinali Bembo summa necessitudine conjunctus, optimos quosque Curiæ Romanæ amicos sibi devinxit, ubique dispiutando, docendo, scribendo primas tenuit, atque inde multorum in eum exarsit invidia. Scripsit

Quæstiones in Metaphysicam.

De futuris contingentibus.

Expositiones ad formalitates Scoti ab Antonio Syrrecto editas. Impressæ sunt Venetiis ad calcem formalitatum Syrrecti anno 1518. unde non tam formalitates proprias composuit, ut aliqui opinantur, quam alienas exposuit.

Longo morbo decessit in patria anno 1518. sepultus in æde D. Antonii, addito hoc epitaphio:

ANTONIO TVBETÆ PATAVINO
ATHENARVM ANTISTITI, QVI PVBLICE METAPHYSICAM
AN. XXXXII. PROFESSVS EST, D. ANTONII PROVINCIÆ
ANNOS DVOS SVPRA VIGINTI PRÆFVIT.
PLVRA MONVMENTA EDIDIT, ANNO ÆTATIS
ALTERO ET LXX. NATVRÆ CESSIT,
HOSPITIVM HOC AD DIEM ACCEPIT NVNQVAM
REVERSVRVS.

Inveni in Registro Julii Secundi (*Lib.* 185. *fol.* 279.), ei, dum adhuc esset Lector Patavinus, collatum fuisse sub titulo commendæ Monasterium sancti Leonardi de Mathomauro Ordinis sancti Benedicti Clugien. diœcesis, quod paulo antea Marcus Vigerius tituli sanctæ Mariæ Transtyberim Presbyter Cardinalis, ejusdem Instituti vir præclarus, in manibus Pontificis resignaverat.

ANTONIUS TUMBA Fanensis, provinciæ Marchiæ Anconitanæ, edidit

Directorium, seu *ordinem perpetuum recitandi divinum Officium*, pro universis Clericis juxta Breviarium Romanum, et cum additione pro Religiosis S. Francisci pro specialibus Sanctis sui Ordinis; divisum in septem libros juxta numerum litterarum Dominicalium, cum Rubricis tam Rotæ perpetuæ litterarum Dominicalium, quam Epactarum, Aurei numeri, Cyclique solaris, hc Noviluniorum. Et cum coloribus paramentorum pro singulis diebus in Missis Officii currentis. Romæ ex Typographia Cameræ Apostolicæ anno 1628. in 8.

ANTONIUS VALENTINUS, alias *Valentius*, ex urbe Valentiæ in Iusubria, vir plane doctus, a Joanne Picardo in Thesauro Theologorum recensitus, edidit

Scholia in librum primum Sententiarum Magistri Petri Lombardi.

Erat hic familia de Aribaudis, factusque est Episcopus Cajetanus in Regno Neapolitano anno 1341.

ANTONIUS VANALES Hispanus, provinciæ sancti Jacobi, concionator ordinarius insignis Cœnobii Salamanticensis, scripsit lingua vernacula

De dignitate Sacerdotali discursus prædicabiles. Metymnæ Campestris 1604. in 4.

Sermones miscellaneos.

Vixit anno 1607.

ANTONIUS VASQUEZ Hispanus, edidit

Confessionarium generale. Madriti 1623.

APOLLINARIS de VALLOIGNE Tertii Ordinis provinciæ S. Ivonis, edidit Gallice

Vitam sanctæ Elisabethæ Hungariæ Reginæ Tertii Ordinis sancti Francisci. Parisiis in 8. apud Georgium Ioffe anno 1645.

Regulam, et Constitutiones Tertii Ordinis sancti Francisci pro sæcularibus, qui eum profitentur, cum exercitio speciali, et quibusdam declarationibus, ac resolutionibus Decretorum super eandem Regulam. Parisiis 1646.

ARCHANGELUS ALARCON Capuccinus, in Turri Sillana, Hispaniæ Tarraconensis oppido, nobili genere ortus, regularis disciplinæ, ac virtutum laude celebris, in generali Capitulo anno 1578. Romæ coacto, sui Ordinis Commissarius generalis declaratus, edidit

De Beata Virgine diversi generis carmina, quæ cum suo opere prænotato, *Viridarium plantarum divinarum* Barcinone evulgavit anno 1549. ubi cum morte

morte vitam commutavit anno 1598. Bover. tom. 2. Annal. Capuc.

ARCHANGELUS BACCARETUS Italus vir qua eruditione, qua devotione insignis edidit, ut testatur Hermes Gualandus in sua Poesi Lyrica pag. 186.

De Virginis Deiparæ planctu lucubrationem.

Clarebat anno 1625.

ARCHANGELUS a FORESTO, provinciæ Mediolanen. edidit Italice

Incentiones pro concionibus Adventus, et Quadragesimæ.

ARCHANGELUS a LAUDE, edidit

Quadragesinale.

ARCHANGELUS MESSANA Siculus, Netinus, vir omni virtute, et doctrina præditus, scripsit, inquit Rocchus Pyrrhus in sua notitia Syracusana,

Libros varios, sed obscuris characteribus adnotatos. Argumenta tamen librorum non indicat. Floruit anno 1560.

ARCHANGELUS PUTEUS a Burgo novo, Italus, Aloysii Putei totius Ordinis Generalis Ministri germanus frater, Georgii Veneti Minoritæ docti, de quo suo loco, discipulus, ex lacera, et sequentitia veste, quam ex pauperatis zelo gestabat, *Pannosus*, vulgo Italice *lo Stracciato*, nuncupatus, scripsit

De virtute, et dignitate nominis Jesu, Italice. Prodiit Ferrariæ anno 1557.

Apologiam pro Hebraicæ linguæ præstantia, Latine.

Alteram in defensionem Joannis Pici Comitis Mirandulani.

ARCHANGELUS du PUY, ex oppido S. Baldomeri apud Foresianos oriundus, vir potens opere, et sermone, quippe magnus concionator, et Prælatus zelo, et prudentia præstantissimus, qui Lugdunensem, et Tolosanam Capucinorum provinciam circiter annos viginti gubernavit, et Commissarium generalem pluries egit : edidit Gallice

Historiam B. V. Mariæ du Gros nuncupatæ prope Agathum, cujus imago miraculosa in Patrum Capuccinorum Ecclesia a populis maxima veneratione colitur. Ibidem 1616. in 8.

Responsum solidissimum ad motiva conversionis cujusdam Christophori Guegnard Gallo-Sequani ad Religionem Calvinistarum. Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1620. in 8.

Meditabatur *Commentaria in Job*, quando mors illum de medio sustulit ; claruit sub Henrico IV. et Ludovico XIII. Galliarum Regibus. Jacet Tolosæ in Conventu Capuccinorum, simul cum germano fratre Patre Francisco du Puy, verbi Dei præcone disertissimo.

ARCHANGELUS de RIPAUT, antequam Capuccinus fieret, in supremo Parisiensi Parlamento Consiliarius Regius, postea provinciæ Parisiensis Definitor, duos to. in 8. prælo commisit ; primus est

Abominatio abominationum falsarum hujus temporis devotionum, in tres partes divisarum; prima est *Illuminatorum* ; secunda est *Novorum Adamitarum* ; tertia *Spiritualium modernorum :* ubi per antithesim primi libri apparet diabolica nativitas, accrescio, et perfectio detestabilis animæ in falsa devotione, JESU, et MARIÆ injuriosa. Secunda pars continet altiora puncta Theologiæ mysticæ, cum facili tractatu de præsentia Dei pro remedio horum abusuum. Parisiis apud Claudium Cramoisi 1632. Secundi tomi titulus sic se habet :

Divina nativitas, infantia, et progressus admirabilis animæ in sancto amore Jesu, et Mariæ cum tot praxibus novis amorosæ orationis, quot sunt tractatus inauditi cujusdam devotionis non communis. 2. editio. Ibidem anno 1633. in 8.

ARCHANGELUS VALESIENSIS Gallus, concionator Capuccinus, edidit opus, quod inscripsit,

Directior fidelis, seu *Institutio exercitiorum ad fidem spectantium.* Rothomagi 1645.

ARLOTTUS de PRATO, nobili Tusciæ oppido, ex Provinciali Etruriæ creatus totius Ordinis Minister (*Annal. Minor. anno* 1285. *n.* 4. et 1286. *n.* 1.), scripsit

Concordantias utriusque Testamenti, quæ passim authoris suppresso nomine omnium teruntur articulis ; e Bibliorum corpore elicuit, et Amanuensis sui opera prodierunt an. 1290. Hoc opus ei tribuunt Trithemius, Bergomensis, Pisanus, Rodulphus, et alii ; quidam vero adscribunt Hugoni Cardinali.

Sermones item diversi argumenti.

Obiit Parisiis anno 1286. postquam Ordinem rexit mensibus undecim. Patrem suum, et tres germanos fratres habuit in Ordine consodales.

ARNALDUS ALOSTANUS, a sua familia dictus Mermuuus, Alosti in Flandria natus, sacræ Theologiæ Lovanii Lector, historiæ Ecclesiasticæ in primis peritus, vehemens Ecclesiastes in Iconoclastas anno 1566. per totum fere Belgium, ut docent hæc chronographica :

SanCta tVa ConteMInata, et ConCVLCata sVnt.

Edidit non pœnitenda opuscula, ut sunt

Theatrum conversionis gentium, sive *Chronologica de vocatione omnium populorum per universum orbem fidei, Christianæque religionis descriptio.* Antuerpiæ typis Plantini 1563. et 1572. in 8.

De Rogationibus, peregrinationibus, hymnis, et solemnibus supplicationibus cum lucernis, et omni Religionis panoplia, lib. 3. Lovanii 1566.

De Purgatorio, ad Ducissam Parmensem.

De Veneratione sacrarum reliquiarum.

De pœnitentia publica, et solemni.

De Exomologesi Sacerdoti facienda.

Catechismus instar diálogi inter pœnitentem, et catechistam.

De plusviis hæreticorum ad S. P. Q. Antuerp.

De hæreticis deferendis, et accusandis.

Oratio de fugienda consuetudine hæreticorum.

Damna perduellis, sive *Rerum publicarum perturbator.* Lovanii 1564.

De sancta Cruce, ejusque religiosa adoratione. Lovanii 1568.

Imagines mortis cum epigrammatis, et iconibus. Coloniæ anno 1567.

Medicina animæ. Ibidem typis Birkmanni.

De Eucharistiæ Sacramento contra Sacramentarios, vernacule. Antuerpiæ anno 1567.

Naturæ debitum solvit Lovanii, sepultus apud Minores in loco capitulari hoc Epitaphio :

ANNO DOMINI M.D.LXXVIII. V. SEPTEMBRIS
CONTAGIOSA LVE EX ERGASTVLO CARNIS
EREPTVS EST VENERANDVS
PROVINCIAE PATER, ET DEFINITOR
FR. ARNALDVS ALOSTANVS,
QVI CVM PROVINCIAM IN VARIIS ORDINIS
OFFICIIS PRAECLARE ORNASSET,
ECCLESIAMQVE CHRISTI MVLTIS EDITIS
PIIS VOLVMINIBVS ILLVSTRASSET,
DIEM HIC CLAVSIT EXTREMVM.
CVIVS ANIMA REQVIESCAT
IN PACE.

AR-

ARNALDUS a BASACCIO Gallus, Regularis Observ. insiguis Theologus, apud Indos Occidentales scripsit eorum idiomate

Sermones doctos circa varias materias.

Evangelia, et Epistolas, quæ per totius anni circulum in Ecclesia leguntur, in istud idioma traduxit.

ARNALDUS GULIELMUS Brocarus, edidit

Dictas salutis. Pampilonæ 1497. in 8.

ARNANDUS GANDENSIS, Capuccinus,

Oratorium Religiosorum Antonii de Guevara Episcopi Mindoniensis transtulit e lingua Hispanica in Flandricam. Antuerpiæ 1626.

ARNOLDUS CÆSARIUS Coloniensis sacræ Theologiæ Lector emeritus, Guardianus aliquot Conventuum, Definitor provinciæ, et Custos, scripsit pleraque pios tractatus ita prænotatos:

Corona Virginum, idest, *honor, laus, et gloria Virginitatis.* Coloniæ apud Hæredes Crythii anno 1641.

Cor Virginum, tractans initium gratiæ tangentis animam, usque ad summum vitæ spiritualis perfectionem. Coloniæ apud eosdem an. 1642.

Rosa ex spinis, idest, *liber docens adversitatem utiliorem esse prosperitate.* Coloniæ apud eosdem an. 1642.

Fasciculus myrrhæ, idest, *meditationes in Passionem Domini.* Coloniæ apud eosdem anno 1643.

Expositio orationis Dominicæ, seu *Pater noster.* Coloniæ apud Joannem Crythium anno 1644.

Hortus honoris Mariæ Beatiss. Virginis Matris Dei, tribus opusculis, ut arcolis contiuentibus flores sententiarum, distinctus, etc. Sunt autem opuscula sequentia.

Declaratio salutationis Ave Maria ex sanctis Patribus.

Corona stellarum duodecim, quam Deus cepiti Beatissimæ Virginis Matris Dei Mariæ imposuit, etc.

Decem virtutum, quæ de Beatissima Virgine matre Dei Maria in Evangelio prædicantur, cum sanctorum Patrum sententiis. Coloniæ apud eosdem an. 1647.

ARNOLDUS ad ISCA, a municipio et patria Justi Lipsi; non procul Bruxella ita cognominatus, disciplinæ regularis tenacissimus, Amsterdamo pro fide Catholica profligatus, Edami etiam incarceratus fuit multis annis postea Lovanii Guardianum egit, ubi domum reparavit, et auxit, demum totam provinciam gubernavit. Edidit Teutonice

Paradisum devotionis. Antuerpiæ apud Gulielmum Lesteuium an. 1644.

Sermones quinque, docens quomodo salubriter in Christum credendum.

Sermones de Passione Domini. Lovanii apud Bernardinum Massium.

Officium B. Mariæ secundum usum Romanum in Teutonicum transtulit, nec non Officium Defunctorum, Psalmos Graduales, et Pœnitentiales. Lovanii, Antuerpiæ, et alibi multoties.

Missus ad visitandum provinciam Coloniensem, Confluentiæ mortuus est anno 1619. Martii 15. sepultus in æde Capitulari.

ARNOLDUS PALUDANUS Leodius, Observantiæ per Flandrum Minister provincialis, ac sacræ Theologiæ Lector emeritus, edidit tractatum

De foro animæ, idest, *de potestate, quam habent Sacerdotes Confessarii tum Regulares, tum Sæculares juxta Concilii Tridentini formam legitime approbati, etc.* Leodii an. 1636. in 8.

ARNOLDUS ROYARDUS, sive Romiardus, Gallus, Archiepiscopus Salernitanus, scripsit

Opus Theologicum moralium distinctionum ordine Alphabetico digestum ad Robertum Regem Siciliæ. Ipsum librum autographum pulchro minio, et Regis effigie ornatum penes me habeo. Extat etiam Regii ms. in Bibliotheca Minorum.

Opus alterum ad eundem Robertum de Arca Noe.

Super quatuor libros Sententiarum.

Sermones eruditos.

Postillam in Apocalypsim.

Translatus est anno 1330. ad Episcopatum Sarlatensem.

ARTURUS a MONASTERIO, vulgo *du Moustier*, Gallus, Rothomagensis, provinciæ sancti Dionysii alumnus, vir in rebus sui Ordinis investigandis improbi laboris, et in disponendis non contemnendi judicii, postquam in his perquirendis Italiam, Galliam, aliasque peragraret regiones, et plerasque instraret tabularia, edidit Gallice

Vitas multorum Sanctorum, et Beatorum, quæ additæ sunt *Floribus Sanctorum* Ribadeneiræ, et habentur suis locis distributæ in dicto opere sæpius recuso Parisiis anno 1627. 1636. etc.

Pietatem, seu devotionem Gallicanæ erga S. Dei Genitricem Mariam, una cum vita sanctæ Lucretiæ Virginis, et Martyris die 16. Martii. Parisiis anno 1637. apud Robertum Teuge. Scripsit, et edidit Latine

Martyrologium Franciscanum, in quo Sancti, Beati, aliique servi Dei, Martyres, Pontifices, Confessores, ac Virgines, qui tum vitæ sanctitate, tum miraculorum gloria claruere in universo Ordine Fratrum Minorum toto orbe terrarum cunctis usque nunc sæculis per omnes provincias Observantinas, Discalceatorum, Recollectorum, Conventualium, Capuccinorum, etc. Monalium Clarissarum, Urbanistarum, et necnon Tertiarorum utriusque sexus, tam sæcularium, quam Regularium, recensentur. Parisiis apud Dionysium Moreau anno 1638. in fol. Est quod monesm non omnes, quos in hoc opere sub *Beatorum* classe reponit, tales esse censendos, neque iis ipsis diebus, quos in hoc opere præfigit, mones fuisse defunctos. De his consulendus author in præfatione.

Tres Lectiones secundi nocturni pro Officio sancti Illidii Episcopi Mimatensis 25 Octobris.

Item pro Officio sancti Candidi Rothomagi.

Parata prælo habet Gallice.

Sanctitatem Monarchiæ Gallicæ, Regum Christianissimorum, eorumque filiorum. Opus in 9. libros distributum, in folio, dicatum Domino Seguier Galliæ Cancellario. Libri ita distribuuntur:

Lib. I. *De sanctitate monarchiæ Galliæ in suo principio, et progressu.*

Lib. II. *De s. ampulla, seu phiala, et sacra unctione Regum Galliæ coëtitur missa.*

Lib. III. *De liliis divinitumisais Galliæ Regibus.*

Lib. IV. *De auri flamma, seu vexillo coëtitur missa.*

Lib. V. *De sanatione struumarum miraculosa, Galliæ Regibus a Deo concessa.*

Lib. VI. *De Sanctis Regibus, Principibus viris, et fœminis, eorumque liberis in linea masculina directa, seu collaterali.*

Lib. VII. *De præcipuis Reliquiis ad sanctum Sacellum Parisiense, præsertim cura sancti Ludovici allatis.*

Lib. VIII. et IX *De Gestis ejusdem sancti Ludovici.*

Hubet prælo parata Latine.

De Rebus Neustriacis in quinque volumina distributum hoc ordine:

Tomus

Tomus I. *Neustria Christiana, Archiepiscopos Rothomagenses continens.*

Tomus II. *Episcopos totius Neustriæ complectens.*

Tomus III. *Neustria pia, fundationes antiquiorum, etc. referens.*

Tomus IV. *Neustria sancta, gesta Sanctorum, quolibet die totius anni exhibens.*

Tomus V. *Neustria miscellanea, promiscue profe-rens propria, et particularia genti Neustricæ, pluribus libris distincta.*

Lib. I. *De Neustriæ antiquitate; de Rothomago urbe, deque insignibus illius.*

Lib. II. *De dignitate sacerdotali, et suprema summi Pontificis majestate, ac eminentia Episcopali apud Gallos, Neustriacosque populos.*

Lib. III. *De Primatiu totius Neustriacæ provin-ciæ, et excellentia Rothomagensis Archiepiscopi.*

Lib. IV. *De Vicariatu Ponteviano ipsi Archiepi-scopo subdito.*

Lib. V. *De privilegio sancti Romani Rothoma-gensis Archiepiscopi, cum Diocesi Normannico, de Re-gno Juetoti; de Principatu Bethencourtiano.*

De illustribus familiis, deque dignitate Eccle-siastica Cleri Neustriæ in summis Pontificibus, Cardi-nalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis ex eo assumptis.

Lib. VI. *De Scriptoribus Neustriacæ gentis illu-stribus.*

Lib. VII. *De pietate Christiana, et publica, etian-ana exculta apud Neustrios, Normannosque populos.*

Lib. VIII. *De Neustriæ in fide constantia: Erec-tio Universitatis Cadomensis: Ordo confessus Episco-porum, Abbatum, etc. in sacrariis et publicis comitiis totius provinciæ Neustriacæ: Viri celebriores Neustriam illustrantes: Varii eventus notabiles, ac memorabiles per Neustriam.*

ASCENTIUS AQUITANUS, vir doctus, sacræ Theologiæ Magister, scripsit

Postillam in Apocalypsim.

Commentarios in 4. libros Sententiarum.

Sermones eruditos.

ASTESANUS ab ASTA in Subalpinis urbe no-bili, olim *Colonia* dicta, quæ bidui itinere a Mediolano distat, vir doctissimus, et in utroque Jure ver-satissimus, provinciæ Januæ, hortante maxime Theo-doro Gaetano sancti Theodori Diacono Cardinale, cujus litteræ habentur in operis limine, scripsit an. 1317.

Magnum volumen libris octo distinctum de Casi-bus conscientiæ, dictum *Summa Astesana*. Prodiit pri-mum Venetiis anno 1468. apud Joan. de Losonia revisum, et correctum a Fr. Francisco Lucio Ortiz Hispano, de quo suo loco, denuo ibidem apud Leo-nardum Vilt anno 1480. et tertio ibidem apud Gu-lielmum Huyon anno 1519. correctum, et emendatum per Bartholomæum de Bellatis Feltrensem, et Gome-tium Ulyssiponensem, doctos Minoritas. Prior functus est nobili legatione Venetorum apud Sixtum IV. se-cundus fuit Doctor Parisiensis; missusque est li-ber ad Marcum Barbum tituli sancti Marci Cardi-nalem.

ASTESANUS alter sacræ Theologiæ Doctor, qui param post præcedentem floruit, scripsit

Commentaria in Apocalypsim.

Commentaria in libros Sententiarum.

Sermones doctos, et eloquentes de Tempore.

AUGUSTINUS ALVELDENSIS, exorientibus in Germania Novatoribus, pro domo Israel generose se murum objeciens, multa opportune scripsit contra re-fractariorum impudentiam.

Malagma adversus Joannem Loricorum, et Mar-tinum Lutherum; contra quos catholico, et virili spi-ritu certamen iniviit, eosque fortiter, et varie exagi-tavit.

De confessione sacramentali, librum unum in Ger-mania exensum.

Pro sacrificio Missæ contra Lutherum.

De Apostolica Sede, quod sit de jure divino.

De utraque specie Sacramenti Eucharistiæ.

Explicationem super Salve Regina.

Claebat in Germania circa an. 1530.

AUGUSTINUS BRUNUS Siculus, ex Sacca urbe Agrigentine diœcesis Reg. Observ. edidit

Itinerarium Jerosolymitanum.

AUGUSTINUS CASTELLUS Neapolitanus, edidit

Brevem triumphum Minorum Reg. Observ. pro fide occisorum in Gallia, et Belgio. Neapoli apud Horatium Sulmanum, et Cæsarem Cæsaris anno 1584.

AUGUSTINUS DE CUPITIS Italus Ebolensis, sac. Theologiæ Professor, et in divinis, humanis-que litteris præstanter excultus, scripsit carmine Etrusco

De Laudibus, Naticitate, Annuntiatione, Partu, Assumptione, et Planctu B. Virginis. In vico Agienal typis Josephi Cacchi anno 1592. quo author vivebat.

AUGUSTINUS GALETUS scripsit

Jerusalem liberatum.

In vitam S. Francisci Tom. 2. Venetiis anno 1620.

AUGUSTINUS GALLUCCIUS a Mondolfo, Ita-lus Strict. Observ. provinciæ Marchiæ, scripsit Italice

Vitas beatarum Felicis a Meda Mediolanen. et Se-raphinæ Feltriæ Urbinatis, Clarissarum. Ingolstadii apud Gregorium Heuliuum anno 1637. in 8.

AUGUSTINUS GARAVINUS de Castro Bono-niensi, humanarum, et sacrarum litterarum peritus, scripsit

De viris illustribus prædicti Castri Bononiensis.

AUGUSTINUS GOTHUTIUS Ligur Monellanus Reg. Observ. provinciæ Januensis, artium, ac sacræ Theologiæ professor, edidit

Gymnasium speculativum ex variis cum Philo-sophis, tum Theologis concinnatum, et in quinque classes distributum, quarum prima est *Logicorum*, se-cunda *Physicorum*, tertia *Metaphysicorum et Mathema-ticorum*, quarta *Formalistarum*, quinta *Theologorum*. Parisiis apud Michælem Sonnium anno 1605. Henrico Quarto Regi Christianissimo dedicatum.

AUGUSTINUS de MATRICE, edidit

Interrogatorium pro confessariis. Placentiæ 1597.

AUGUSTINUS MILIUS Cædius Etruscus, dedit ad Cosmum Medicem Etruriæ Ducem, et natos ejus

Historiam per modum dialogi, quo vernaculo ser-mone distincte describit Montem Alvernæ, et quæ-cunque in eo sunt notabilia. Excusa est Florentiæ in typographia Ducali anno 1588.

AUGUSTINUS RIGHINUS Ferrariensis ab Her-cule primo Ferrariæ Duce ex duodecim, quos ille voto promiserat in Franciscanam familiam inducere, annos vix decem natus feliciter promotus, ad Religionis munera, atque in primis ad Saxoniæ, Hiber-niæ, Romaniæ, Terræ sanctæ, Orientis, Bononiæ ad-ministrationem vocatus, Procurator Generalis Ordi-nis, ac demum ad Commissariatus generalis totius Italiæ dignitatem adscitus, magnæ fuit apud omnes æstimationis; siquidem cum esset Theologus, et Ec-clesiastes Insignis, tanto spiritu in auditores, qui cer-tatim

tatim ad eum confluebant, ferebatur, atque in dicendo ita vehemens, et aeris fuit, ut fulmen ciere, aut intonare potius quam loqui videretur. A Serenissima Estensium familia magno in pretio habitus, præsertim ab Hercule prælieto, et Alphonso filio, illorum authoritate, et patrocinio multa fecit præclara in civitate, ita ut Vicedux propter magnam, quam exercebat, potestatem appellaretur. Deinde multa, et magna præstitit beneficia suo cœnobio Ferrariensi, cujus Ecclesiam vetustate fatiscentem instauravit, odeum extruxit, multam, eamque pretiosam supellectilem adjecit. Civibus demum multa commoda sua doctrina, et exhortationibus adsecit. Scripsit stylo quodam medio inter scholasticum, et spiritualem

Sermones doctissimos ab Adventu Domini usque ad feriam Paschatis tertiam. Incipiunt, *sicut dormientes.*

Sermones septem de festis B. Mariæ Virginis, et de Incarnatione Verbi. Venetiis apud Horatinu de Gobbis an. 1591.

De Indulgentiis.

De numero salvandorum.

De suffragiis mortuorum.

Tractatum contra illos, qui dicunt malos Sacerdotes non posse administrare Sacramenta Ecclesiastica. Incipit, *Contra illos inimicos S. Ecclesiæ.*

Vixit ut alter Xenophilus Pythagoricus commoda semper corporis valetudine. Decessit anno 1583. ætatis suæ 96. sepultus ante aram majorem. Strato lapidi hæc verba inclsa sunt.

Flens veni in terras, et flens discedo, fuique,
Dum viri, fletus, vixa, dolor, gemitus.

Venerandam ejus imaginem graphice curavit exprimi Petrus Rodulphus in suo de Scriptoribus catalogo.

AUGUSTINUS SUPERBI Italus, Ferrarien. Minor Convent. vir omnigena doctrina, ingenuisque animi dotibus ornatus, Theologus insignis, et disertissimus Concionator, scripsit

De Origine, et antiquitate Carrariæ. Prodiit Padnæ.

Ideam Angelicam, ubi illiffiae agit de natura, et ministeriis Angelorum. Prodiit Ferrariæ.

Decacordum scripturale super Canticum Virginis, Magnificat. Ibidem.

Apparatum de viris Ferrariensibus scientia, et virtute illustribus. Ibidem anno 1620. apud Franciscum Suzi.

Apparatum alterum de viris ejusdem urbis, qui fortiter gestis per arma claruerunt.

Sermones de Sanctis.

Certamen spirituale.

AUGUSTINUS de WITTE Bruxellensis, provinciæ Germaniæ inferioris, scripsit

S. Francisci amplissimam genealogiam; omnes scilicet viros sanctitate, dignitate, virtute, vel doctrina illustres per suos annos recensuit. Bruxellis apud Joannem Pepermannum anno 1627.

Origines, et descriptiones Conventuum provinciæ inferioris Germaniæ tam Fratrum, quam Sororum. Antuerpiæ in officina Plantiniana anno 1629.

Chronica Ordinis Minorum per xxvii distributa, quæ polire, aut complere non potuit morte præventus Bruxellæ jam ferme jubilatus in Ordine, anno 1627. die 7. Junii.

AURELIUS SABELLIUS ab Astia, provinciæ Etruriæ Reg. Observ. scripsit

Dialogum brevem de monte Alverne; in quo de universa eo in loco scitu dignis disseritur. Perusii anno 1617.

AUSONIUS NOCTINOT, aliis Antonius Cotonius, Siculus Nicosiensis regularis Tertii Ordinis S. Francisci, sacræ Theologiæ professor et Doctor, in studiis solertissimus,

Opera Antonii Dianæ clerici Regularis septem partibus distincta in ordinem alphabeticum ad Summæ modum, et in unum volumen lectoribus satis commodum, redacta. Venetiis apud Juntas anno 1616. in 4. cum prius aliam fieri editionem curaverit Lugduni anno 1644. in 4. nec non

Auctarium ad eandem Summam ex septima parte ejusdem Dianæ. Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1646. in 4. et demum

Summarium Summæ Dianæ cum septima et octava parte. Venet. apud Matthæum Lenium 1648. in 24.

B

BALDUINUS JUNIUS, vernacule de *Jonghe,* patricia, et antiqua familia in Hollandiæ Haga-Comitis natus (quidam Dordracenum volunt), jure hereditario Dominus in Baersviete, et patrimonio avunculi Baro in Dormael, in Ordine humilitate, devotione, aliisque virtutibus nobilior. Demum insignis evasit Theologus, et Ecclesiastes, Lovanii Justi Lipsii discipulus, ac contubernalis. Defunctor sanæ provinciæ, et in multis locis Guardianus præfuit; edidit

Demonstrationem fidei orthodoxæ ex Roberti Bellarmini sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis controversiis. Antuerpiæ typis Nutii an. 1611. in 4.

Manuale Theologicum, in quo præcipua tractat totius Theologiæ fundamenta. Coloniæ typis Gualteri anno 1614. in 8.

Chronicon morale tomis quatuor, concionibus totius anni accommodatum, ab orbe condito ad nostra usque tempora. Ibidem anno 1619. et 1622. in 4.

Vitus sanctorum Principum. Ibidem.

Collationes ignear in festa Beatæ Virginis.

Conciones ad Dominicas, et festos dies totius anni. Ibidem 1616. in 4.

Domum sapientiæ, in qua de cognitione, natura, et præclestiatione Dei, nec non de sanctissima Trinitate, et sacra Scriptura, lingua Belgica agitur. Antuerpiæ an. 1613. et 1614. apud Martinum Huyssens in 8.

Paradisum deliciarum; ubi de Deo, et creaturis tractatur, eodem idiomate. Ibidem anno 1614. in 8.

Tubas mysticas in quinque partibus. Ibidem in 8.

Lilium inter spinas. Antuerpiæ apud Joachimum Trognesium an. 1631.

Fascinlum myrrhæ. Ibidem eodem anno.

Canlica Canticorum illustrata. Ibid. anno 1632. Obiit Bruxellæ anno 1634. die 13. Aprilis.

BALDUS celeberrimus Jurisconsultus, notissima Ubaldorum familia Perusii natus, vir acutissimi ingenii, Bartholani suum præceptorem subtilitate, et varietate doctrinæ superavit. Prius a patre medico celebri Dialecticæ, et Philosophiæ præceptis imbutus, mox Juri Civili iliscendo se totum addixit. Præcoci ingenio puer non ad optimam modo frugem, verum rarissimo nature dono ad senium pervenit. A Joanne Galeatio Duce Mediolanensi Papiam accersitus, compluribus annis illic publice professus est. Singulari amore exemplo sui Magistri Bartholi, cujus erga Ordinem Minorum benevolentiam, et beneficentiam alias explicui (*In Annal.* 1359. *n.* 7. *et* 8.), Minoritas prosecutus

scentus est, et ad vitæ extremum habitum suscepisse testantur Rodulphus, et Willotus. Joannes Fichardus in vitis celebrium Jurisconsultorum Franciscanum evasisse, sive inter sancti Francisci familiam adoptari voluisse, diserte enarrat, idque confirmant carmina marmori secundi sepulchri insculpta, quorum partem recenset Fichardus; sed integra Panziroli de claris legum interpretibus. Sepultus est in Templo sancti Francisci Ticinensi prope summum altare, quo e priori sepulchro translatus est an. 1519. incisa hac memoria lapidi ibidem posito:

Baldus editiorem locum sortitus hic, postquam octo, et decem supra centum annos obdormierat MD. XIX.

Carmina vero, quæ diximus sepulchro impressa, hæc sunt:

Vita, labor studii, diviui cultus amoris
Artes naturæ, legis fulgentia dicta,
Legalis normæ, pastorum cortice jura
Ornavit Baldi aurinum, qui pandit dogmata clara.
Qui quia nunc linquit mortalis pondera carnis,
Dulcia jam gustans authoris pascua summi.
Claditur hic Baldus, Francisci tegmine fultus.
Doctorum Princeps, Perusina conditus arce.
Mortuus est anno MCCCC. 28. *Aprilis.*

Eum inter Scriptores Minoritas enumerant Rodulphus, et Willotus, neque nos ab eorum numero judicavimus repellendam. His monumentis sibi posteros devovit.

Super Codice lib. 1.
Super ff. veteri lib. 24.
Super ff. novo lib. 12.
Super Infortiato lib. 14.
Super Institutis lib. 4.
De usu Feudorum lib. 1.
Super Autentica lib. 1.
Super 2. Decretalium lib. 1.
Additiones Speculi lib. 1.
Consilia multa lib. 1.

Insuper scripsit, *Commentarios super totum corpus Juris civilis.*

Item *Practicam*, Lugduni impressam.

Margaritam, seu *Repertorium.*

Item *Modum arguendi.*

Baldi lectare accuratissime editæ sunt cum annotationibus, novis Summariis, et Indice Venetiis an. 1572.

BALDUS de STRONCONIO, edidit

Conciones Adcentuales, et Quadragesimales.

BALTHAZAR BASSELIERS Antuerpiensis Reg. Observantiæ, provinciæ Germaniæ inferioris Definitor, edidit

Conciones morales super historiam Lazari Evangelici. Antuerpiæ apud Guilelmum Lesteens anno 1638.

BALTHAZAR a MYRIACA Belga, vir admirandæ in prædicando virtutis, ita ut *Prædicator Angelicus* apud omnes audiret, Clarissarum Lovaniensium annis quatuordecim confessiones excepit, magnumque ubique in populo fructum suis concionibus produxit. Scripsit

Sermones 85. *in Cantica*, mira varietate, et eloquentia refertos, iis, quos sanctus Bernardus in eadem dedit Cantica, aliquanto persimiles. Omnibus placent, et multis in Cœnobiis inter refciendum Fratribus, et Sororibus leguntur.

Sermones 60. *in eam Evangelii partem, quæ Christi narrat passionem, in septem partes divisos.*

Sermones aliquot in Psalmum 85.

Duos in Psalmum 45.

Commentarios in Missæ rubricas.

Obiit Lovanii anno 1573. die 14. Julii sepultus præ foribus aulæ litterariæ.

BALTHAZAR OLYMPIUS a Sentino, hodie *Saxoferrato*, Bartholi celeberrimi Jurisconsulti patria, insignis poeta vernaculus, edidit

Librum diversorum carminum; quæ varia data occasione decantavit.

BALTHAZAR PACHECUS Hispanus Ledesmæ natus, provinciæ sancti Michaelis alumnus, et Definitor, vir probatissimæ virtutis, vitæque insigniter exemplaris, edidit Hispanice

Tractatus, sive discursus quatuordecim in orationem Dominicam. Opus pium, doctisque viris probatum. Prodiit quater Salamanticæ an. 1546. 1585. 1596. et 1603.

In Symbolum Apostolorum. Ibidem anno 1603.

In secundum Decalogi præceptum librum unum, impressum Salamanticæ anno 1595. auctiorem vero an. 1600.

Sermones Dominicales a prima Dominica Adventus usque ad Dominicam Quinquagesimæ inclusive, prodierunt ibidem anno 1605.

Sermones de Sanctis. Ibidem eodem anno.

Speculum, seu *instructorium Sacerdotum*, editum Madriti ann. 1611.

Meditationes de divino Amore. Salamanticæ 1582.

BALTHAZAR de VICTORIA Hispanus Salamanticensis, provinciæ S. Jacobi, scripsit Hispanice

Theatrum Deorum gentilium, duobus tomis partitum. Primus prodiit Salamanticæ apud Antonium Ramirez anno 1620. Secundus ibidem apud Didacum de Cussio anno 1623. Vivebat anno 1630.

BAPTISTA FERNANDEZ Hispanus, provinciæ Burgensis Minister, scripsit Hispanice

Demonstrationes Catholicas, et fundamenta, quibus nititur veritas nostræ Christianæ religionis. Prodiit Jullobrigæ, vulgo *Logroño*, apud Matthiam Mares anno 1593.

BAPTISTA MONSFELTRIA, Pisauri Princeps, femina clarissima, a multis viris doctis digne commendata, post Galeatii Malatestæ sui mariti obitum Clarissis nomen dedit. Qualis fuerit, quanta effulserit doctrina, quibus titulis huic adscribatur Catalogo, ex alio percipiet Lector authore. Is est Jacobus Philippus Bergomensis Eremita Augustinianus, qui in libro, quem ad Beatricem Aragoniam Bohemiæ Regiam dedit de claris fœminis Christianis, ita de Baptista recenset:

« Baptista ejus nominis prima, natione Italica, « Galeatii Malatestæ, Pisauri, Flaminiæque urbis Prin« cipis, illustris uxor fuit, quæ et prædicta Mariæ « Puteolanæ (de qua scilicet autea locutus erat) tem« poribus eum esset eruditissima inter fœminas sui « sæculi, otiam singulari eloquentia plurimum insi« gnis, et clara effulsit. Hæc in primis cum Guido« nis Urbinatis Principis ingenua esset filia, nulli sui « ordinis extitit postponenda, et potissimum quidem « eximia pulchritudine, et morum omnium probitate, « quorum dignitate celeberrima inter alias evasit. Cui « plane non parvæ curæ, aut studii religio Christiana « erat, ineratque et ingenium prope divinum. Ejus « autem sermo cultus erat, et oratio admodum com« posita, sive vernacula lingua, sive Romana loqui « decerneret. Quæ cum eruditissima ab omnibus esset « existimata, audientes eam proloqui in admirationem « sui omnes facile convertebat. Nam et sua admira« bili eruditione, et doctrina ea anteire viros dicebat
« tur

« tur. Unde quamplurimæ ejus circumferebantur ora-
« tiones, tum Latinæ, tum etiam vernaculæ artificio-
« se, quas et ad Imperatorem Sigismundum, et multos
« Cardinales cum habuisse cum ingenti gratia fere-
« batur. Sed neque Philosophiæ omnino fuit ignara,
« quippe cujus multa extant argumenta ad refellendos
« eos, quibus in Philosophia cum ea fuisset disputa-
« tio, aut in divinis, cœlestibusque documentis. Unde
« pleraque edidit opuscula, utpote

« *De conditione fragilitatis humanæ*, lib. unum.
« *De vera religione*, lib. unum.
« *Plurimas* etiam ad diversos, *et doctas* scripsit
« *epistolas*, quæ cum elegantiam, tum puritatem ejus
« haud dubie declarant. Habuit insuper

« *Orationem ad Martinum V Pont. Max.* in qua
« sunum Pontificatum ab omnibus optatum mirifice
« laudat, et illius sacerdotii felicitatem ipsa sua ora-
« tione exquisitissimis laudibus prosequitur. Cujus
« tantus fuit orationis ornatus, talesque sententiæ, ut
« ab ipso Pontifice Martino magnificentissime fuerit
« laudata, et commendata. Multa præterea alia præ-
« clara mulier hæc scripsit monumenta, quæ et le-
« gentes, et audientes plurimum delectare videntur.
« Existimata insuper fuit memorabilis institiæ fœmina;
« sed et clementiæ, et pietatis, et in omnes beneficæ,
« et gratiosa adeo, ut et persæpe mutuis epistolis, ac
« aliis scriptis a doctissimis ejus temporis viris, et in
« primis a religiosissimo Presbytero Francisco Pe-
« trarcha, etiam plurimum salutaretur; cujus extat
« volumen, in quo ad cæpessenda honorum litterarum
« studia maxime illam adhortatur. Non est utique de-
« lectata hæc magnifica mulier Baptista sumptuosis,
« ac pretiosis vestimentis, ut quæ diceret, non in his
« positam esse mulierum dignitatem, aut decus ullum:
« sed unum potissime studium omne in comparandis
« libris continerat, et consuetudine mulierum sibi
« adscisceuda, quæ scilicet virtute præstarent, et
« omni morum honestate, in quo maxime positam om-
« nis mulebris sexus veram gloriam esse putabat.
« Mariti autem, Principatnu rectius, ac prudentius
« administrabat, quam maritus ipse, quibus ex rebus
« factum est, ut in summo honore semper ab omnibus
« fuerit habita, et a cunctis tamquam communis om-
« nium parens culta, et id tam ab alienis, quam a suis
« subditis. Unicam in toto ævo edidit filiam, nomine
« Elizabetham, quæ et pulchritudine, et ingenio ma-
« trem ipsam æquabat, quæ postea Camerinati Prin-
« cipi nupta fuit. Post viri autem sui obitum aliquot
« annos in viduitate vitam duxit orbibem, demum
« S. Claræ religioni dicata in eotu sacrarum Virgi-
« num, quod reliquum fuit ætatis, Urbino in Mona-
« sterio egit, ubi per labores maximos, quibus reli-
« gioni operam exactissime dedit, pro adipiscenda
« cœlestium vita, cum summa omnium benevolentia, et
« exemplo ex hac vita demigravit. Multis memorabi-
« libus documentis, et vitæ sanctitate, quæ ad recte,
« beateque vivendum Christianis omnibus documen-
« tum certum esse potuerunt, claruit. Quibus ex rebus
« merito hæc Baptista inter claras mulieres hoc in
« loco a nobis venit computanda ».

In eo errat Bergomensis, quod in Urbinate Mo-nasterio dicat reliquum suæ ætatis post susceptum institutum sanctæ Claræ transegisse, cum in Mona-sterio Fulginatensi sanctæ Luciæ habitum susceperit anno 1425. desinceps Hieronyma nuncupata, et diem obierit anno 1447. Dum principatum gereret, Mona-sterium Pisauri sacrarum virginum Clarissarum con-didit sub titulo Corporis Christi, et B. Felici Medæ solemnes celebravit exequias.

BAPTISTA SALVIS, sive de Salis, Ligur, provinciæ Januensis, scripsit

Summam casuum conscientiæ, quæ ab authore nomen sortita, *Baptistiniana* vulgo appellatur. Parisiis anno 1499.

Floruit Frederico III. et deinde Maximiliano filio, Imperatoribus; vivebat anno 1494.

BAPTISTA TROVAMALIS, alias *Noramala*, Italus Reg. Observ. scripsit

Summam casuum conscientiæ, quam vocant *Rosellam*. Venetiis apud Gregorium de Arrivabenis anno 1495. in 8. et 1498. in 4. Argentinæ anno 1516.

BAPTISTA VARANA Princeps Camertum in Piceno sub decimum ætatis annum ad Dei amorem vehementer accensa ignito eloquio Petri de Molfano sanctissimi Minoritæ, de quo uno loco inferius, ad eximium perfectionis statum miris modis pervenit. Christo familiariter sepius collocuta admirabiles ab eo didicit, et hausit doctrinas. Scripsit ad animarum piarum profectum

Recordationes, sive *Instructiones spirituales novem*, satis doctas, et utiles pro animabus dirigendis, et Deo uniendis. Eas scripsit, seu potius accuratius transcripsit anno 1491. quæ simul cum ejus vita prodierunt in Chronicis Bartholomæi Cimarelli 4. parte lib. 7.

Conversionem suam a sæculo ad Institutum Sanctæ Claræ primum in Monasterio Urbinate, deinde in Camerte, quam humiliter quidem, et prudenter enarrat.

De doloribus octo animæ Christi, pium tractatulum, quem complevit anno 1488.

Pias aliquot orationes.

Carmina pleraque Latina et vulgaria.

Epistolas spirituales ad devotas personas.

Obiit Camerini anno 1500. vel sequenti magna sanctitatis opinione.

BARNABAS N. Laicus, sive conversus Reg. Observ. provinciæ Angelorum, virtute et pietate commendabilis, prophetiæ dono insignis, miraculorum etiam patrator, edidit

Tractatum, quem inscripsit, *Via spiritus.*

Epistolas multas facundia, et devotione refertas.

Jacet in cœnobio Conceptionis Virginis de Bethlehem, diœcesis Cordubensis.

BARTHOLOMÆUS ALBISIUS, sive de *Albizis*, Pisanus, vir pius, et doctus, cui nostri Ordinis historici plurimum debent; multas enim, easque precipuas tabulas, et memorias collegit, ex quo potissimum illi suas deumpsernnt historias (*Vide Annal. Min. an.* 1499. *num. 8. et sequent.*). Scripsisse refert Petrus Rodriphius

Triginta ingentia volumina.

Opus conformitatum B. Virginis cum Christo.

Opus conformitatum sancti Francisci cum Christo.

Habetur ms. Urbini in Bibliotheca Ducali. Prodiit Mediolani per Zarietum Castilionensem an. 1513. in fol. et alibi sæpe.

De laudibus B. Virginis. Venet. apud Petrum Rutinellum an. 1596. in 4.

De laudibus sanctorum.

De verbis Domini.

Expositionem in Regulam S. Francisci.

Summam casuum conscientiæ.

Sermones Quadragesimales de contemptu mundi, sive *de triplici mundo*, scriptos an. 1397. impressos Me-

Mediolani per Uldericum Scinzenzeler an. 1488. in 4. quæ etiam edi curavit Venetiis Fr. Joannes Mapellus Mediolanensis anno 1503.

Sermones alios Quadragesimales, qui continent multarum quæstionum, et casuum conscientiæ resolutiones. Lngduni per Romanum Morin. anno 1519, in 8.

Porro opus *Conformitatum S. Francisci cum Christo*, cum præsentasset Capitulo generali Asisii celebrato an. 1399. et ab Henrico generali Ministro, cæterisque Patribus approbationem cum laude, et facultatem accepisset illud evulgandi, paulo post amanuensium cura evulgatum est, et postea sub typographiæ infantia prodiit Venetiis, et Mediolani an. 1510. Denuo recognitum, emendatum, et auctum, fuit recusum opera Jeremiæ Bucchi Minoritæ Bononiæ apud Alexandrum Benatium an. 1590. in fol.

Præcipuas autem materias, quas Bartholomæus prosecutus est in hoc opere (quæ quidem concionatoribus uberem dicendi præbent occasionem), sequentia capita indicabunt:

De singulis actibus vitæ Christi.
De singulis actibus vitæ sancti Francisci.
De decem signis competentibus Beato Francisco.
De Incarnatione Verbi.
De Epiphania Domini.
De virtute patientiæ.
De insidiis vitæ Christi factis.
Discursus de amatoribus hujus sæculi.
De diaboli tentatione.
De electione duodecim Apostolorum.
De laudibus Apostolorum.
De legibus Christicolis in Evangelio datis.
De bonis rebus, et malis, quæ in hoc mundo reperiuntur.
Discursus notabiles super his, quæ Christus docebat.
De locutione Christi.
De amore Christi ad genus humanum.
De miraculis Christi.
De Christi transfiguratione.
De divitiis, et earum affectibus.
De paupertate, et ejus affectu.
De gradibus humilitatis.
De lumine gloriæ.
De scientia Christi.
De his, quæ Christus prophetavit.
De nomine JESU.
De nuptiis.
De oratione.
De misericordia, et pietate.
De commendatione, et laudibus multorum.
De mysterio Crucis.
De Sacramentis veteris, ac novæ Legis.
De Christi morte.
De Limbo.
De Christi sepultura.
De Christi resurrectione.
De Christi ascensione.

BARTHOLOMÆUS ab APONA, provinciæ sancti Francisci alumnus, Magister in Theologia, qui a Conventualibus ad Observantes transiit, et sancti Bernardini socius extitit. Totam Italiam suis concionibus illustravit; totam fere Græciam, maxime Constantinopolim per duodecim annos continuos instruxit. Ejus potissimum opera Joannes Paleologus, et Joseph Patriarcha Constantinopolitanus ad Ecclesiam Romanam redierunt, et Concilio Florentino cum doctis viris adfuerunt; edidit

Summam casuum conscientiæ.
Interrogatorium pro Confessoribus.

BARTHOLOMÆUS BAPHIUS Luciniacensis, Etruscus, in Ticinensi Academia sacræ Theologiæ Professor insignis. Interfuit Concilio Tridentino, ubi habuit Orationem ad Patres Dominico secunda Adventus. Prodiit Brixiæ anno 1563. apud Ludovicum Sabiensem; edidit insuper

Orationes variæ Latinas, anno 1570.

Grandiori ætate transivit a Conventualibus ad Capuccinos.

BARTHOLOMÆUS BARTHOLOMÆI, scripsit
Commentaria in Logicam, anno 1581. in 4.

BARTHOLOMÆUS BRANDOLINUS, provinciæ sancti Antonii, Italice scripsit

Commentarios, sive, *Expositionem in Regulam sancti Francisci.* Prodiit Venetiis anno 1533. absque impressoris nomine; eam postea recudi curavit Florentiæ anno 1594. Franciscus Aretinus provinciæ Hetruscæ Minister, jussitque semel saltem in anno Fratribus legi ex suggesto.

BARTHOLOMÆUS de CARAVIAS Hispanus Concionator Salauanticensis, edidit

Sermonem unum de Conceptione beatæ Mariæ. Salamanticæ 1619.

BARTHOLOMÆUS CATANIUS Majoricensis, Regularis Observantiæ ea in Insula propagator, et author, de quo nos suo loco (*In Annal. an.* 1444. *num.* 58. *et* 71.) tractavimus, vir insigni pietate, et prudentia, magnam adeptus inter suos authoritatem, scripsit

Homilias, et sermones multiplices pro universis anni diebus, in quibus prædicari solet. Habentur magno codice ms. in Bibliotheca conuobii S. Mariæ Angelorum a JESU extra muros urbis Majoricensis, ab eo constructi.

Decessit magna sanctitatis opinione ibidem anno 1462. ubi corpus ejus conspicitur incorruptum, suavem emittens odorem.

BARTHOLOMÆUS a CASTELLO Italus Reg. Observ. edidit Librum satis pium, et utilem, quem incripsit

De unione animæ cum superemineuti lumine. Perrasii apud Hieronymum Cartolarum anno 1538. in 8.

BARTHOLOMÆUS de CHAYMIS Mediolanensis, vir sacrarum litterarum peritissimus, quem Sixtus IV. ad Ferdinandum Regem Hispaniarum Legatum misit (*Annal. Min. anno* 1496. *num.* 5.), scripsit

Interrogatorium, sive *Confessionale in quatuor partes divisum.* Incipit, *Cum ars artium.* Prodiit Venetiis anno 1486. Extat ms. in Bibliotheca Ducali Urbini. Decessit circa annum 1496.

BARTHOLOMÆUS a COLLE scripsit
Vitam S. Luchesii.

BARTHOLOMÆUS CIMARELLUS Italus, provinciæ Picenæ, Theologus, et Definitor, vir vere religiosus, magnique zeli erga sui Instituti decorem, cui ego magnam meorum studiorum partem debeo, quippe quamprimum audivit, me Annalium Minorum opus aggressum, in Urbem venit meum collaturus, opemque omnem, et subsidium, quod posset præstare, promisit; et quidem lustratis per aliquot Italiæ regiones præcipuis Ordinis Archivis, vel ad me duxit, vel misit plerasque monumenta. Ipse autem scripsit Italice

Chronicorum Ordinis partem quartam succedaneam tribus prioribus a Marco Ulyssiponensi compositis. Prodiit Venetiis apud Barezzum Barezzi anno 1621.

BAR-

BARTHOLOMÆUS a FABRIANO, Doctor in utroque jure fuit, priusquam habitum Minorum assumeret, inter quos summa vixit pietate; scripsit

Librum copiosissimum de vita Christi, Virginisque Deiparæ, qui *Pantamteron* inscribitur; pluraque alia *opuscula* spiritualia.

Floruit anno 1500.

BARTHOLOMÆUS GLAUVILLUS, quem perperam Willotus *Graunisium* cognominat, communiter a patria *Anglicus* nuncupatus, ex Comitum Suffolcensium familia, uti scribit Lelandus; quare nescio, unde Rodulphus eum Burgundum appellat. Ab ipsa adolescentia Minoritis nomen dedit, evasitque vir magni ingenii, nec minoris sedulitatis, et indnstriæ, Oxonii, Lutetiæ, Romæ partim Philosophicis, partim Theologicis studiis operam dedit, in qulbus Doctoratus lauream est consecutus; deinde utramque disciplinam iterato repetiit, et, ut ita dicam, denuo ruminavit, adhibitis optimis quibusque, et selectissimis tum naturalium, tum supernaturalium rerum interpretibus, et omnia ita penetravit, ut humanum ingenium in eo genere aliquid ulterius pertingere non potuisse videretur. Ex utrinsque scientiæ inter se collatione miras ostendit pervenire utilitates, docnitque, qua ratione Philosophicæ disciplinæ possint, ac debeant Theologicis ancillari, ut ad imitationem populi Israelitici quasi ex Ægyptiorum spoliis discamus ornare domum Dei, et Ecclesiam Christi. Nam per proprietates rerum naturalium subtiliter, et dilucide explicatas, et concinne applicatas incredibilem attnlit lucem ad intelligendas difficiles, et abstrusas divinorum oraculorum vel prophetias, vel allegorias, vel quascunque figuras, omuesque sacrae Scripturæ locutiones figuratas, longe quara ante eum quisquam, redditit clariores. Hnuo igitur in finem ingens plane volumen in lucem emisit, quod in se comprehendit succum, et medullam omnium pene probatissimorum Authorum, qui de illis materiis unquam scripserunt. Titulum operi praefixit

De Proprietatibus rerum libros undeviginti. Incipit, *Cum proprietates rerum*. Extat ms. Urbini in Bibliotheca Ducali, Oxonii in Collegio Balliolensi vol. 238. Cantabrigiæ in publica Bibliotheca, 107. Prodiit Argentorati anno 1488. Sed mens codex Nurimbergæ anno 1492. et alius Francoforti apud Wolfangum Rnthenum anno 1601. in 8.

Allegoriæ simul, et tropologiæ in utrumque Testamentum, exonse Parisiis anno 1574. Dnbitat Pitseus, an sit idem opus cum præcedenti; sed vere est distinctum.

Liber de proprietatibus Apum. Librum hunc unum esse ex novendecim, ait Pitseus; sed non est. De Apibus duo tantum habeutur capitula in universo opere, videlicet caput quartum lib. 12. et caput 12. lib. 18. Est itaque opus distinctum. Habetur ms. Oxonii in collegio Lincolniensi.

De rerum accidentibus, idest *de numeris, mensuris, ponderibus, et sonis*. Liber hic solet novendecim prædictis adjici vicesimus, ait Pitseus; sed est decimus nonus, et ultimus totius operis. Incipit, *Descriptis proprietatibus*.

Postillas sacræ Scripturæ, lib. 1.

Sermonum lib. 1.

Historiarum de Sanctis lib. 1.

De mundo, et cælestibus lib. 1.

Contra Laurentium Vallam lib. 1. ms. Oxonii in collegio Balliol. ubi etiam habetur ms. Apologia Vallæ ad Bartholomæum.

Practicum Juris lib. 1. ms. Oxonii in publ. et in collegio Balliolen.

Claruit anno 1360.

BARTHOLOMÆUS GRAUNEYSE Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, Glaunvillo coævus, scripsit

Decora Franciscanæ Religionis adversus dedecora exprobantium sibi hostium. Argentinæ expensis Petri Beneventi anno 1538.

BARTHOLOMÆUS GUERRERO Hispanus Reg. Observ. provinciæ sancti Michaelis, sacræ Theologiæ Lector in conventu Phacentino, scripsit

De Controversia immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ. Prodiit Madriti apud Didacum Flamencum anno 1620.

BARTHOLOMÆUS de la HAYE Capuccinus, provinciæ Parisiensis, edidit

Opus perfectum Concionatorum, Parisiis an. 1648. in fol.

BARTHOLOMÆUS MASTRIUS Italus, Meldnensis, provinciæ Bononiensis Minister, et Bonaventura Bellutus Siculus Catanensis, Siciliæ provinciæ itidem Minister, Conventuales, sac. Theologiæ Doctores et Magistri, et in Gymnasio Patavino olim Regentes, in Scoti doctrina diligenter exculti, communicata invicem alterna opera, fidelique animorum consensu sub utrinsque nomine ediderunt

Commentaria in Logicam.

In octo libros Physicorum.

In libros de generatione et corruptione.

In libros de anima.

In libros de cœlo et meteoris.

At Mastrii solius opera prodierunt, duo tomi in Metaphysicam. Omnia hæc partim prima, partim secunda impressione excusa sunt in variis annis Venet. apud Marcum Ginammum.

BARTHOLOMÆUS METHUNA Methensis, provinciæ sancti Antonii, reliquit

Libellum de vita beatæ Virginis, lingua Etrusca.

Alterum de Christi humanitate.

Tertium in gratiam impuberum, qui trivialibus scholis erudiuntur.

BARTHOLOMÆUS a MIDDELBURGO Zelandus, anno 1485. natus, ab initio usque ad annum ætatis trigesimum mercaturam exercuit, a qua meliori consilio se subduceus, Lovanium ad optimarum artium mercaturam concessit. Liberalium artium magisterium adeptus, haud multo post Amsterodami Minorum subivit Institutum. Post studia sacræ Theologiæ Lovanii decursa sacris concionibus totus intentus, ab hoc ministerio usque ad mortem nunquam cessavit. Multis in locis, præsertim Bruxellis, Lovanii, Amsterodami, Ultrajecti magno omnium applausu, et cumulatissimo animarum fructu annis quadraginta, tametsi utroque latere hernionsa, præclicavit. Primus erat semper, et ultimus in choro, omnique cœnobii publico ministerio. Lecto, culcitra, cervicalibus nunquam indormivit, sed operiens caput suo pallio ad lectum geniculabat totus immersus divinis meditationibus. Brevi somno post matutinas preces recreato corpusculo, mane usque ad horam qnartam excipiendis confessionibns vacabat, reliquum tempus orationi, parandisque concionibus tribuebat. Raro foras prodibat, nisi ratio charitatis urgebat, et quam citissime redibat, ut idem qui exierat regrederetur. Non frequentabat convivia; non amicis, et salutationibus, non fabulis intendebat, nihil dignum reperiens, quod cum fugacissimo tempore commutaret, cujus nnius honestissima ava-

avaritia est. Norma ejus vitæ virtutum erat exemplar. Anno 1564. et ætatis septuagesimo nono feria tertia Paschæ ultimam habuit Ultrajecti concionem, sub cujus finem graviter exhortatus est auditores, uti perdurarent in fide Catholica, et religione, sine qua nemini præsumenda salus, instare periculosa tempora, Catholicorum persecutiones, Sacerdotum maxime, et Religiosorum, templa evertenda, altaria destruendu, et quæ Geusiorum motibus visa, atque audita sunt gemitibus deploranda sunt, se posthac non conscensurum suggestum, nec visum iri. Hæc, et alia suæ mortis præscius post paucos dies subsecutæ, palam prædixit. De suggestu descendens mox decubuit, ubi totus in precibus, et devotione, viso etiam Christo a Judæis flagellato, placido obdormivit in Domino. Post menses tres effossum ejus corpus opera Henrici Bommel Consilii provinciæ Ultrajectensis Graphiarii, intimi ejusdem amici, inventum est integrum et incorruptum, suavissimum adhuc odorem, oriqne imposita rubens pulcherrima rosa, quam ille, ceu pretiosissimam gemmulam in tanti viri memoriam adservavit: digniore sepulchro opere forulcario camerato reverenter repositus est. Scripsit

Concionum suarum tomos tres, de tempore, et Sanctis, quorum primus ejus manu exaratus diligenter asservatur

Petrus Trudenus a S. Trudone, ejus Guardianus posteriori tumulo hoc affixit epitaphium:

PIENTISSIMVS PATER
BARTHOLOMAEVS A MIDDELBVRGO
ANNO DOMINI MDLXIV. DIE II. MENSIS APRILIS
VITAM COMMVTAVIT IN MORTEM,
ET OBDORMIVIT IN DOMINO.
VIXIT ANNOS SEPTVAGINTA NOVEM
MENSES SEPTEM, DIES OCTODECIM.
FVIT VIR ADMIRABILIS ZELI, AVSTERITATIS.
SOBRIETATIS, ET ABSTINENTIAE,
MVLTIS ANNIS, VARIIS IN LOCIS CVM LAVDE
GVARDIANVS, ET VICARIVS.
SERMO EIVS VT FACVLA ARDEBAT.
QVADRAGINTA CONTINVIS ANNIS FIDELEM,
STRENVVM, ATQVE INVICTVM CATHOLICAE
ECCLESIAE MINISTRVM ET VERBI DEI ORTHODOXVM
PRAECONEM EGIT AD VITAE SVAE FINEM VSQVE.
NAM OCTAVO DIE
POST VLTIMAM CONCIONEM SVAM, QVAM HABVIT
FERIA III. PASCHAE, IN HOC NOSTRO VLTRAIECTENSI
CONVENTV IN PACE CHRISTI REQVIEVIT.

BARTHOLOMÆUS, seu *Ptolemæus de Ptolemæis*, Senensis, scripsit

Vitam S. Luchesii.

BARTHOLOMÆUS a SALUTHIO, sive e Marchionatu Saluziano, provinciæ Romanæ, prius in Cœnobio Arrecellitano sacræ Theologiæ Lector, deinde vitæ reformandæ, et pietati sectandæ totus intentus transivit ad Strictioris Observantiæ professores, inter quos primum in Gallia, mox in Italia miros fecit in virtute progressus, præsertim in populo eruliendo, et ad meliora provocando. Incredibile est quales, et quantos fecit per universam Italiam discursus, ubique prædicando, et ad peccatorum expiationem, ac sacræ Synaxis communionem fructu omnulatissime adhortans. Integros sæpe dies, et noctes protrahebat in oratione, ac rerum cœlestium meditatione, frequenter extra se raptus, sacris cantibus fatnra mala prædicens, atque ad pœnitentiam invitans, vixit multis annis in Urbe ad sancti Petri Montis aurei in tugurioli prope Cœnobium, ubi multos scripsit Italicos tractatulos, breves, plos, et pietatem sectantibus apprime utiles, qui in duo volumina collectis lta inscribuntur.

Primo volumine isti continentur:

Lux, sive *Speculum animæ*. Prodiit seorsim Romæ anno 1614.
Hortulus orationis.
Testamentum animæ.
Paradisus contemplationis.
Inventiones amoris: Para prima, et secunda.
Schola divini amoris.
Amorosus discipulus.
Vir scrupulosus.
Epistolæ spirituales.
Alphabetum divini amoris.

Secundo volumine:

Septem tubæ spirituales.
Confortatio peccatoris.
Cor animæ.
Salutationes devotæ ad Christum infantulum, et Mariam Genitricem.
Amator Jesu Christi.
Porta salutis.
Vita animæ.
Pratulum divini amoris.
Musa spiritualis.

Prodierunt hi duo tomi Venetiis apud Marcum Ginammam anno 1639. in 4, cum prius omnia hæc opuscula variis locis, et annis seorsim prodiissent. Cæterum opusculum *Lucis animæ*, in varias linguas translatum est, illudque ex Gallico in Latinum transtulit Dionysius Dulkenius Carthusianus.

BARTHOLOMÆUS de VECCHIS Bononiensis provinciæ, Capuccinus, scripsit

Praxim Noviliorum, sive *pro admittendis ad Religionem Noviliis*. Forolivii apud Saporatium an. 1627. in 4.

BARTHOLOMÆUS ab Urbeveteri, Reg. Observ. provinciæ Romanæ. Vide verbo *Angelus Falea.*

BARTHOLOMÆUS URSINUS, sive de filiis Ursi, primaria familia Romana, sive, quod alias (*Annal. Min.* 1463. *num.* 120.) indicavi, Principum de Nola, satus, edidit

Quadragesimale, quod vocant *Gratiam Dei*, et Franciscus Gonzaga perutile concionatoribus esse testatur. Illud scripsit Nolæ anno 1473. dedicavitque Fr. Gaspari a Pergula provinciæ Marchiæ, quem summopere commendat a virtute, religionis observantia, et doctrina; incipit, *Dicit Dominus vineæ procuratori.* Vidi in Bibliotheca nostra Nolana impressum magno volumine, nulla facta mentione impressoris, aut loci, ubi impressum est. Conjicio ex characteribus, et impressionis modo, Neapoli fuisse impressum per Sixtum Riessogerum Germanum, tunc illius loci Typographum.

Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.

Floruit sub annum 1480.

BARTHOLOMÆUS de la XARA, sive Hara, provinciæ Baticæ, edidit

Expositionem casuum reservatorum. Hispali 1642. in 8.

BARTHOLOMÆUS de YANO sacræ Theologiæ Magister, postquam e Conventualibus ad Observantes transivit, universam Italiam suis doctis, plisque concionibus illustravit, demum ab Eugenio Quarto missus

missus est simul cum Alberto Sartianensi ad Græcos, quos ad Concilium Florentinum perduxit, (*Vide Annal. anno* 1435, *num.* 10), scripsit

Summam casuum conscientiæ, seu interrogatorium Confessorum, non parvi voluminis.

BASILIUS LUGDUNENSIS Capucinus, Sacerdos plissimus, animarum lucrandarum zelosissimus, edidit Gallico-Latinum

Diarium veri Christiani. Lugduni 1517. apud Ludovicum Magnet, quod processu temporis auctum decies, et amplius fuit recusum apud varios Bibliopolas, tacito ipsius nomine. Edidit etiam

Praxim veri servi Dei, præclara ad bene, et Christiane vivendum documenta suppeditantem. Ibidem 1620.

Item *Preces, et humilem ad Deum, et Sanctos recursum tempore pestis grassantis*. Ibid.

Obiit plenus dierum, et meritorum Gratianopoli.

BASILIUS POLINIACENSIS Tertii Ord. scripsit

In Metaphysicam, seu *de Ente universalissimo secundum Raymundum Lullum*.

Commentaria in artem Raymundi Lulli.

Obiit Parisiis 28. Maji 1645.

BENEDICTUS BENCOVIC Dalmata, Reg. Observ. provinciæ Dalmatiæ sacræ Theologiæ Professor, edidit

Opera Logicalia Scoti, adjectis notis. Ticini anno 1520.

BENEDICTUS CELLENUS Conventualis, Italus, scripsit

De prærogativis, magnitudine, et excellentia magni Conventus Assisiatis. Perusiæ 1611. in 8.

BENEDICTUS CINQUANTA Mediolanensis, olim suæ provinciæ Minister, edidit

Repræsentationem Resurrectionis Christi an. 1617.

Epitomen divitum 1620.

Speculum Prælatorum.

Conversionem Mariæ Magdalenæ.

Sermones quadraginta Horarum. Mediolani 1632.

BENEDICTUS FIDELIS Siculus, edidit

Theoremata Moralia de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. Panormi 1644. et 1646.

BENEDICTUS FILCHIUS e Causfeldo, provinciæ Essexianæ in Anglia urbe, Puritanorum usque ad ætatis annum vigesimum quartum sectator, a Deo illuminatus fidem Catholicam, et Institutum Capucinorum amplexus est; suæ conversionis exordia ipse explicavit, scripto

Soliloquio pio, et gravi, quod, etsi diffusius, Zacharias Boverius tom. 2. suorum Annalium ad annum 1610. exscripsit. Scripsit

Tractatum de voluntate Dei. Parisiis in 16. an. 1648. impressum.

Librum spiritualem, cui titulus *Eques Christianus*, et alterum inscriptum *Regula perfectionis*, edidit Parisiis apud Carolum Castellanum anno 1609.

Obiit Parisiis anno 1610.

BENEDICTUS LUGDUNENSIS Tertii Ordinis, edidit

Reflexiones super Regulam Tertii Ordinis. Lugduni 1646.

BENEDICTUS de PASSAFLUMINE Siculus, Cephaleditanus, sacræ Theologiæ Professor, pro sancta Inquisitione per universam Siciliam librorum censor, Conventus S. Nicolai Cephaledi Guardianus, edidit

Descriptionem de Origine Ecclesiæ, et diœcesis Cephaleditanæ. Venetiis apud Bertanos anno 1645. in 4. Obiit hoc anno 1646.

BENEDICTUS SANBENEDICTUS Mediolanensis, Capuccinus, vertit ex Latino idiomate in Italicum

Annales Capuccinorum Zachariæ, Salutiensis, edidituque Taurini anno 1641. in 4. Plerique viri eordati ex ipsis Patribus Capuccinis cuperent, nulla in his Annalibus in utraquo editione tam Latina, quam Italica consultius omissa.

BENEDICTUS SANGALLUS Bergomas, scripsit

Sermones Dominicales per anni circulum refertos innumeris Philosophorum monumentis, quos apud fratrem Joannem Mapellos se Bononiæ vidisse mss. testatur Rodulphus

Summam peccatorum. Parisiis anno 1595.

BENEDICTUS SCHOFFER Germanus Osterichensis, provinciæ Coloniæ, compendium controversiarum a Bernardino Votuvis Latine compositum transtulit in Germanicum, nominavitque

Stellam fidei. Coloniæ apud Hæredes Joannis Crytii anno 1642.

BENIAMINUS BEAUPORT, idest *Pulchri portus*, Reg. Observ. edidit Gallice

Harmoniam, et consensum Evangelicum. Parisiis apud Gabrielem Bonum anno 1650.

Monotessaron Evangeliorum. Ibid. apud Viduam Mauritii a Porta an. 1561.

Vivebat eodem anno.

BENTIVENGA de BENTIVENGIS Aquasspartanus Umber, Confessarius, sacellanus, ut familiaris Joannis Cajetani Ursini Cardinalis (qui postea summus Pontifex Nicolaus Tertius) anno 1276. factus est Episcopus Tudertinus, deinde ab eodem Nicolao creatus Card. 1278. Episcopus Albanus et major Pœnitentiarius, scripsit

Veritatis Theologicæ volumen.

Sermones plures ad populum habitos.

Obiit Tuderti anno 1289. sepultus apud Minores in templo divi Fortunati, cui libros omnes, et suppellectilem legavit argenteam. Do hoc illustri viro nos variis in locis egimus Tom. 2. Annal. Sancti Thomæ Aquinatis auditorem, et discipulum faciunt Eysengrenius, et Possevinus; et quidem illo virum vocat suæ ætatis facile omnium eloquentissimum, ac celeberrimum, et Theologum sacrarum legum exercitatissimum.

BERNARDINUS AMICUS Italus, Gallipolitanus, olim Præfectus sanctissimo Sepulchro in urbe sancta Jerosolymorum, curavit typis æneis exprimi

Omnia loca sacra, in quibus Christus quæcunque mysteria nostræ redemptionis operatus est, adhibitis omnium figuris, mensuris, prospectivis, et formis ædificiorum; additis etiam necessariis declarationibus, et historiis. Prodit primum opus Romæ magnis formis, et figuris, denuo Florentiæ anno 1620. dedicatum Cosmo II. magno Etruriæ Duci.

BERNARDINUS AQUILANUS a Fossa, Aprutii oppido, quem Possevinus Bernardum perperam appellat, juris utriusque peritus, et in Scripturis sacris non mediocriter versatus, Apostolicus Conclonator, et in curia Romana Procurator Ordinis, de quo nos diffusius Tomo 8. Annalium, scripsit Latine

De canobiis, et viris piis provinciæ S. Bernardini brevem historiam.

Quodlibetum scholasticum.

Quadragesimale.

Funerale, editum Venetiis an. 1572. apud Dominicum Nicolinum, cura Antonii Amicii ejus ex fratre nepotis.

Cen-

Centuriones in memoriam passionis Christi.

Peregrinum. Sub quo titulo disserit de iis, quæ Christus fecit, et dixit sub specie peregrini, quando suis discipulis cuntibus in Emaus apparuit.

Sermonum aliquot libros inchoatos; ex quibus extractus est

Tractatus de nubere volentium doctrina, qui habetur Tom. 9. tractatuum juris. Scripsit Italice

Vitam sancti Bernardini Senensis.

Vitam B. Philippi Aquilani.

Admonitiones vitæ spiritualis anno 1491. compositas, Venetiis editas anno 1572. per Jacobum Vitalem.

Pleraque ejus opera habentur manuscrip. in Bibliotheca cuchobii S. Angeli intra Fossam, et Ocram.

Obiit anno 1503. in cœnobio sancti Juliani prope urbem Aquilanam anno ætatis 83. translatus anno 1515. ad prædictum cœnobium S. Angeli, ibi magna colitur veneratione subtus altare præcipuum.

BERNARDINUS de AREVALO, diœcesis Abulensis oppido insigni, Reg. Observ. provinciæ Conceptionis, tertium electus Minister, vir pius, et doctus, qui bis ad asperrima montana Asturiana, hominibus ferme inaccessa, quo nullus alius penetraverat concionator, profectus, feros, et silvestres incolas mansuefecit, et salutis viam edocuit: continuus in oratione, et studiis scripsit

Tractatum de correctione fraterna, eruditum quidem, et SS. PP. Doctorumque sententia refertum. Prodiit Methymnæ Campi typis Francisci Canti anno 1557.

De perfecto gradu pauperlatis Minorum, tractatum, seu *Decisiones dubiorum octodecim circa statum Fratrum Minorum*, quæ habeutur in Enchiridio Fratrum Minorum impresso Hispali anno 1535.

Obiit Vallisoleti anno 1553. Jacobus Gratianus Carolo V. a secretis, in ejus obitu luxit, et unico hoc posuit Epitaphium:

Hic situs es decus, et Francisci gloria cœtus?
Cuique mori lucrum, vivere CHRISTUS erat.
Te nec, sacer vates, mors importuna peremit?
Sæcula multa senex vivere dignus obis?

Aliud:

Quid BERNARDINUM terris lugemus ademptum?
Non obiit, cujus nomen, honosque manet.
Parte sua est etenim multo meliore superstes,
Fama viget terris, spiritus astra petit.

BERNARDINO DE AREVALO
SODALI FRANCISCANO, THEOLOGO,
ET CONCIONATORI CLARISS.
OB EXIMIAM SANCTITATEM
CÆTERASQVE ANIMI DOTES
OMNIBVS CARO, VIRO INCOMPARABILI,
IAC. GRATIANVS MOESTVS P. C.

BERNARDINUS ASTENSIS Insuber (quem Possevinus uno loco Benedictum vocat, et altero Bernardum Ligurem, uti et Willotus), vir doctus, et pius, qui postquam officia lectionis Theologiæ, Ministri provinciæ Romanæ, et Procuratoris generalis Ordinis Regularis Observ. summa cum laude subierat, strictioris vitæ cupidus anno 1534. transivit ad Capuccinos, a quibus communi omnium consensu anno sequenti electus est bis, repetitis scilicet coram Cardinale Fanensi ob quasdam causas suffragiis, Minister generalis. Ejus virtuti, prudentiæ, vitæ sanctimoniæ, impigro, et constanti animi studio tribuit illius Instituti Annalista Zacharias Bovorius (*Annal. Capuccin. an. 1534. num. 8. et seqq.*), ut per octo annorum spatium, quo Congregationem moderatus est, ad eum statum mutabunda tunc religio pervenerit, quo præstantior nullus expeti posset: diffuse ejus vitam, et acta idem author prosequitur; scripsit autem

Librum spiritualium Orationum, Italice.

Epistolam ad universos Congregationis Capuccinorum Fratres, qua illis præcipua Ordinis fundamenta commendat. Habetur in Annalibus prædicti Instituti ad annum 1548.

Judicium de Minoritani pallii usu. Ibidem ad annum 1550. num. 4.

Romæ moritur anno 1554.

BERNARDINUS a BALBANO, Lucaniæ oppido, e familia Capuccinorum, cum velut novus Apostolus multas Apuliæ, Calabriæ, ac Salentinorum urbes prædicando percurreret, et hæreticorum sectam Alectii apud Salentinos exortam, non sine vitæ periculo anno 1553. extinxisset; nonnulla scripsit pia opuscula:

Methodum orandi.

Meditationes de vita Christi.

Mysterium flagellationis Jesu Christi, in formam meditationum redactum pro singulis hebdomadæ diebus, quod Gallice versum prodiit Parisiis anno 1601. apud Robertum le Fizelier.

De novem effusionibus Sanguinis Christi.

De septem regulis bene vivendi; et alia.

Obiit Consentiæ anno 1558.

BERNARDINUS BONAVOGLIA, edidit

Quintuplices Quadragesimales inventiones. Romæ 1606.

BERNARDINUS a BUSTO, sive de Bustis (sunt enim hujus nominis oppida in Statu Mediolanensi, unum quod appellant majus, alterum minus, et contentio inter utrumque de hujus hominis natalitiis) etsi Marianus insignet patria fuisse Mediolanensem, ex familia tamen illic notissima Bustorum. Fuit vir doctus in litteris humanioribus, in Theologia, Philosophia, Juris prudentia, et versatissimus in sacra Scriptura. Magistrum habuit Fratrem Michaelem de Carcano celeberrimum per universam Italiam concionatorem, cui tandem non absimilis discipulus apparuit. In regesto Ordinis, quo solent signari prædicatores celebriores a Superiore Generali ad præcipuas urbes Italiæ, petentibus civibus, aut viris Principibus, destinati, singulis ferme annis, a quo cœpit Bernardinus florere, invenio ejus ad maximas quasque civitates designati memoriam. Scripsit

Rosarium sermonum per Quadragesimam, ac in omnibus diebus tam Dominicis, quam festis per annum, nec non de quaquaque materia prædicabili, duobus tomis distinctum. Lugduni 1507. et secundo per Jacobum Junctam anno 1525. in 4. et Brixiæ an. 1588.

Mariale, seu *Sermones de Beatissima Virgine Maria, ac de ejus excellentiis, non modo per singulas ejus festivitates, sed et per omnia anni Sabbata ad concionandum accommodatos.* Mediolani per Leonardum Prel. anno 1491. in 4. Nunc tertius hic est operum tomus, qui simul cum reliquis duobus prodiit Brixiæ anno 1588. apud Petrum Mariam Marchettum. Elegantes, atque doctissimos hos sermones affirmat Eysengrenius; plenos pietatis, et bonarum rerum Possevinus.

Officium de Conceptione B. Virginis compilavit; quod

quod Sixtus Quartus anno 1480. speciali diplomate probavit, ejusque mentionem non semel facit author in Mariali.

Officium insuper *nominis Jesu*, egitque apud Innocentium Octavum, ut sanctissimum nomen, quod paulo ante magno ardore, et veneratione, sermonibus, et persuasione sancti Bernardini Senensis, ejusque discipulorum coli coeperat, die peculiari, scilicet die proximo idibus Januarii, et ritu solenni celebraretur. Hoc ipsum est Officium, quibusdam mutatis, quod Minores die 14. Januarii solent recitare. Ipsum habeo codicem ms. quem Innocentio præmissis carminibus præsentaverat, inter quæ de utroque Officio tam Conceptionis, tam isto de Nomine Jesu hæc habet:

Quæ precor, ut quondam Sixtus memorabilis æro,
Qui tibi profuerat, sanctificavit opus.
Quod de candenti concepta Virginis almæ
Edideram, hoc pariter tu stabilire velis.

Pro defensione Montium Pietatis, tractatus duos; ad Bernardinum de Carvajalo tituli sanctæ Crucis in Jerusalem Cardinalem, Alexandri Sexti in Lombardia a latere Legatum. Scripti sunt ab authore Mediolani anno 1497. et impressi ibidem per Joannem Rymmam de Oringau anno 1503. in fol.

Floruit sub annum 1500.

BERNARDINUS de CAIMIS Mediolanen. scripsit

Conciones Quadragesimales, et per annum. Extant mss. in Biblioth. Nuntiatæ Varisii.

BERNARDINUS de CARDENAS Indus, patre Hispano natus in urbe Chuquiabo regni Peruani, Episcopus Paraguarannæ, Visitator aliquarum provinciarum illius regionis. Ex commissione Concilii provincialis edidit

Manuale Judicum.

Historiam Indianam, et Indigenarum.

BERNARDINUS e CORVERA Hispanus Reg. Observ. Guardianus Cœnobii Montis Calvarii apud Ossunam provinciæ Bæticæ, scripsit Hispanice

Speculum perfectionis, et exercitia virtutum pro Sanctimonialibus. Hispali apud Nicolaum Rodriguez anno 1647. in 8.

BERNARDINUS LAVINETHA Gallus, doctrinæ Rayundi Lulli totus intentus, scripsit

Epitomen, seu *compendium facile artis Lullianæ.*

BERNARDINUS de LAREDO Laicus, ex provincia Angelorum, prius in sæculo Doctor Medicinæ, virpius, scripsit

Ascensum Montis Sion. Hispali 1533. in 8. Valentiæ 1590. Compluti 1617. in 4.

Regulas de oratione, et meditatione.

Modum faciendi in medicina. Compluti 1617.

BERNARDINUS N. FLORENTINUS (*Chron. Min. t. 3. lib. 9. cap. 43.*), sacræ Theologiæ Doctor, celeberrimo concionator, varia insignitus eruditione, scripsit ad Franciscum Cardinalem sancti Sixti, postea Sixtum IV. uti habet Poccianthus.

Dialogum de laudibus castitatis, et virginitatis. Incipit præfatio, *Cum sæpe mecum Reverendissime Domine*, et asservatur in Bibliotheca Minorum sanctæ Crucis Florentiæ.

Obiisse ait idem Poccianthus an. 1408. Sed error est in notis, adhuc enim illo anno Francisens non erat Cardinalis, qui nonnisi anno 1464. a Paulo Secundo ad hanc dignitatem assumptus est; scribendus est itaque annus 1480. uti et scripsit Possevinus.

BERNARDINUS OBICINUS ab Orta Novariensis diœcesis, provinciæ Brixiensis Reg. Observ. Minister, vir in scribendo disertus, et in regendo prudens, scripsit Italice

Tractatum de quatuor novissimis, de Assumptione, et Nativitate B. Virginis. Bergomi apud Comınum Ventrum anno 1605.

Coronam Beatæ Virginis Mariæ, cum diversis meditationibus, et exercitiis spiritualibus. Mediolani 1612.

Regnum Christianum, in quo plerique continentur tractatus fructuosissimi. Brixiæ 1610.

Ædificationem spiritualem. Mediolani 1611.

Seraphicas devotiones extractas ex Thesauro Ordinis sancti Francisci. Brixiæ anno 1619.

Speculum Confessionis. Bergomi anno 1604.

Evangelium Jesu Christi, scilicet homilias super Evangelia per totam Quadragesimam in duas partes divisas. Brixiæ per Joannem Baptistum Bozzolam anno 1616.

Discursus morales super Evangelia Dominicarum totius anni, in duas partes divisos. Mediolani, et Brixiæ per eundem anno 1612.

Sermones breves pro singulis diebus totius Quadragesimæ. Brixiæ 1618.

Paradisum gloriæ Sanctorum, sive *Sermones pro diebus festivis Sanctorum totius anni, pro communi Sanctorum, in duas partes divisos.* Brixiæ an. 1626.

Oracula cœlestia, sive *lectiones morales super septem Psalmos.*

Dictionarium divini eloquii ex sententiis sanctorum Patrum, pars prima, et secunda.

BERNARDINUS PEREZ e Meca Strict. Observ. provinciæ sancti Joannis Baptistæ, Commissarius Jerosolymitanus in Repub. Genuensi, edidit

Exercitia conformitatis, et unionis cum Deo, mediantibus Maria, et Josepho, per quæ perveniri possit ad mortificationem passionum, assecutionem virtutum, et moderamen actionum; addito facili modo meditandi etiam inter externas occupationes. Genuæ per Petrum Joan. Calenzanum anno 1636. in 16.

BERNARDINUS RHEGINUS, cognomento *Georgius Calaber*, Reg. Observ. primum Brixiæ sub Francisco Licheto, deinde Parisiis Theologiæ operam dedit: Græcas litteras tam brevi tempore, tamque perfecte didicit, ut Græcus ortu videretur. In Scoti doctrina egregie versatus, scripsit

Commentarios in librum primum scripti Oxoniensis, ullasque elucubrationes, quæ temporum injuria periernnt. Profectus ad Patres Cappucinos anno 1532. inter eos vixit annos ferme quatuor. Obiit in patria anno 1536. ætatis sexagesimo nono, cum per sesquiannum Vicarii Provincialis Calabriæ munere esset perfunctus.

BERNARDINUS SAHAGUNTINUS Hispanus Reg. Observ. ad Indias Occidentales Imperii Mexicani profectus, totum se impendit addiscendis linguis illius regionis, ut facilius posset populum illum valtissimum docere, et instruere. Eas tandem ita perfecte calluit, ut erectis scholis, et Academiis plurimos eruditerit ad fidem capessandam, alitsque tradendam: multos insuper libros indicis linguis scripsit, qui prædicatoribus, et gentis hujus magistris magno semper fuerunt adjutorio, videlicet

Artem, seu *Grammaticam linguæ Mexicanæ addiscendæ.*

Dictionarium copiosissimum, quod aliqui trito vocabulo *Calepinum* vocabant, *duodecim magnis voluminibus distinctum*, in quo formas omnes, varia genera

nera linguarum Mexicani Imperii, proprietates, em. phasin, et accentum verborum omnium dilucide examinavit, ita ut doctum, et vulgare idioma apposuerit, et formulas omnes loquendi, quibus illius regionis homines utuntur sive in religionis cultu, sive in rerum commercio, sive in familiari conversatione.

Vocabularium trilingue, Latini scilicet *idiomatis, Hispanici, et Mexicani.*

Psalmodiam, varios scilicet *cantus, et carmina spiritualia, de Christi Domini, Mariæ Matris, aliorumque Sanctorum gestis, quibus Indi in suis choreis, nuptiis, hymenæis, et jocis uterentur, et profanis vocibus, insaniaque Deorum inanium ritibus desuescerent.*

Sermones varios, pro totius anni curriculo, quosdam breviores, alios copiosiores juxta argumenti, et festorum differentiam.

Postillam super omnia Evangelia Dominicalia.

Vitam sancti Bernardini Senensis ex Chronicis Franciscanis in Mexicanum linguam transtulit, ita rogantibus Indis Xuchimilcanis, qui Diuum hunc tanquam patronum venerantur, et Ecclesiæ suæ colunt titularem.

Plerosque insuper alios tractatus, qui temporum injuria exciderunt. Vivebat anno 1580.

BERNARDINUS SENENSIS, ita a patre Senensi, et longo incolatu apud Senas vocatus, sed in civitate Massana (*Annal. Min. ann.* 1280. *n.* 2.) in Etruria natus, vir sanctissimus, et doctissimus, cui familia Regularis Observ. si non exordium, saltem incrementum debet, et stabilitatem. Ejus vitam, et gesta nos latissime prosequimur tom. 4. et 5. Annal. In sacra Theologia, et utriusque Juris prudentia non vulgariter versatus, multa doctissimo scripsit, quorum catalogum subtexo:

In Apocalypsim, lib. 1. *Beatus qui legit. etc.*
De Evangelio æterno, lib. 1.
De Christiana religione, lib. 1.
De Conceptione Beatiss. Virg. lib. 1.

De quo vide Bernardinum a Bustis in Mariali ser. 4. p. 3.

De Passione Domini, lib. 1.
Sermones contra Judæos.
Sermones de tempore, lib. 1.
De virtutibus, et vitiis.
De fructibus elecmosynæ.
De contractibus, et usuris. Habetur ms. in Bibliothi. Vaticana.
De Confessione, et fructibus ejus. Habetur ms. ibidem.
De Religione, et utilitatibus ejus. Habetur ms. ibidem.
De regimine Principum. Ibidem.
De partialitatibus in regnis, et civitatibus. Ibidem.
De triplici statu animæ.
De triplici amore Magorum.
De sacrificio Abraham.
De veritate.
De amore Dei, et animæ.
De Spiritu sancto.
De casibus proprietatis.
Sermones de Sanctis, lib. 1.
Devotum Officium pretiosissimi nominis JESU.
De mundana prosperitate.
De pastorali gubernatione.
De Joseph Sponso Virginis.
De circumstantiis nationum.
De divino amore.
De triplici Christi naticitate.
De tribus tormentis peccatorum.
De Obedientia.
Defensorium veritatis.
Expositionem in Regulam sancti Francisci.
Sermones de festivitatibus beatæ Virginis per annum, quos excudit Norimbergæ Fredericus Kreusnerus anno 1493.

Epistolam ad universos fratres Italiæ, cum esset Vicarius generalis familiæ Ultramontanæ.

Piam, et devotam methodum confitendi.

Prodierunt autem omnia ejus opera Lugduni anno 1501. deinde recognita a Petro Rodulphio Episcopo Senogalliensi Venetiis ex officina Junctarum an. 1591. Nuper autem omnia recensuit, auxit, postillis illustravit R. P. Joannes de la Haye Ecclesiastes Reginæ Christianissimæ, tribusque magnis voluminibus edidit Parisiis 1636.

Obiit 20. Maji anno 1444. relatusque est in numerum Sanctorum a Nicolao V. anno 1450. Sumptuosissimum habet templum, et pretiosum mausoleum, quod nos adamussim tom. 6. Annalium ad an. 1472. describpsimus.

BERNARDINUS TOMITANUS Feltrensis, ex brevissima corporis statura cognomento *Parvus,* vir valde insignis, per universam Italiam celeberrimus, et cumulatissimi fructus prædicator, cujus vitam et gesta nos sexto, et septimo tomo Annalium diffuse narravimus, Sixto IV. et Innocentio VIII. charissimus, qui ejus opera in rebus gravissimis usi sunt sæpissime. Multis in locis Montem pietatis erexit, ut intoleralibiles tolleret Judæorum usuras. Crebris miraculis, quæ nunc in Romana Rota examinantur, Deus confirmatam voluit in vita illius doctrinam, et post mortem ejus sanctimoniam. Illo Vincentiæ concionante, visos in aere Angelos plures, quam essent in terra homines, qui attente ejus concionem audiebant, author est celebris, inquit Possevinus, Bernardinus de Bustis (1. *par. Rosar. ser.* 3. *p.* 3.). Edidit Italice

Tractatulum de modo confitendi. Brixiæ apud Ludovicum Britannicum anno 1542. in 12.

Conciones nonnullas Italicas de perfectione vitæ Christianæ, et quidem eruditas. Prodierunt Venetiis an. 1532. in 8.

Obiit Ticini die 28. Septembris anno 1494. ubi magna colitur veneratione. Corpori semper integro condendo magni pretii thecam argenteam præparat hoc anno 1646. quo hæc scribo, Emanuel de Moura, Curiæ Regalis ex Oratore Romano, et Cæsareo, nunc prudentissimus Belgarum Gubernator. Cæterum non est hic Bernardinus ille Tomitanus, cujus commentarius in Matthæum in Romano Indice proscriptus est.

De hoc porro nostro Bernardino ita cecinit Leonicus Venetus Poeta apud suos haud obscurus:

Flamine qui quondam præcordia dura solebas
Rumpere, et eloquio mollificare sacro,
Bernardine decus Feltrinæ, et gloria gentis,
Da quoque nunc precibus tendere ad astra tuis.
Nec tibi displiceat, quod sis ita corpore parvus;
Hortulus iste brevis mitia poma gerit.

BERNARDINUS TURAMINUS, genere Senensis, Reg. Observ. insignis concionator, provinciæ Romanæ Minister, edidit Italice

L' Infecondità feconda d'Anna santissima Madre della Madre di Dio. Romæ apud Guillelmum Facciottum 1628. in 12.

L'Agnese

L' Agneæ victrici Tragisacrocœnica. Viterbii apud Bernardum Dudelleviam 1632. in 12.

Agata constante. Ibidem apud eundem eodem anno in 12.

Lacrimæ sacræ, loquaci d'amore. Ibidem apud eundem.

BERNARDINUS VETTWIS Germanus, Marcoduranus, provinciæ Coloniæ, sacræ Theologiæ Lector emeritus, aliquoties Guardianus, semel Custos, et secundum Minister, Commissarius etiam, ac Visitator Apostolicus provinciæ S. Andreæ, scripsit

Compendium controversiarum fidei hujus temporis, ad seductarum animarum reductionem, nec non ad Parochorum, et Concionatorum instructionem perutile. Coloniæ apud hæredes Joannis Crythli anno 1640.

Vitam B. Jacobi de Marchia Germanice conscriptam in Latinum transtulit. Ibidem apud Bertramum Geilden anno 1625.

Libellum, cui titulus, *Descriptio trium florum ex tertio Ordine sancti Francisci, videlicet S. Elisabethæ Reginæ Portugalliæ, beati Conradi, ac Margaritæ de Cortona.* Cui opusculo præmittitur informatio circa institutionem, Regulam, aliosque Sanctos, ac Beatos ejusdem Ordinis. Ibidem apud Servatium Erfours 1627.

BERNARDINUS URSATIS Glemouensis in Astrologia peritissimus, scripsit

Varios tractatus hujus scientiæ.

BERNARDUS de BESSA, provinciæ Aquitaniæ, et custodiæ Cadurcensis, quem perperam Willotus, et Possevinus Bernardinum appellant, S. Bonaventuræ socius, et a secretis, dum esset Minister Generalis, Bertrandi de Turre Cardinalis Minoritæ in tyrocinio Magister, scripsit

Libellum de triplici statu Religionis Minorum; quorum primo compegit vitam sancti Francisci, adjectis multis ejusdem miraculis; in secundo Chronica Generalium Ministrorum usque ad fratrem Bonagratiam in ea serie decimum; in tertio miracula, et attestationes divinas pro approbatione tripliciis status, seu Ordinis a S. Francisco instituti, videlicet Minorum, Clarissarum, et Pœnitentum, collegit.

Libellum alterum apologeticum de proposito, et fine Regulæ Minorum ad confutandos æmulos, et fratres in suo statu confirmandos.

Legendam sancti Francisci a Thoma de Celano diffusius scriptam ad compendium redurit, et cultiori stylo repurgavit. Incipit prologus, *Plenam virtutibus.* Opus ipsum, *Quasi sol oriens.*

Vitam, seu legendam beati Christophori de Romandiola.

Tractatum insignem S. Bonaventuræ intitulatum, *Speculum disciplinæ ad Novitios*, pront ab ejus ore excepit, et informem vir sanctus reliquit, perpolivit, et in illam formam, quæ inter reliqua opuscula S. Doctoris conspicitur, redegit, de quo nos sub *Bonaventuræ* nomine diffusius agemus.

Floruit anno annum 1278.

BERNARDUS le COQ Gallus, provinciæ Franciæ Parisiensis Minister, edidit

Exercitium bonæ Monialis, quod olim composuit pia quædam Monialis monasterii Ave-Mariani Parisiis, sed dictus Pater meliori ordine disposuit; eique addidit

Instructionem pro monali Oratione facienda.

Meditationes septem pro septem diebus Hebdomadis.

Praxim bene moriendi, et

Examen conscientiæ.

BERNARDUS CUNEUS Hibernus, Minister provinciæ Hiberniæ, transtulit in linguam Hibernicam

Regulam Tertiariorum.

BERNARDUS de LIZANA Hispanus, scripsit

Historiam provinciæ seu *Regionis Vacatari in Indiis, et spiritualem ejus conquestam.* Vallisoleti 1633.

BERNARDUS ROBERTI a Crypta-Minervæ, Pagus Capucinus, provinciæ Neapolitanæ Minister, scripsit

Itinerarium animæ ad Palmam Virgineam; seu *Palmam Virgineam, continentem septuaginta duos ramusculos juxta numerum amorum ejusdem sacratissimæ Virginis.* Neapoli apud Octavium Beltramum anno 1647.

BERNARDUS de VERGER Gallus, Reg. Observ. provinciæ Aquitaniæ, qui per annos multos sacram prælegit Theologiam tum in Gallia, tum in Italia, et Commissarius factus est aliarum provinciarum; scripsit lingua vernacula

Librum controversiarum adversus Gulielmum Rivetum hæreticum ministrum. In urbe Xantonum apud Nicolaum Crespum anno 1611.

Librum alterum, cui nomen Peregrinus moralis.

BERTHOLDUS RATISPONENSIS, provinciæ Alemannicæ superioris, sive Argentinæ, enstodiæ Bavariæ, celeberrimus per universam Germaniam concionator, verbo potens, et opere mirabilis, ubicunque prædicavit, ingentem protulit fructum animarum. Nos alias (*Annal. Minor. an.* 1272. *n.* 16.) de his diffusius egimus, et mirabilia aliquot ejus opera retulimus. Scripsit

De institutione vitæ religiosæ librum unum, stylo gravi, et salutaribus sententiis refertum. Incipit, *Tria debet considerare.* Hoc de isto libro profert Marianus (*libro* 2. *cap.* 17) judicium: *In eo quidquid ad perfectionem vitæ spiritualis pertinere dignoscitur, sub compendio in universum collegit. Hunc si quis Religiosus percurrat, bene virenti normam, et morum doctrinam perdiscet, et sine gravi aliorum librorum sarcina omnium virtutum ornatum facile conquiret.*

Obiit in patria anno 1272. sanctitatis opinione insignis. Aliqui volunt, discipulum fuisse Davidis de Augusta, viri a pietate, et litteris clarissimi, eique direxisse Davidem sua opuscula *De exteriori, et interiori hominis compositione.* Conanie tamen circa hæc quæ nos adnotavimus in Annalibus Ordinis (*ibid. num.* 17.), et infra repetemus sub verbo *S. Bonaventura.*

BERTRANDUS de BARPONA Gallus, subtilissimus Theologus, et acerrimus disputator, scripsit

De pauperiate Christi, et Apostolorum.

BERTRANDUS LAGERIUS de Figiaco, Gallus, quem perperam Petrus Frizon *Petrum* appellat, a Clemente Sexto creatus Episcopus Adjacensis in Corsica, atque inde ab eodem translatus ad Assisiatem, mox ab Urbano Quinto factus Episcopus Glaudatensis sub Archiepiscopo Ebrodunensi in Gallia, a Gregorio Undecimo anno 1371. promotus est ad Carlinalatum Tituli S. Priscæ, missusque Legatus a latere in Hispaniam. Urbanus VI. in Pontificatus anspiciis, contra quem in schismate adhesit Clementi Septimo, eum habuit semper invisum; scripsit

Contra hæreses sui temporis.

Obiit Avenione anno 1392. ad 6. id. Novembris, sepultus apud suos consodales.

Hunc Bertrandum cum altero Bertrando a Turre Cardinale etiam Minorita, de quo inferius, confundit Petrus

Petrus Rodulphus, de quo alias (*Annal. Minor. anno* 1371, *n.* 11.) monuimus lectorem.

BERTRANDUS de TURRE ex Cambolico, Cadurcensis diœcesis, Aquitanus, vir doctissimus, qui pro illorum temporum consuetudine *Doctor famosus* audiebat, ex Ministro provinciæ Aquitaniæ assumptus est anno 1319. ad Archiepiscopatum Salernitanum, et sequenti ad Cardinalatum, demum ad Episcopatum Tusculanum Cardinalitium. Multas ante, et post Cardinalatum obivit legationes in Italia circa res fidei stabiliendas, et Principes pacificandos, quarum instrumenta Vaticana nos asnis locis (*Vide Annal. Min. an.* 1317. *n.* 2. *et sequentibus an.* 1319. *n.* 13. *an.* 1320. *n.* 5. *an.* 1328. *num.* 18.) prodnximus. Scripsit

In quatuor libros Sententiarum commentaria.

In Evangelia, et Epistolas, quæ per anni circulum recitantur, explicationes. Extant mss. in Bibliotheca Vaticana, et Hailsbergensi in Borussia Poloniæ, et in Biblioth. Minorum Toletana in duas partes divisæ signantur littera y n. 49. ac in Tolosana in ultimo scamno satis accurate conservatæ.

Sermones de tempore ab Adventu usque ad Pascha. Habentur mss. in Bibliotheca Vaticana.

Sermones de Sanctis, Dominicales, et feriales, implici codice.

Sermones Quadragesimales, quorum infinitum extitisse numerum testatur Eysengrenius. Habentur mss. in Biblioth. Vaticana, et Tolosæ in supradicto scamuo.

Sermones epistolares, sive in *Epistolas* Missalis. Argentinæ an. 1501.

Tractatum de perpetuate Christi, et Apostolorum. Collationes Theologicas.

Obiit Avenione circa an. 1334. non, ut scribit Gaspar Musca (*de Archiepiscop. Salernit.*), anno 1326. neque, ut habet Gulielmus Eysengrenius, et Petrus Frizon in sua Gallia Purpurata, anno 1327. Ebenim Bertrandus an. 1328. constitutus est Ordinis Administrator, et Rector a Joanne Vigesimo secundo post depositionem Michaëlis Cæsenatis, uti suo loco docuimus. Unde corrigendum duximus errorem typographi, quo anno 1324. obiisse inunitur, et substituendum numerum 1334. Nullum invenimus, qui certum mortis annum constituat. De hoc homine bis agit Possevinus, primo sub nomine *Beltrandi;* iterum sub *Bertrandi;* in priori Cardinalem facit, in secundo dubitat, et circa patriam in utroque loco hæsitat, dum quidam putant fuisse Mediolanensem; sed toto quidem cœlo errant.

BIGA SALUTIS Pannonius, inquit Rodulphus, edidit

Sermones eruditos ad dies festos totius anni, quos in Pestiensi Conventu, ubi erat in magna existimatione, composuit. Incipiunt, *Venite post me.*

Quæstiones in præcepta decalogi.

Multa collegit Sanctorum miracula ad confutandam hæreticorum impudentiam, qui magnorum virorum sanctitatem denegant.

Etsi vero Rodulphus *Fr. Bigam Salutis* prænominet, confitetur tamen, se illius nomen non potnisse reperire, node, ut recte opinatus est Possevinus, non tam anthoris nomen est *Biga Salutis,* quam operis titulus, vel prænotatio; atque ita quidem est; hoc enim nomen præposuit Sermonibus Quadragesimalibus impressis Argentorati an. 1501. Vide verbum *Hugarius.* Florebat anthor 1516.

BINDUS SENENSIS provinciæ Tusciæ, scripsit

Sermones de tempore.

Item de Sanctis.

Claruit circa annum 1300.

BLASIUS de BUYZA Hispanus, provinciæ sancti Jacobi Reg. Observ. concionator, in Curia Romana a secretis Ordinis, et locorum Terræ Sanctæ, ad quæ bis numerosum subsidium pecuniarum in Hispania collectarum asportavit, edidit Hispanice

Relationem, sive historiam notam, veram, copiosam sacrorum locorum, quæ Jerosolymis, et in Terra S. conspiciuntur; nec non misericordiæ divinæ, quæ iis in locis resplendet, laborum insuper, et afflictionum, quæ pro iis conservandis in obsequium pietatis Christianæ patiuntur viri Religiosi Ordinis S. Francisci, qui in eisdem inhabitant, et demum intolerabilium expensarum, quæ fiunt pro tributis Turcarum Imperatori pendendis. Prodiit Madriti apnd Viduam Alphonsi Martinez anno 1622.

BLASIUS a S. RAPHAELE Hispanus, provinciæ S. Didaci Strict. Observ. in Bœtica, edidit

Opuscula sancti Bonaventure pro instruendis Novitiis, adjectis quibusdam dialogis a se confectis. Hispali 1636. in 4.

BONAGRATIA a VARENA Strict. Observantiæ, provinciæ Mediolanensis, contexuit

Vitam Francisci Panigarolæ 1621.

Chronica reformationum Italiæ imperfecta reliquit.

BONAL Regul. Observ. Concionator egregius, edidit Gallice

Panegyricum Ducis Aurelianensis. Parisiis in 4. anno 1644.

BONAVENTURA ÆSINUS, scripsit

Sermones in singulas anni Dominicas; qui extant Patavii mss. in Biblioth. cœnobii S. Antonii.

BONAVENTURA ARMENGUEL Majoricensis, scripsit

Archilogium vitæ, martyrii, et doctrinæ doctoris illuminati Raymundi Lulli, quod habetur in limine Artis generalis ejusdem doctoris a Francisco Marzalio etiam Minorita Majoricensi nuper editæ. Vide verbo *Franciscus Marzal.*

BONAVENTURA BELLUTUS, vide *Bartholomæus Mastrius.*

S. BONAVENTURA, ita futuræ felicitatis vaticinio a sancto Francisco nuncupatus (*Annal. Minor. anno* 1221. *n.* 45.), in Baptismo Joannes dictus, et Fidantius a cognomento paterno, a Græcis in Concilio Lugdunensi Eutychius, ab aliis Enstachius, quod Bonaventuræ nomini correspondet, appellatus, Balneo-Regii in Pontificia ditione Etruriæ finitima lucem aspexit. Anno ætatis 22. ob votum a Matre pro puero languente, uti ipse scribit (*In prologo ad Vitam sancti Francisci*), emissum, Ordinem Minorum ingressus, eo vixit morum candore, et conversationis suavitate, ut Alexander Alensis ejus magister dicere soleret, videri sibi *Adamum in Bonaventura non peccasse.* Ita etiam in litteris sub eodem præceptore profecit, ut decimo monachatus anno in cathedra Parisiensi successerit Joanni de Rupella ejusdem Instituti viro doctissimo. Tanta insuper prudentia, et rerum agendarum dexteritate eminebat, ut viro sanctissimo Joanni Parmensi tertio decimo ab ingresso anno universorum Patrum suffragiis successerit in Generalatu. Ea porro in dignitate mira fuit humilitate, et erga subditos benignitate, nnsquam dedignatus abjecti cujusconque fratris colloquium. In misericordia potius excedendum, quam justitiæ rigori insistendum Christi Domini, et sui Institutoris exemplo affirmabat, ac leniendas, non exul-

exulceraudas miserlorum animas Præiati custodiæ commissas. Etsi vero tam numerosi Sodalitii regimini diligentissime invigilaret, bonas horas bene dispensabat, sacrarum litterarum studio, subditisque pie instruendis, et Religioni ab adversariis defendendæ supervacaneum tempus impendens. Mirum, quantum inter tot rerum curas, et frequentia itineris taedia scripserit, et docuerit. Litteris, sanctitate, et miraculis clarus obiit Lugduni anno 1274. die 15. Julii, sepultus ad suos consodales, etsi Trithemius dicat, decessisse anno 1283. et tumulatum fuisse in Ecclesia Cathedrali Lugdunensi; alii etiam circa mortis annum oberrant.

Elatus est funere, quale a memoria hominum, inquit Anbertus Myræus, gloriosius non legitur. Nam interfuit, et exequias sua præsentia Gregorius Decimus Pontifex Summus cohonestavit. Adfuit Imperator Græcorum per Græcos proceres, Latinus vero Orientis Imperator Balduinus per scipsum. Occidentis autem Imperio tunc vacante, adfuit Jacobus Rex Arragoniæ; adfuerunt Patriarchæ Constantinopolitanus, et Antiochenus; Cardinales universi, Præsules quinquenti, Abbates sexaginta, alii minorum gentium Antistites, ac Sacerdotes supra mille; Regum, ac Principum quamplurium Oratores, Tartarorum, et aliorum, populorum Legati; sacri demum, ac politici ordinis homines innumerabiles. Sacris funeralibus solemniter operatus est, et laudationem funebrem dixit Petrus Tarantasiensis Ordinis Prædicatorum ex Archiepiscopo Lugdunensi Cardinalis, et Episcopus Ostiensis, ac demum Innocentius V. Papa. Relatus est in Sanctorum numerum a Sixto IV anno 1482. et a Sixto V. connumeratus inter maximos Ecclesiæ Doctores. Quæ præstiterit in electione Gregorii X. quid egerit in Concilio 2. Lugdunensi, quanta prudentia vastissimum rexerit Minorum Sodalitium, quid per omnem vitam egerit, et quos post mortem acceperit honores, nos opportune suis locis in primo, secundo, et septimo Annalium Tomis enarravimus. Nunc doctissima ejus scripta prosequemur, et quid de iis alii senserint, adjiciemus. Variis temporibus, variisque editionibus novis creverant augmentis, neque vero hactenus omnia prodierant. Nos magnam præparamus additionem ad ea, quæ hucusque prodierunt in editione Vaticana omnium copiosissima, ex penu etiam Vaticano exscriptis multis, quæ nusquam prodierunt, operibus. Ut vero creverint quæ prius erant nota, quæ posterius innotuerant, et quibus aucta incrementis, ut clarius lector perspiciat, variorum Authorum, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis scripserunt, Catalogos præmittemus.

Henricus Gandavensis de Scriptoribus Ecclesiasticis.

« BONAVENTURA natione Italicus, etc. scripsit
« *In quatuor libros Sententiarum M. Petri* Opu-
« sculum magnæ subtilitatis, quod sic incipit, *Flecto*
« *genua mea, etc.*
« Scripsit etiam aliud, quod vocavit *Itinerarium*
« *mentis in Deum.*
« Scripsit et *de Decem præceptis.*
« *Respondit etiam breviter calumniis Magistri Wil-*
« *lelmi de S. Amore.* »

Jacobus Oddo Perusinus in Speculo Ordinis Minorum apud mo ms. cap. X.

« S. BONAVENTURA octavus Minister Generalis,
« scripsit
« *Super quatuor libros Sententiarum luculenter.*
« *Postillam super Evangelium sancti Lucæ.*
« *Apologiam pauperum.*
« *De Opere sex dierum.*
« *De Contemplatione.*
« *De sex alis Seraphim.*
« *Regulam Novitiorum.*
« *Legendam S. Francisci majorem, et minorem.*
« *Officium devotum sanctæ Crucis, rogante S. Lu-*
« *dovico Rege Galliarum; et alia multa.* »

Bartholomeus Pisanus, vel qui continuator est ejus Jeremias Bucchius Conformitate VIII.

« BONAVENTURA de BALNEOREGIO *Seraphi-*
« *cus* nuncupatur ob sui mellifluam doctrinam, qui
« quidem scripsit luculenter
« *Super quatuor Sententiarum libros.*
« *Postillarit excellenter Evangelium beati Lucæ.*
« *Item in Evangel. et Epistolas an. scripsit*
« *Apologiam pauperum.*
« *Breviloquium Theologiæ.*
« *Expositionem Orationis Dominicæ.*
« *De Operibus sex dierum.*
« *Librum de contemplatione.*
« *Librum de sex alis Seraphim.*
« *Regulam Novitiorum.*
« *Legendam majorem, et minorem beati Francisci.*
« *Item Officium beati Patris Francisci.*
« *Opera de quinque visionibus.*
« *Itinerarium mentis in Deum.*
« *Item de interiori homine.*
« Item prosam illam, *Lauda Syon Salvatorem.*
« Item edidit *Officium de Cruce in gratiam Lu-*
« *dovici Francorum Regis.*
« Et multa alia, quibus sua doctrina quam lata
« fuit, et alta apparet. »

Guilelmus Eysengrenius in Catalogo Testium veritatis ad annum 1269.

« Graviter et copiose *in primum, secundum, ter-*
« *tium, et quartum Sententiarum.*
« *Breviloquium.*
« *Soliloquium.*
« *De ligno vitæ.*
« *Centiloquium.*
« *De Passione Domini.*
« *De illuminationibus.*
« *De quinque festis infantiæ Christi.*
« *De septem donis Spiritus sancti.*
« *De excellentia Eucharistiæ ad Fratres.*
« *Compendium Scripturarum.*
« *De septem gradibus contemplationis.*
« *De decem præceptis.*
« *De sandaliis Apostolorum.*
« *In Evangelium Lucæ.*
« *In Evangelium Joannis.*
« *In Genesim Commentarios.*
« *Visionum libros septem.*
« Aliaque plura ingenii sui monumenta Ecclesiæ
« Dei profectura reliquit. »

Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.

« Scripsit multa et profunda, et devotissima opu-
« scula, quibus ardentia verba proferens, non minus
« affectum legentis in Christi amore accendit, quam
« intellectum doctrinis sanctis illuminat; omnes enim
« sui temporis Doctores utilitate operum facile præ-
« celiit

« cellit, si Spiritum divini amoris, et Christianæ de-
« votionis in eo loquentem attemtias. Profundus est,
« non verbosus; subtilis, non curiosus; disertus, non
« vanus; flammantia, non infantia verba proferens,
« unde et securius legitur, facilius ab amante intelli-
« gitur, utilius frequentatur, dulcius, et fructuosius
« retinetur. Multi doctrinam proferunt, devotionem
« prædicant multi, pauci scribendo libros docuerunt
« utrumque; Bonaventura antem et multos supercavit.
« et pancos, dum doctrina devotionem, devotio
« instruit doctrinam. Si ergo et doctus vis esse, et
« devotus, illius opusculis esto intentus. Ea sunt :

« *Super sententias lib.* 4. Profunda fluviorum.
« *Breviloquium, lib.* 7. Flecto genua mea, etc.
« *Soliloquium, lib.* 1. Die quæso, o homo.
« *Itinerarium mentis in Deum, lib.* 1. In principio.
« *Lignum vitæ, lib.* 1. Christo confixus sum.
« *Exhortatorium ad Fratrem, lib.* 1. Quoniam,
« delecte mi frater.
« *De reductione artium, etc. lib.* 1. Omne datum.
« *Regimen conscientiæ,* Idest *parvum bonum, lib.* 1.
« Ecce descripsi.
« *Itinerarium mentis in scipsam, lib.* 1.
« *Compendium Scripturarum, lib.* 1. Mainm consi-
« derare.
« *De institutione Novitiorum, lib.* In conversio-
« nis meæ.
« *Centiloquium, lib.* 3. Quæstio est.
« *Pharetra, sive scintillarium, lib.* 3. Cum sum
« virorum.
« *De paupertate Christi contra Guillelmum, lib.* 1.
« Primum omnium.
« *De* 5. *festis infantiæ Christi, lib.* 1.
« *De* 7. *donis Spiritus Sancti, lib.* 1.
« *De excellentia Eucharistiæ, lib.* 1.
« *De sex alis Seraphim, lib.* 1.
« *Ad Blancam Ducissam, lib.* 1.
« *Illuminationum insigne opus, lib.* In medio.
« *De tribus ternariis peccatorum, lib.* 1. Tres
« sunt.
« *De* 7. *gradibus contemplationis, lib.* 1. Contem-
« plativorum.
« *De profectu Religiosorum, lib.* 1. Si vis in Spi-
« ritu.
« *De decem præceptis.* Si vis ad vitam.
« *Apologia pauperum, lib.* 1. Summi legislatoris.
« *Super orationem Dominicam, lib.* 1. Pater noster.
« *Legenda S. Francisci, lib.* 1. Apparuit gratia.
« *Constitutiones sui Ordinis, lib.* 1.
« *In Genesim septem visionum, lib.* 1.
« *In Evangelium Joannis, lib.* 1. In principio.
« *In Evangelium Lucæ, lib.* 1. Spiritus Domini.
« *De* 3. *quæstionibus, lib.* 1. Innominato Magi-
« stro.
« *De sandaliis Apostolorum, lib.* 1. Quoniam se-
« cundum.
« *De Passione Domini, lib.* 3. Currite gentes.
« *Sermones per annum, lib.* 2.
« *Epistolæ plures ad diversos.*
« Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam
« meam non venerunt. »

Marianus Florentinus in fasciculo Chronicorum Ordinis Minorum apud me manuscript. lib. 2. cap. XXV.

« BONAVENTURA Minister Generalis etc. Non
« obstante officii pondere, quod egregie quidem pro-
« sequebatur, semper in prædicando, legendo, et libros
« scribendo se exercitabat. Multa docte, et pie com-
« posuit. Ea sunt :

« *Legendam majorem, et minorem sancti Francisci.*
« *Itinerarium mentis in Deum.*
« *Itinerarium mentis in seipsum.*
« *Expositiones pulchras in Regulam fratrum Mi-*
« *norum.*
« *Apologiam pauperum*, adversum magistrum Gi-
« raldum de Abbatis villa Doctorem Parisiensem.
« *Tractatum per modum epistolæ ad innominatum*
« *Magistrum super articulos Regulæ.* Incipit, *Proponis,*
« *charissime.*
« *Libellum, in quo determinat viginti septem qua-*
« *stiones super Regulam.* Incip. *Cum inter alios Or-*
« *dines.*
« *Tractatum determinantem, qnare Fratres Mino-*
« *res prædicent, et confessiones audiant?* Incipit, *Quia*
« *plerique dubitant.*
« *Alium de paupertate Christi contra Magistrum*
« *Guilielmum de Sanctoamore.* Incipit, *Quæstio est de*
« *paupertate.*
« *Quæstionem, utrum Christus, et Apostoli inces-*
« *serint discalceati.* Incipit, *Talia lector tali lectori.*
« *Commentarios super* 4. *lib. Sententiarum,* quos
« inculeuter exposuit, præsertim secundum, et quar-
« tum.
« *Compendium metricum super eosdem libros Sen-*
« *tentiarum.* Incipit, *O fons splendoris.*
« *Expositionem copiosam, et utilem super Evan-*
« *gelia, Lucæ præsertim.*
« *Principium in libros sacræ Scripturæ.* Incipit,
« *Ostendit mihi Dominus.*
« *Librum illuminationum, seu visionum.* Incipit.
« *In medio Ecclesiæ.*
« *Optimum principium in libros Sententiarum.* In-
« cipit, *Girum Cæli circuivi.*
« *Sententiæ Sententiarum.*
« *Librum de reductione artium in Theologiam.*
« Incipit, *Omne datum optimum.*
« *Declarationem terminorum Theologicæ.* Incipit,
« *Omnipotens Deus.*
« *Summam de essentia Dei.* Incipit, *Si vis ad vi-*
« *tam ingredi.*
« *Sermones Dominicales super Evangelia, et Epi-*
« *stolas totius anni.*
« *Tractatum super Salutationem Angelicam.*
« *Tractatum de nobilitate Sacramenti Eucharistiæ,*
« *et digna præparatione ad ejus susceptionem.* Incipit,
« *Ad honorem gloriosæ.*
« *Tractatum de expositione Missæ.* Incipit, *Chri-*
« *stus assistens.*
« *Tractatum de septem donis Spiritus Sancti.* In-
« cipit, *Omne datum optimum.*
« *Meditationes vitæ Christi.*
« *Meditationes de septem verbis Domini.* Incipit,
« *JESUS salutis hostia.*
« *Libellum de quinque Festivitatibus pueri JESU.*
« Incipit, *Cum secundum virorum.*
« *Cursus de Passione Domini.* Incipit, *Domine*
« *labia mea.*
« *Expositionem orationis Dominicæ.* Incipit, *Ora-*
« *tio hæc privilegiata est.*
« *Laudismum Crucis.* Incipit, *Recordare sanctæ*
« *Crucis.*
« *Libellum de septem itineribus æternitatis.* Inci-
« pit, *Cum qui invenit.*

Mysticam

« *Mysticam Theologiam.* Incipit, *Vitæ Sion lugent.*
« *Compendium veritatis sacræ Scripturæ.*
« *Libellum de stimulo amoris.*
« *Breviloquium.* Incipit, *Flecto genua.*
« *Centiloquium.* Incipit, *Ecce descripsi.*
« *Soliloquium.* Incipit, *Flecto genua.*
« *De sex alis Seraphim.* Incipit, *Hæc tibi scribo.*
« *De sex alis Cherubim.* Incipit, *Prima ala est.*
« *De septem gradibus contemplationis.* Contempla-
« tivorum.
« *Fascicularium myrrhæ.* Scire debes.
« *Tractatum de quatuor virtutibus Cardinalibus.*
« De quatuor virtutibus.
« *Libellum de gradibus virtutum.* Accedite ad Do-
« minum.
« *De vitiis, et eorum remediis.* Plurimorum in-
stantia.
« *De tribus ternariis infamibus.* Incipit, *Tres sunt*
« *ternarii.*
« *De puritate conscientiæ.* Incipit, *Quoniam fun-*
« *damentum.*
« *Speculum disciplinæ.* Incipit, *Ad honestatem ten-*
« *dentes.*
« *Viginti quinque memorialia.* Incipit, *Quicum-*
« *que homine veteri.*
« *De viginti passibus bonorum Religiosorum.* In-
« cipit, *Si vis in spiritu proficere.*
« *De perfectione vitæ.* Incipit, *Beatus homo.*
« *Remedium defectuum Religiosi.* Incipit, *Simpli-*
« *citasime.*
« *Libellum Apologeticum.* Incipit, *Propter hoc.*
« *Libellum,* cui titulus, *Lignum vitæ.* Incipit,
« *Christo confixus sum.*
« *Alium,* qui vocatur, *Parvum bonum.* Incipit,
« *Exigilans vero anima.*
« *Alium* appellatum, *Pharetra.* Incipit, *in con-*
« *versionis meæ.*
« *Psalterium B. Virginis Mariæ.* Incipit, *Beatus*
« *vir, qui diligit.*
« *Psalterium minus, sive tres Quinquagenas.* In-
« cipit, *Ave Virgo, vitæ lignum.*
« *Laudes B. Virginis.* Incipit, *Ave cœleste lilium.*
« *Coronam B. Virginis.* Incipit, *Cum jucunditate.*
« *Speculum B. Virginis.* Incipit, *Quoniam, ut ait*
« *B. Lucas.*
« *Cursum de compassione B. Virginis.* Incipit,
« *Domine labia mea.*
« *Cantieum* SS. Ambrosi et Augustini : *Te Deum*
« *laudamus,* adaptavit laudi B. Virginis. Incipit, *Te*
« *Matrem Dei laudamus.*
« *Canticum* nuncupatum *Philomena.* Incipit, *Phi-*
« *lomena præcia temp.*
« *Libellum de Ecclesiastica Hierarchia.* Incipit,
« *Invisibilia Dei.*
« *Opus contemplationis metricum.* Incipit, *JESUS*
« *ineffabilis.*
« Opus nuncupatum *Amatorium.* Incipit, *Ad te*
« *servo meus.*
« *Collationes.* Incipit, *Vide anima mea.*
« *Alphabetum Religiosorum.* Incipit, *Viæ tuas*
« *Domine.*
« *De regimine animæ ad Blancam Hispaniæ Re-*
« *ginam.* Incipit, *Primum omnium.* »

Alia ejusdem opera.

« Multa præterea opuscula scripsit usque ad nu-
« merum trecenarium et *Epistolæ* multæ ejusdem S. Do-
« ctoris inveniuntur : et *Officium de Cruce* devotissime
« composuit ad contemplationem sancti Ludovici Re-
« gis Franciæ. »

In editione Vaticana sub Sixto V. a viris doctissimis, præsertim a Fr. Constantio Cardinale Sarnano collecta, et castigata, sunt tot sancti Doctoris opera, quot septem compiendis tomis abundarunt. Eorum Indicem secundum ordinem voluminum exhibeo.

Tomo primo continentur :

Principium sacræ Scripturæ. Ostendit mihi.
Illuminationes Ecclesiæ. In medio Ecclesiæ.
Expositio in Psalterium. Quisquis ad.
Expositio in Ecclesiasten. Beatus vir.
Expositio in Sapientiam. Diligite lumen.
In lamentationes Jeremiæ. Tempus.

Tomo Secundo.

Expositio in cap. 6. Matthæi. Pater noster.
In Evangelium Lucæ. Spiritus Domini.
In Joannem. Nunquid ad.
Collationes in Joannem. In principio.

Tomo Tertio.

Sermones de tempore. His autem.
Sermones de Sanctis. Mihi absit.
Sermones de communi Sanctorum. Species cœli.

Tomo Quarto.

In lib. 1. *Magistri Sententiarum.* Profunda.
In lib. 2. *Magistri.* Solummodo.

Tomo Quinto.

In lib. 3. *Magistri Sententiarum.* Deus, qui dines.
In lib. 4. *Magistri.* Unguentarius.

Tomo Sexto.

De reductione artium ad Theologiam. Omne datum optimum.
Breviloquium. Flecto genua.
Centiloquium. Ecce descripsi eam.
Pharetra. Gregorius in moralibus.
Declaratio terminorum Theologiæ. Omnipotens.
Compendiosum principium in libros Sententiarum. Gyrum cœli.
Sententiæ Sententiarum carnine digestæ. O fons splendoris.
De quatuor virtutibus cardinalibus. De quatuor virtutibus.
De septem donis Spiritus Sancti. Omne datum.
De resurrectione a peccato ad gratiam. Paulus Apostolus.
De tribus ternariis peccatorum infamibus. Tres sunt ternarii.
Dicta salutis. Hæc est via, ambulate.
Meditationes Vitæ Christi. Inter alia.
Lignum vitæ. Christo confixus sum.
De quinque festivitatibus pueri JESU. Cum secundum.
Officium de passione Domini. Domine labia.
Opus contemplationis. JESUS ineffabilis.
Laudemus de S. Cruce. Recordare sanctæ.
Philomena. Philomena prævia.
De septem verbis Domini in Cruce. Deus salutis.
Speculum B. Mariæ Virg. Domine labia mea.
Corona B. Mariæ Virginis. Cum jucunditate.

Car-

Carmina super canticum Salve Regina. Salve Virgo Virginum.

Laus B. Virginis. Ave cœleste lilium.

Psalterium unius B. Mariæ. Ave Virgo.

Psalterium B. Mariæ. Arripe illam.

Tomo Septimo.

Sermones de decem præceptis. Si vis ad vitam.

De regimine animæ. Primum omnium.

Formula aurea de gradibus virtutum. Accedite ad Dominum.

De pugna spirituali contra septem vitia capitalia. Eja nunc milites Christi.

Speculum animæ. Arbor mala.

Confessionale. In Dei tabernaculo.

De præparatione ad Missam. Ad honorem.

De instructione Sacerdotis ad se præparandum ad celebrandum. Ad Missam celebrandam.

Expositio Missæ. Christus assistens.

De sex alis Seraphim. Da occasionem sapienti.

Collatio de contemptu sæculi. Septem sunt in mundo.

De septem gradibus contemplationis. Contemplativorum.

Exercitia quædam spiritualia. Ut in virtutibus.

Fasciculatius. Scire debes, quod.

Soliloquium. Fleeto genua mea.

Itinerarium mentis in Deum. In principio.

De septem itineribus æternitatis. Enm, qui venit.

Incendium amoris. Erigilans.

Stimulus amoris. Ad te Domine.

Amatorium. Præsens opusculum.

Viginti quinque memorialia. In Christo suo.

De Ecclesiastica Hierarchia. Invisibilia Dei.

Legenda S. P. Francisci. Apparuit gratia.

Expositio in Regulam FF. Minorum. Quicunque.

Determinationes quæstionum circa Regulam B. Francisci. Cum inter alios.

Quare Fratres Minores prædicent, et confessiones audiant. Quia plerique.

Libellus apologeticus in eos, qui Ordini Fratrum Minorum adversantur. Præter hoc, quod.

De tribus quæstionibus ad Magistrum innominatum epistola. Innominato Magistro. In codice vetusto ma. invenio, Magistrum hunc innominatum fuisse Rogerum Bachon Anglicum.

De paupertate Christi. Quæstio est.

De sandaliis Apostolorum. Talis lector.

Apologia pauperum. Summi legislatoris.

Epistola ad quendam Provincialem Ministrum. In Christo sibi.

Epistola ad Ministros Provinciales et Custodes de reformandis Fratribus. In Christo sibi.

Biblia pauperum. Tanta pollet excellentia.

Alphabetum Religiosorum. Vina tua Domine.

Collationes octo. Vide, anima mea.

Speculum disciplinæ. Ad honestatem tendentes.

De profectu Religiosorum. Collationes meas.

De institutione Novitiorum. Primo semper.

Regula Novitiorum. Renovamini.

Remedium defectuum Religiosi. Simplicissimo.

De perfectione vitæ ad Sorores. Beatus homo.

Summa de essentia, et invisibilitate, et immensitate Dei. Omnipotens Deus.

De sex aliis Cherubim. Prima ala est.

De modo confitendi, et puritate conscientiæ. Quoniam fundamentum.

Mystica Theologia. Vim Sion lugent.

Compendium Theologicæ veritatis. Veritatis.

Etsi vero viri doctissimi omnem posuerint operam in solerter indagandis, et colligendis sancti viri operibus, attamen aliqua omnem illorum subterfugerunt diligentiam. Etenim ex ipsa Bibliotheca Vaticana, et altera magni Conventus Assisiatis, aliisque locis nos plerique accepimus, quæ locupletiori, et magis accurata editione in omnium dubimus conspectum. Ea sunt:

Summa Grammaticæ speculativæ. Inc. *Quæritur utrum conclusio.*

Tractatus Logicæ de signis universalibus in quatuor partes distributus: Inc. *Circa signa universalia.*

Quæstiones super libros de Generatione. Quæritur, an scientia.

Quæstiones super 4. *lib. Topicorum.* Omne, quoi appetitur.

Quæstiones super libros Metheororum. Quæritur, utrum scientia.

Epistolæ aliquot.

Postillæ in Cantica Canticorum.

Metrum in eadem Cantica.

Tractatum super illa verbi psalmi 45. *Vacate, et videte, quoniam ego sum Deus.* Sicut inter omnia.

Tractatus in cap. 5. *Ezechielis.* Cum essem in medio.

In cap. 10. *ejusdem.* Ingredere in medio.

In cap. 4. *Apocalypsis.* Quatuor animalia.

In cap. 5. *ejusdem.* Vidi in dextera sedentis.

In universum Apocalypsim Commentaria. Premittitur huic libro.

Opusculum doctissimum dictum *Verbum abbreviatum,* in quo per multa capita omnes commendat virtutes, et vitia docet fugiendu.

Opusculum *de corpore, et sanguine Christi.* Ad honorem gloriosæ.

Alia ejusdem.

Alia etiam plurnque scripsisse testantur plerique. Sixtus Senensis libro quarto Bibliothecæ refiquisse ait, *Compendium metricum Scholasticum utrinsque Testamenti versibus dimetris Jambicis,* libera, sointaque syllabarum lego, quos ita dispouit, nt singula Tetrasticha summam unius capituli continuent; ejus initium ait esse, *Mundus fit in principio.*

Petrus Galesinus in ejus vita, *multos veteris Testamenti, et omnes libros sacri exposuisse,* scribit.

Ptolemæus Lucensis *ad omnes Pauli Epistolas Commentarios* adhibuisse.

Petrus Rodulphus, *in Evangelia, et Epistolas totius anni* scripsisse, et opus se accepisse a Laurentio Campeggio Feltrensium Episcopo narrat; insuper ait composuisse *Officium sancti Francisci; Libellum majoris Introductorii; De partibus domus religiosæ dialogum; Librum de consideratione; de divisione rerum universi; Epistolam ad Michælem Imperatorem Græcorum, secundam ad suam sororem, tertiam ad sororem sanctæ Claræ.* Item quæ diximus, *Commentaria in Cantica, et in Apocalypsim.*

In Bibliotheca Florentina Patrum Conventualium habetur ejus opusculum *de ortu scientiarum.*

Toloti anno 1525. et alibi non semel prodiit sub ejus nomine opusculum inscriptum, *Doctrina cordis,* Hispanice traductum.

Joannes Rioche affirmat ejus opus esse prosam illam, seu metrum *Laudæ Sion Salvatorem,* quod in Missa solemnitatis Corporis Christi recitatur; idque ipsum asserit Pisanus in suo Catalogo supra relato, et

et quidem redolet stylum, et facilitatem Rhythmicorum Bonaventuræ, in quorum suavi concentu erat felicissimus. Quid si totam Missam ille composuerit, et sanctus Thomas Aquinas Officium ? Jussus enim utroque per Urbanum Quartum Officium ordinare, quid si acceptum fuerit Thomæ Officium, gratuque Missa Bonaventuræ ?

Alphonsus Ciccarellus insignis confictor librorum, qui sub Gregorio Decimotertio perniciosas imposturas, et frandes hùc pœna capitali, hæc tribuerat Bonaventuræ opuscula, sed vere apocrypha, et spuria: Opus intitulatum, *Flos florum;* alterum, *Lilium originalium;* tertium, *de pœnis Inferni, et gloria Paradisi.* At vero genuina ejus opuscula ad tercentum pervenisse, asserunt Marianus Florentinus, Octavianus a Martinis Simnessanus, Stephanus Brulifer, Firmamenta trium Ordinum, Petrus Galesinus, et alii. Quid de singulis præcitatis operibus judicemus, ad initium uniuscujusque in nova, quam molimur, editione prælegemus. Nunc alios duos Indices ex Antonio Possevino hic adjicimus; unum omnium operum, quæ in editione Vaticana prodierant, ordine alphabetico distinctum, alterum omnium opusculorum, in quatuor classes juxta diversitatem materiæ compartitum.

Index alphabeticus
omnium Operum S. Bonaventuræ.

A

Alphabetum boni Monachi. tomo 7. parte 4.
Amatorium. tom. 7. p. 3.
Amoris incendium. tom. 7. p. 3.
Animæ regimen. tom. 7. p. 3.
Appendix. tom. 7. p. 4.
Apologiæ Evangelicæ paupertatis. tom. 7. p. 4.
Apologeticus in eos, qui Ord. Min. adversantur. tom. 7. p. 4.

B

Breviloquii Prooemium. tom. 7. p. 1.
Breviloquii pars 1. 2. 3. 4. 5. 6. et 7. tom. 6. p. 1.

C

Cardinales virtutes. tom. 6. p. 1.
Centiloquii pars 1. 2. 3. et 4. tom. 6. p. 1.
Collationes in Joannem. tom. 2.
Collationes Monasticæ. tom. 7. p. 4.
Compassio B. Mariæ Virginis. tom. 7. p. 2.
Compendium Theologicæ veritatis in Appendice. tom. 7. p. 4.
Contemplationis gradus. tom. 6. p. 2.
Confessionale. tom. 7. p. 3.
Confitendi peccata ratio. tom. 7. p. 3.
Corona B. Mariæ Virginis. tom. 7. p. 2.
Cherubim sex alæ. tom. 7. p. 3.
Christi Jesu festivitates. tom. 7. p. 2.
Christi paupertas. tom. 7. p. 4.
Christus, et Apostoli nudis pedibus incesserunt. tom. 7. p. 4.
Christianæ vitæ Institutio. tom. 7. p. 3.

D

Dei essentia, invisibilitas, et immensitas. tom. 7. p. 4.
Dieta salutis. tom. 6. p. 7.
Dona septem Spiritus Sancti. tom. 6. p. 1.

E

Ecclesiæ illuminationes, seu expositio in Hexameron. tom. 1.
Ecclesiastica hierarchia. tom. 7. p. 3.
Ecclesiastes expositio. tom. 1.
Exercitiorum spiritualium libellus. tom. 7. p. 3.

F

Fasciculariu. tom. 7. p. 3.
Festivitates Christi Jesu. tom. 6. p. 2.

H

Hierarchia Ecclesiastica. tom. 7. p. 3.

I

Jeremiæ lamentationum expositio. tom. 1.
Illuminationes Ecclesiæ. tom. 1.
Institutio vitæ Christianæ. tom. 7. p. 3.
Joan. Evang. expositio postillavis. tom. 2.
Itinera æternitatis. tom. 7. p. 3.
Itinerarium mentis in Deum. tom. 7. p. 2.

L

Laudismus de sancta Cruce. tom. 6. p. 2.
Lamentationum Jeremiæ expositio. tom. 1.
Lignum vitæ. tom. 6. p. 2.
Lucæ Evangelii expositio. tom. 2.

M

Matthæi cap. 6. expositio. tom. 2.
Meditationes vitæ Christi. tom. 6. p. 2.
Meditationum libellus. tom. 6. p. 2.
Memorialia vigintiquinque tom. 7. p. 3.
Mentis reformatio. tom. 7. p. 4.
Minores Fratres cur prædicent, et confessiones audiant. tom. 7. p. 4.
Missæ expositio. tom. 7. p. 3.

N

Nocitiorum formula, et regula. tomo 1. p. 4.

O

Officium de Passione Domini. tom. 6. p. 2.
Opusculum de 4. virtutibus cardinalibus. tom. 6. p. 1.
Opusculum de septem donis Spiritus Sancti. tom. 6. p. 1.
Opusculum de Resurrectione a peccato ad gratiam. tom. 6. p. 1.
Opusculum de tribus ternariis peccatorum. tom. 6. p. 1.
Opusculum, quod Dieta salutis *inscribitur. tom. 6. p. 1.*

P

Peccatorum tria ternaria. tom. 6. p. 1.
Postillaris expositio in Evangelium Joannis. tom. 2.
Præparatio Sacerdotis ad Missam. tom. 7. p. 4.
Præcepta decem Dominica. tom. 7. p. 3.
Principium compendiosum in lib. Sententiarum. tom. 6. p. 1.

Prologi

Prologi Magistri Sententiarum expositio. tom. 4.
Psalterii expositio. tom. 1.
Psalterium B. Mariæ Virginis. tom. 6.
Alterum ibidem. p. 2.
Pharetræ liber primus de personarum varietate; lib. 2. de virtutum, et vitiorum multiplicitate; lib. 3. in quo de periculosis agitur; lib. 4. in quo de gratiosis agitur. tom. 6. p. 1.
Philomena passionis Domini aptata per septem horas canonicas. tom. 6. p. 2.

Q

Quæstiones in 1. et 2. librum Sententiarum. tom. 4.
Quæstiones in 3. et 4. librum Sententiarum cum Indice in quatuor lib. tom. 5.
De quæstibus non frequentandis. t. 7. p. 4.

R

Reductio artium ad Theologiam. tom. 6. p. 1.
Regulæ Franciscanæ defensio. tom. 7. p. 4.
Regulæ Minorum expositio. tom. 7. p. 4.
Religionis processus. tom. 7. p. 4.
Religiosorum status triplex. tom. 7. p. 4.
Resurrectio de peccato ad gratiam. tom. 6. p. 1.

S

Salve Regina expositio. tom. 6. p. 2.
Salutationis Angelicæ expositio. tom. 6. p. 2.
Sapientiæ expositio. tom. 1.
Sæculi contemptus. tom. 7. p. 4.
Sententiarum lib. 1. et 2. tom. 4. tom. 5. cum Indice eorundem.
Sententiæ Sententiarum, quatuor libri carmine digesti. tom. 6. p. 1.
Seraphim alæ. tom. 7. p. 3.
Sermones de tempore. tom. 3.
Sermones de Sanctis tom. 3.
Soliloquium. tom. 6. p. 2.
Speculum disciplinæ. tom. 7. p. 4.
Speculum de laudibus B. Virg. tom. 6. p. 2.
Speculum animæ. tom. 7. p. 3.
Stimulus amoris. tom. 7. p. 3.

T

Ternaria tria peccatorum. tom. 6. p. 2.
Theologia mystica. tom. 7. p. 4. in Appendice.
Theologiæ terminorum declaratio. tom. 7. p. 1.

V

Verba Domini in Cruce. tom. 6. p. 2.
Vitæ lignum. tom. 6. p. 2.
Vitæ Christianæ institutio. tom. 7. p. 3.
Vitæ perfectio ad Sorores. tom. 7. p. 4.
Virtutum gradus. tom. 1. p. 3.
Virtutes Cardinales. tom. 6. p. 1.

Alter Index opusculorum secundum ordinem partium, in quibus materiæ sunt collocatæ.

Opuscula S. Bonaventuræ in quatuor partes, et appendicem distributa sunt. Prima et secunda pars tomo uno, tertia vero, et quarta, cum appendice tomo altero comprehenduntur. Pars item prima opuscula continet, quæ magis ad Theologicam doctrinam spectant. Pars secunda comprehendit ea, quæ ad meditationes potissimum, et ad Christi Salvatoris nostri passionem, ejusque sanctissimæ Matris laudes soluta oratione, et carmine idem S. Bonaventura composuit. Pars vero tertia complectitur quæ ad vitæ institutionem, et exercitium pro cujusque status ratione præcipue pertinent. Pars etiam quarta continet opuscula, quæ ad Religiosos, ac præsertim quæ ad Fratres Ordinis Minorum attinent. Appendix denique quorundam opusculorum est, quæ sancto Bonaventuræ attribuuntur. Index vero opusculorum juxta novæ hujus distributionis seriem, quam in fine cujusque tomi invenies, hic est:

Pars Prima.

De reductione artium ad Theologiam.
Breviloquium.
Centiloquium.
Pharetra.
Declaratio terminorum Theologiæ.
Principium compendiosum in libros Sententiarum.
Quatuor libri Sentent. carmine digesti.
De quatuor virtutibus cardinalibus.
De septem donis Spiritus Sancti.
De tribus ternariis peccatorum.
De resurrectione a peccato ad gratiam.
Diæta salutis.
De Ecclesiastica Hierarchia.

Pars Secunda.

Soliloquium.
De meditatione vitæ Domini nostri Jesu Christi.
Meditationum libellus.
De septem gradibus contemplationis.
De quinque festivitatibus pueri Jesu.
Officium de passione Dominica.
Laudismus de sancta Cruce.
Lignum vitæ.
Speculum, sive de Laudibus beatæ Mariæ Virg.
De compassione ejusdem.
Philomena passioni Domini aptata per septem horas canonicas.
De septem verbis Domini in cruce.
Psalterium B. Mariæ Virginis.
Psalterium minus ejusdem.
In salutationem Angelicam.
In Salve Regina.

Pars Tertia.

De institutione vitæ Christianæ.
De regimine animæ.
Speculum animæ.
De decem præceptis Dominicis.
De gradibus virtutum.
Itinerarium mentis in Deum.
De septem itineribus æternitatis.
Stimulus amoris.
Parvum bonum, sive Incendium amoris.
Amatorium.
Exercitiorum spiritualium libellus.
Fascicularius.
Viginti quinque memorialia.
Confessionale.
De ratione confitendi peccata, etc.

De

De puritate conscientiæ.
De instructione Sacerdotis ad se præparandum ad Missam.
Expositio Missæ.
De sex alis Cherubim.
De sex alis Seraphim.

Pars Quarta.

De triplici statu Religiosorum.
Speculum disciplinæ, sive *de ratione infarmandi Novitios.*
Viginti punua, sive *Formula Novitiorum.*
De processu Religionis.
De contemptu sæculi.
De reformatione mentis.
Alphabetum parvum boni Monachi.
De perfectione vitæ ad Sorores.
Declaratio super Regulam Minarum.
Quæstiones circa eandem Regulam.
Quare Fratres Minores prædicent, et confessiones audiunt?
De paupertate Christi.
Quod Christus, et Apostoli nudis pedibus incedebant.
Apologia Evangelicæ paupertatis.
Contra Franciscanæ Regulæ calumniatorem.
Apologeticus in eos, qui Ordini Minorum adversantur.
De non frequentandis quæstibus, ad Fratres.
Collationum Monasticarum ad Fratres libellus.
De reformandis Fratribus ad Ministros Provinciales.

Appendix.

Compendium Theologicæ veritatis.
De essentia, invisibilitate, et immensitate Dei.
De mystica Theologia.

At omisit duo, quæ in eadem appendice adnectantur, opuscula, scilicet

De puritate conscientiæ, et
De sex alis Cherubim.

Prima, quam viderim, impressio quæstionum in quatuor libros Sententiarum, facta est Norimbergæ anno 1491. cui magnas præmittunt laudes doctissimi viri, præsertim Nicolaus Tinctoris, qui inter alia suntcissimi Doctoris encomia ita de isto opere præfatur: *Pace omnium loquor, inter omnes, qui Petrum* (Magistrum scilicet Sententiarum) *explanarunt, nemo decotius, nemo subtilius, nemo utilius, nemo solidius, nemo in omnium quæstionum procella securius navigavit.* S. Antoninus (*tit.* 24. *n.* 8.) opus hoc *Scriptum notabile, et devotum* appellavit. Joannes Gerson doctrinam hanc *propriæ Theologiem* censuit nuncupandam, de qua etiam hoc elogium adjunxit (*epist. ad Oerald. Monach.*): *Si quæratur a me, quis inter cæteros Doctores plus videatur idoneus? respondeo sine præjudicio, quod luminus Bonaventura; quoniam in dicenda salidus est, et securus, pius, et justus, et devotus. Præterea recedit a curiositate, quantum potest, non immiscens positiones extraneas, vel doctrinas sæculares dialecticas, aut physicas terminis Theologicis obumbratas, more multorum, sed dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem, et religionitatem affectus. Unde factum est, ut ab indevotis scholasticis, quorum, proh dolor! major est numerus, ipse minus exiterit frequentatus, cum tamen nulla salubrior, atque suavior pro Theologis sit doctrina. Quanto denique diligentius in senectute mea sum revolutus ad studium ipsius, tanto facta est amplius confusa garrulitas mea; dixique mecum, sufficit hæc doctrina, ut quid stulto labore consumeris? quid dictas? quid scribis? multipliceutur potius, et transcribantur opera Doctoris latius, de qua vere dicitur illud Christi de Joanne: Erat lucerna ardens, et lucens.* Et alio in loco ita de istis Commentariis rescribit (*in epist. de laudibus Doct. sancti Bonaventuræ*): *Denique lectura ejus grandior docet ignem suum cum lumine; unde mirum, imo miserum et miserabile videtur, ne dicamus damnabile, quo pacto prælatæ sunt doctrinæ quædam aliæ sub specie subtilitatis, plus inquietantes, quam cyniphes Ægyptiæ, quam Sabbatum mentis incendio terræ Gesen afferentes. Secutus est Doctor iste (se testante) doctrinam communem, et solidam, quæ Parisiis vigebat, maxime tempore suo.* Et paulo infra (*Ibidem*): *Sunt alii Doctores, qui dicuntur Cherubici: Bonaventura autem verissimo nomine Seraphicus nimul, et Cherubicus, quia inflammat affectum, et erudit intellectum, redueit, et unit ad Deum per amorem excitativum: dum alii multi solum dirarieant, et dispergunt intellectum per præcisiones, prioritates, et posterioritates, et signa, et contingentia, cum tamen unum sit necessarium.* Albertus Myreus (*supra citatus*): *Quod ad Theologiæ cognitionem attinet, quam septimo anno a cooptatione in sancti Francisci Ordinem publice in Academia Parisiensi summo audicntium conenrsu profiteri cæpit, ab omnibus eruditis mirifice laudantur plurimi ejus de rebus Theologicis commentarii non minus ordinata tractandi ratione, ac perspicuitate, quam subtilitate disquisitionis, et, quod cæpit est, resolutionum soliditate insignes.*

Opuscula prodierunt Argentinæ anno 1495. atque aliam priorem editionem anni videlicet 1489. citat Heribertus Rosvveydus in vindiciis Kempensibus (*cap.* 18.), quam ego non vidi; eam tamen, licet valde diminutam, præcessisse colligo ex præfatione hujus editionis anni 1495. ubi ita habetur. *Cum erga Doctoris Seraphici S. Bonaventuræ quatuor scripta circa Magistrum pro nunc sunt impressionis beneficio satis multiplicata, parsque parvorum opusculorum minima, indignum profecto est, quod hactenus nullus tantam adhibuit diligentiam, ut numerus major, et copiosior doctrina, et littera colligeretur, et alphabetica tabula decoraretur, quod divina aspirante gratia hoc nostro jam tempore effectum est.* Est et tertia editio Venetæ anni 1504. impensis Lucæ Antonii de Giunta, et quarta ejusdem urbis anni 1563. cura Francisci Zamorræ Ministri Generalis. Tandem prodierunt ex typographia Vaticana, deinde Colonize, ubisque in locis, dum ab omnibus cupide desiderantur, et fructuose leguntur. Summopere omnia commendantur a Gersone, sed præ reliquis duo, *Itinerarium mentis in Deum*, et *Breviloquium*, de quibus ita in opusculo de libronm delectu (*parte* 2. *tit. de libri legendi*): *Nescio si præcipuus inter omnes numerandus sit Eustachius (ita enim nomen istud unum vulgatum Bonaventura videar posse tradere); ille enim singulariter inter omnes Doctores Catholicos (pace omnium salva) videtur idaneus, et securissimus ad illuminandum intellectum, et ad inflammandum affectum. Cujus opuscula duo (ut lecturam, et alios tractatus ejus interim præteream) tanta sunt arte compendii divinitus composita, ut supra ipsa nihil. Breviloquium nato, et Itinerarium, in quibus processum est duabus viis cognoscendi Deum. Primus namque horum duorum tractatuum procedit a primo principio, quad est Deus, usque ad alias veritates sub Deo creditas, et habitas: alius e contra*

contra progreditur a creaturis ad Creatorem per sex gradus scalares usque ad anagogicos excessus; qui licet sint difficiliores, et rariores, debet tamen omnis Christianus ad illos aspirare, quoniam Theologia talis mystica propria est Christianorum. Et in Epistola de laudibus S. Bonaventurae: *Ignem* inquit, *veni mittere in terram, dicebat Christus, et quid volo, nisi ut ardeat? in dextera nempe Dei est ignea lex, cujus eloquium ignitum est vehementer; cujus oculi sunt sicut flammæ ignis; cujus preco Joannes dictus est lucerna ardens instar Eliæ. Considerans ista noster Eustachius Dominus Bonaventura, voluit esse Doctor ardens, sciens quoniam lucere parum est, et sæpe cæcum, sæpe noxium, quoniam scientia inflat, et damonium facit; quid enim demon interpretatur, nisi sciens, sed absque charitate? sortitus est idcirco secundum laudem vitæ suæ pariter, et doctrinæ nomen ipse Bonaventura, ut autonomastice Doctor Seraphicus nominetur. Docet hoc in speciali suum Itinerarium mentis in Deum, cujus opusculi, imo operis immensi laus superior est ore mortalium. Docet et suum Breviloquium Theologiæ processum propriæ Theologiem retinens, et quasi conversum ad priorem, quoniam a primo principio descendit ad alias veritates.* Aubertus Miræus: *Scripta*, inquit, *præsertim ascetica ubique spirant sanctitatem, et nominatim quæ de Religiosorum hominum institutione scripsit, talia sunt, ut nihil videatur prudentius, et ad præcavendam religiosæ disciplinæ labefactationem accommodatius potuisse conscribi.*

Opusculum, quod *Hexameron* nuncupatur, Sixtus Senensis (*lib.* 4. *Biblioth.*) præ reliquis ita extollit: *Bonaventura inter multa pissima opuscula, quæ verbis ardentissimis, et altissimis sensibus ad illuminandos animos, et inflammandas voluntates legentium, divino succensus amore composuit, nobile quoque opus in Hexameron scholastico dictionis genere dictavit, cui De luminibus Ecclesiæ, sive de illuminationibus, sive de quinque visionibus idcirco titulus est, quia in eo potissimum exponuntur quinque illæ visiones Dei comprehensæ in ea sententia Moysis, Vidit Deus, quod esset bonum, quinquies in Genesi repetita; initium operis. In medio Ecclesiæ. Dividitur autem universum opus in sermones viginti tres, tropologicis sensibus, flagrantissimis sententiis, et abstrusis scholasticæ, mysticæque Theologiæ arcanis refertissimos.* Quo anno illud scripserit, et quare imperfectum remanserit, nos diximus alias in Annalibus. (*An.* 1265. *num.* 33.).

De opuscolo Meditationum vitæ Christi ita habet: *In eo vult quidem, et impolito eloquio, sed efficaci, et maxime ad eor penetrabili quatuor Evangelia in unam historiam redegit, inserita de suo nonnullis meditationibus, in quibus ad excitandos, et inflammandos lectorum affectus Christi gesta secundum quasdam imaginarias repræsentationes narrat, non solum prout res ipsæ evenerunt, sed ut etiam contingere, aut contigisse potuerunt. De quo quidem ipse videndus est Bonaventura in cap.* 9. *operis, et in proœmio, ubi etiam styli humilitatem excusat, quia ad Sororem, seu Virginem Clarissam opus destinabat.* Prodiit separatim ab aliis Barelnone apud Petrum Michaelis 1483. in fol.

Soliloquia, et alia opuscula Hispanice a se tradncta edidit Fr. Dominicus Biata Obsec.vantinus Cæsaraugustæ 1589.

Ad opuscnlum, cui titulus, *Formula aurea de gradibus virtutum, quibus ad perfectionem vitæ spiritualis ascenditur*, Hieronymus Savonarola accuratam expositionem rogatu Agamemnonis Bononiensis adhibuit.

Tractatum *De sex alis Seraphim* integro ot docto volumine explicuit Joannes Paulus Fons Scicctatis JESU, impresso Barcinono anno 1622. animarum retoribus perquam utili.

Philomelæ metrum pium quidem, et suavissimum canoræ aviculæ melos amplius explicavit versu Italico Jacobus de Portu Reg. Observ. Prodiit Venetiis anno 1586. Nuper autem devote, atque erudite multiplici carmine, et prosa mugno volumine id diffusius expressit Joannes Baptista Rossus Societatis JESU vir doctus, et pius, Romæ anno 1645. præfixis multis elogiis sanctissimi Doctoris, qui otiam præcipuas sacræ Theologiæ materias secundum Bonaventuræ mentem composuit.

Psalterium Beatæ Mariæ Virginis ab eo compositum docte, et pie defendit Petrus Canisius ejusdem Societatis (*De B. Virg. l.* 5. *cap.* 26.) contra Platzium heroticum.

Summam adhibuit Philosophiæ ex S. Doctoris scriptis excerptam, et in tres partes, triaque volumina distributam, Romæ editam 1635. Marc. Ant. Gulitins de Carpenedulo Brixiensis Ordinis Minorum Capucciuorum.

Sermones tam de tempore, quam de Sanctis, qui habentur tomo 3. editionis Vaticanæ, multum discrepant, præsertim qui de Sanctis sunt, ab iis, quos Fr. Stephanus Atrebatensis collegit ex vetustis Bibliothecis sub nomine S. Bonaventuræ, et tradidit Antonio Syretto docto Minorita, atque hic curavit imprimi an. 1501. typis Joannis Badii Ascensii. Prodierunt alii Basileæ anno 1462. Lugduni 1496. et Romæ eodem anno. Qui etiam prodierunt ancliores, et cultiores Brixiæ anno 1596. apud Petrcetum Turlinum cura ejusdem P. Cappuccini, qui nomen suum reticuit. Habentur autem ms. in Biblioth. Montis Alvernæ *Sermones de Sanctis*, qui inter ejus opera circumferuntur, intermixtis aliquibus de Tempore.

Primum librum in Sententias Petri Lombardi commentariis illustrarunt, eum maxime partem, quæ de Dei Unitate, et Trinitate pertractat, Petrus Trigosius, Franciscus a Coriolano, Joannes Maria Zamorra Utinensis, Theodorus Forestius Bergomensis, universi ex Sodalitio Capuccinorum, in quo Seraphici viri doctrinam lectores profitentur, nec non Petrus Capnlius Ordinis Minorum Conventualium Episcopus Conversanus. Universos quatnor libros hujus argumouti interpretatus est Hugo Sotestadianus Germanus circa annum 1640. et Franciscus Stephani, cujus opus prodiit Venetiis apud Lazarum Soardii anno 1561.

Itinerarium mentis in Deum scripsit S. Doctor in solitudine montis Alvernæ anno 1259. uti habet Antoninus (*tit.* 24. *c.* 8.).

Legendam majorem sancti Francisci, rogantibus Patribus Capituli generalis Narbonensis habiti anno 1260. composuit Parisiis, ubi cum S. Thomas per imulas ostii conspiceret in contemplatione raptum, dum huic operi intenderet, reflectous ad sociuin, dixit: *Sinamus sanctum pro sancto laborare*, cujus rei ibi apparet dignum monumentum, conversa illa sancti viri cella in devotum sacellum. *Legendam minorem* ut scriberet, snasit quidam Episcopus Gallus, eaque utuntur Minores in lectionibus octavæ sancti Francisci. Utramque legendam ille obtulit Ordinis Patribus anno 1263. in Comitiis generalibus Pisanis. Legendam autem majorem maxime extollit Aloysius Lippomannus, et Leonardus Aretinus, qui in hoc genere scribendi ait, neminem posse superare Bonaventuram. Cllebtoveus (*in Antiluth. lib.* 3.) summopere laudat ejus libros, quos pro Minorum defensione scripsit

psit contra Monasticæ professionis hostes. Omnia vero Bonaventuræ opera Bonaventura e Cineribus Reg. Observ. Italus ad brevem contraxit epitomen. Vide V. *Bonaventura a Cineribus.*

Julius Nigronius Sociotatis JESU, vir alias pius, et doctus, aliquanto incautius sciolis, et criticis, qui facilius aliena negant, quam propria scribant opera, latissimum operuit ostium ad eliminanda quæcunque libet opuscula Bonaventuræ, eaque aliis adscribenda, dum, uti refert Heribertus Rosweydus, suspicatus est, omnia opuscula spiritualia, quæ sine nuthore circumferebantur in Ordine Minorum, a pio viro collecta data esse in lucem sub nomine S. Bonaventuræ; atqui ipse Rosweydus sex ejusdem sancti viri opuscula in controversiam vocat, et tanquam supposititios fœtus aliis patribus attribuit, *Alphabetum* scilicet *Monachorum; Collationes octo; Speculum disciplinæ ad Novitios; De profectu Religiosorum lib. primum; De profectu Religiosorum lib. secundum; De Institutione Novitiorum partem primam.* In editione etiam Vaticana anni 1595. in Appendice operum ad calcem Tomi septimi quinque opuscula in dubium revocantur, scilicet, *Summa de essentia, invisibilitate, et immensitate Dei; de puritate conscientiæ; de sex alis Cherubim; mystica Theologia; compendium Theologicæ veritatis.* Nos autem alias (*In Annal.* 1260. *n.* 19.) promisimus, hæc nos in isto de Scriptoribus opere ponderosius examinaturos, et spuria a legitimis discreturos, quod qua fieri poterit, hic opportune absolvemus.

DE ALPHABETO MONACHORUM.

Alphabetum Monachorum, quod variis nominibus in variis editionibus audit, *Alphabetum Religiosorum*, *Alphabetum Monachi*, *Alphabetum parvum boni Monachi in schola Dei*, in Indiculo Mariani Florentini recensetur inter reliqua Bonaventuræ opuscula; et in editione Argentinensi anni 1495. cum eisdem prodiit, *ordinatum*, inquit codex, *a sancto Bonaventura*; et deinceps in omnibus prodiit subsequentibus editionibus, adjecto insuper alio metrico *Alphabeto Religiosorum incipientium* ejusdem ferme doctrinæ. Atqui posterius hoc Alphabetum nullus sibi vendicat, aut Bonaventuræ esse negat; unde ergo primum denegabit? Inde, ait Rosweydus, quod author vitæ Thomæ Kempensis illud inter ejus opera impressit, et omnes editiones, unaque antiquissima illud Kempensi vendicant. Addo ego, quod Trithemius de Scriptoribus, et Franciscus Swertius in Athenis Belgicis, ac Possevinus in Apparatu sacro illud connumerent Kempensis operibus. Sed si velimus editiones editionibus opponere, et testes testibus, plures, et vetustiores sunt impressiones nostræ Kempensibus; et Possevinum Possevino, Marianum Trithemio, Willotum Belgam Belgæ opponemus Swertio, et Bellarminum altori cuicumque. Translatum itaque potius a Bonaventura ad Kempensem, quam a Kempensi ad Bonaventuram videtur probabilius. Anotius, et locupletius est apud Kempensem, quam apud Bonaventuram, additis quibusdam in principio, et epilogo in fine. Familiare autem est apud posteriores Scriptores, quidpiam addere ad ea, quæ ex aliis acciplant, exscribunt, aut muntuantur, ut æquius, et speciosius suo nomine inscribant. Si qui collegerunt opera Bonaventuræ, illud Kempensi subdnecrent, parvulum nnius pagiuæ opellam non adeo detruncarent, nt capnt minnerent, et pedes abscindercnt. Non est ergo cur Thomas a Kempis repetnudarum agat typographos Vaticanos, uti ait Rosweydus, nisi velit etiam Argentinenses, Venetos, Colonienses, aliosque in quæstionem vocare.

DE OCTO COLLATIONIBUS.

Circa *Collationes octo ad Fratres Tolosates habitas* gravior est controversia, et acrior est concertatio, atque ex hoc opusculo ad reliqua se malum diffndit. Ut Thomæ Kempensis probaretur esse libellus *de Imitatione Christi*, oportuit negare Collationes esse Bonaventuræ, in qnibus videlicet libellus ille citatur. At tenacissimo studio Bonaventuræ adscribendas esse contendit Constantinus Cajetanus Abbas Benedictinus, dum ipsum illum libellum Joanni Gessen sui Instituti viro doctissimo, qui Bonaventuram præcessit, attribuendum putat, atque inde argumentum suæ sumit opinionis, unde adversarius velit has Collationes Bonaventuræ denegare. Aliud insuper objicitur, quod in Collatione prima citatur Ubertinus de Casali Bonaventura posterior, et dubioso verbo *fertur* in editione Vaticana Collationibus præfixo insinuetur illarum fidem vacillare. Tria hæc potissima contorsit argumenta Rosweydus, atque ut hoc opusculum facilius ablegaret, conatus est ostendere inter recepta Bonaventuræ opuscula, alia præter istud esse adulterina. Promiseram ego in præfatione ad Collationes S. Francisci me probaturum aliqnando has Collationes octo Bonaventuræ adscribi debere. Abstineo porro ab illa tot annis agitata quæstione de authore libelli *de Imitatione Christi*, et cujusnunque ille sit, sive Bonaventura prioris, sive posterioris auctoris, adhuc recte snstineri poterit, Collationes sancti esse Doctoris. Si Joannis Gessen dicatur, ille præcessit; si Kempensis, potuit ille ex Bonaventura quædam suo argumento accommoda exscribere; et qui legit utrumque autorem adnotare in aliqno eodice ms. operum Bonaventuræ, hæc ipsa reperiri in libello *de Imitatione Christi*, eodemque modo accidere potuit de Ubertino Bonaventura juniori, ut alias (*In Annal. an.* 1289. *num.* 4.) largius probavi, notasque has ex margine in textum irrepsisse. Vocnla autem *fertur* non id, quod vult Rosweydus, insinuat, dubium scilicet aliqnod circa authorem; sed potius authorem, et locum, in quo habite sunt Collationes, confirmat testimonio, et authoritate codicum, et editionum, quo ad illud usque tempus prodierunt. Verba præmonitionis in impressione Vaticana sunt: *Hæ Collationes, ut in impressis hactenus opusculis fertur, a S. Bonaventura habitæ sunt in Conventu Tolosano, etc.* Nequo alium sensum efficinnt, quam quod Bonaventuræ sit hoc Collationum octonarium, easque habuerit in prædicto Conventu, uti probatur in præcedentibus editionibns, sed uti *fertur, refertur, ant circumfertur* in impressis codicibus. Si autem aliqnod dubium verbulum illud adveheret, consendnm esset de loco, in quo recitatæ sunt, non de authore, a quo sunt confectæ. Bonaventuræ porro tribuendas esse, præter omnes editiones confirmant Indicium Mariani, Willotus, Bellarminus, Possevinus. Stylus etiam id ipsum probat, et frequens citatio Patrum, et authorum ubique Bonaventuræ familiaris; ipsum etiam nomen *Collationum*, quo passim in aliis operibus, et opusculis utitur. Octoginta et una sunt in tomo secundo ejus Collationes in Joannem; in tomi septimi prima parte habetur ejus Collatio de contemptu sæculi divisa in septem partes, his octo Collationibus similiimas, ex sanctis Patribus, Gregorio præsertim, desumptas; et in primo prologo, qui præmittitur ad opusculum de profectu Religiosorum,

de

de quo statim, habetur, se consuevisse collationes facere ad Novitios, et alios Religiosos: *Collationes*, inquit, *meas, quas pro exhortationibus ad Novitios nostros, vel ad alios Religiosos aliquando facere solebam.* De hoc autem prologo meum paulo infra submittam judicium.

DE SPECULO DISCIPLINÆ.

Speculum disciplinæ ad Novitios ut Bonaventuræ esse neget, ita subdubitanteum introducit Henricum Sedulium nostrum, virum doctissimum, olim Germaniæ inferioris Ministrum, in secunda hujus opusculi editione typis Plantinianis: *Te præmoneo, lector, non nullos opinari, sanctum Bonaventuram non esse hujus Speculi authorem. Non ago censorem, sed hic præscribo, quod vetus exemplar Argentinense editum anno 1495. in recensu operum sancti Bonaventuræ partis secundæ his verbis præscribit:* Speculum disciplinæ, quod in hunc formam redactum est a Fratre Bernardo de Bessa, provinciæ Aquitaniæ. Nam ab ore sancti Bonaventuræ fuit scriptum, et inordinate relictum, in quo cælestes homines mores discerent, quibus proficerent. Quibus subnectit idem Sedulius: *Firmamentum trium Ordinum sancti Francisci refert sub decimo Generali Fr. Hieronymo de Exculo, quendam eximium Magistrum inter alia Speculum disciplinæ componisse; sit ne ille, quem supra dixi, in cognita.* Vir ille insignis, qui sub Hieronymo Asculano floruit, et ad præceptum ejusdem Generalis Ministri illa opera, quæ in Firmamento referuntur, composuit, ipse ille est Bernardus Bessanus, quem Indicat Sedulius, et cui uos suo loco ista opera tribuimus. In eo solum est error, quod vitam sancti Antonii Patavini dicat scripsisse, cum ea fuerit Christophori de Romandiola; Speculum autem, quod Bonaventura incompletum reliquit, Bernardus ex ore dictantis calamo excepit, et novo studio revisum complevit. Ita habet editio Argentinensis in recensu opusculorum Bonaventuræ in limine utrinsque partis primæ, et secundæ, his verbis: *Speculum disciplinæ, quod in hanc formam redactum est a Fr. Bernardo de Bessa, provinciæ Aquitaniæ. Nam ab ore sancti Bonaventuræ fuit scriptum, et inordinate relictum.* Marianus in suo Indiculo opusculorum Bonaventuræ illud commemorat, et lib. 3. cap. 3. suæ historiæ ait, Bernardum hoc Bonaventuræ opusculum imperfectum absolvisse. Similiter testantur Petrus Rodulphus de Scriptoribus, et Marcus Ulyssipponensis 2. par. suæ historiæ lib. 4. cap. 12. Opus ergo Bonaventuræ est; ornatus, et complementum Bernardi. Id ipsum accidit in laudatissimo opere *Hexaemeron* inscripto, quod Bonaventura dictabat, et imperfectum reliquit propter inopinatam assumptionem ad Cardinalatum, et Anonymus discipulus recensuit, et absolvit, uti alias opportune (*An.* 1265. *num.* 14.) narravimus, et distincte sub calcem ipsius operis narratur. Constantissime tamen hoc opus Bonaventuræ retinet nomen: ut quid non et *Speculum disciplinæ?*

DE PROFECTU RELIGIOSORUM.

De profectu Religiosorum libros duos ex confessione, et concessione prædicti Sedulii Bonaventuræ subtrahit Rosweydus, et tribuit Davili Augustano ejusdem Instituti viro æque pio, ac docto. Idipsum habet Jnstus Lamsperg to. 2. minorum operum lib. 10. epist. 25. Ut ita crederet Sedulius, persuasit Marcus Velserus Augustanus testimonio Trithemii, et mss. Germanicis codicibus quamplurimis Davidis nomen præferentibus, sub quo prodiit primus liber Augustæ anno 1596. hoc præfixo titulo: *Formula interioris hominis.* At si testimonio Trithemii standum fuerit, oportebit immutare ordinem, et titulos horum duorum librorum; quem enim priorem statuit editio Augustana, et Sedulius, posteriorem ponit Trithemius, et quem illi librum *de interioris hominis reformatione* appellarunt, ille *de exterioris hominis compositione* nuncupavit; et vicissim quem illi *de exterioris*, ille *de interioris* compellavit. Primi libri initium indicavit, *Processus Religiosi septem*, quod secundi est exordium, et secundi pria hæc transcribit verba: *Collationes meas*, qui est primus prologus libri prioris in Vaticana, Sedulii, et aliis editionibus, quam adjectivum esse Rosweydus contendit. Atqui Sedulius ipse fatetur, quotquot viderat exemplaria præsertim Gallicana, ot maximo Parisiense anni 1517. mnaniuiter in S. Bonaventuram consentire, et in prologo Speculi disciplinæ eumdem ait esse authorem libri de Profectu Religiosorum, ac Speculi disciplinæ, miraturque valde, duos hosce libellos semper fuisse disjunctos, quanlo quidem ipsa materia librorum postulat ne disjungantur; *Quid enim*, inquit, *conjunctius esse potest, quam homo exterior, et interior, hoc est corpus et anima? In Speculo disciplinæ de componendo homine exteriori; de formando homine interiori disseri in tractata de profectu Religiosorum.* Bonaventuram vero antorem fuisse *Speculi disciplinæ*, ex ipso Sedulio deduximus, et nunc, si tanta est inter utrunque opusculum colligatio, in diuciuus alterius etiam hujus opusculi fuisse Scriptorem. Profecte tractatus hic *de profectu Religiosorum*, quem alii inscribunt *de compositione hominis interioris*, alium de compositione hominis exterioris præsupponit, uam in secundo prologo autor ita præfatur: *In priori formulu Novitiorum, quam quibusdam Novitiis nostris scripsi de exterioris hominis compositione, alii quam formam eis proposui, secundum quam se regerent tam in domo, quam extra. Nunc de interioris hominis, id est mentis, reformatione aliqua, sicut eiadem promisi, tradere dispono.* Et in priori prologo prima hæc allegatur causa istuni tractatum scribendi; *Ut*, luquit, *eiadem Novitiis nostris, quibus priorem formulam scripseram de exterioris hominis compositione tan intra domum quam extra, etiam de interioris hominis reformatione aliqualem notitiam ostenderem ad profectum.* At hæc minime accommodari possnnt secundæ parti, seu posteriori libro hujus opusculi, quem primum ponit Trithemius, et *De hominis exterioris compositione* appellat, atque ab illis verbis, *Profectus Religiosi septem*, scribit incipere. Etenim totus hic liber de interioris hominis compositione, de virtutibus videlicet inserendis, et vitiis eradicandis, tractat ex professo, et brevisucule in uno, vel altero capitulo de actibus externis. Referendus est itaque uterque prologus ad alium librum præcedentem, in quo diserte, et dato opere de compositione agitur hominis exterioris. Et quidem ipse Trithemius, qui Davidi attribuit opus *de profectu Religiosorum*, contribuit etiam Bonaventuræ idipsum sub eadem inscriptione, et titulo *de profectu Religiosorum*, licet aliter referat incipere. Verba exordii, quæ addueit, sunt ea, per quæ incipit pars secunda Institutionis Novitiorum in editione Vaticana. Expensis itaque universis, non temere suspicor, quod David Augustanus aliqua fortassis immutaverit, addiderit, explicaverit in his tractatibus, ordinem, nnmerumque mutaverit capituluram, ut non immerito Sedulius dixerit, mirum in modum variare exemplaria antiqua in

in inscriptionibus, lectione, et distinctione capitum. Persisto proinde in eo, quod alias (*An.* 1272. *num.* 15.) scripsi, primum scilicet horum opusculorum texturam Bonaventuræ adscribendum, incrementum vero, et quodcunque in methodo discrimen Davidi tribuendum. Suo itaque modo, et opportuniori Novitiorum disciplinæ accommodatum, et auctum, additoque fortassis priori prologo, unisit David fratri Bertholdo, aliisque tironibus Ratisponensibus; unde illi adjudicarunt totum opus, qui aliquot exemplaria a Novitiis, vel ab aliis transcripta conspexerunt. Bertholdum autem, cui præcipue libros direxit, non fuisse celebrem illum per Germaniam concionatorem, a multis Scriptoribus digne commendatum, sed alium juniorem, alias in Annalibus Ordinis *num.* 17. opportune monui; quod et supra ad nomen *Bertholdi* indicavi.

DE INSTITUTIONE NOVITIORUM.

Institutionis Novitiorum partem primam Rosweydus eidem Davidi inde dandam putat, quod inter opuscula ejusdem impressa reperiatur sub hac inscriptione: *Formula Novitiorum de exterioris hominis reformatione*, atque David prædixerit epistolam ad Fr. Bertholdum. At Trithemius nihil tale Davidem scripsisse commemorat; recenset tamen inter Bonaventuræ opuscula istud ipsum cum eadem inscriptione, et prima verba excribit [1]uxta vetustæ exemplaris, scilicet, *Quæstio est.* Editiones recentiores ab illo titulo exordiuntur. *Quid semper Novitius considerandum?* Vetustiores vero codices aliquot ita incipiunt, *Quæstio est, quare venerit homo ad Religionem?* Secunda etiam pars ejusdem opusculi Institutionis Novitiorum habetur in Indiculo Mariani, incipiens ab eisdem verbis, quæ habet editio Vaticana, licet titulus sit diversus, scilicet *De vigiuti passibus bonorum Religiosorum.* Initium ait hoc esse: *Si vis in spiritu proficere.* Vetustos ego habeo codices duos mss. in quibus hujus opusculi est prima pars sub titulo, *De informatione Novitiorum*, et nomine S. Bonaventuræ. Mira varietas est in his opusculis de instruendis Novitiis. Valde discrepant in ordine, et dispositione, in titulis, et exordiis, in partitione, et numero capitulorum, propterea quia plerique addentes, vel dementes aliqua secundum captum suum, vel tirenum necessitatem, sive adolescentum qualitatem, immutarunt aliquando titulos, et exordia, aliique ambientes pro authoribus haberi, alias rerum formas induxerunt; unde ortum est ambigum circa genuinos Scriptores judicium.

Ege tandem puto, me labyrinthum hunc facile extricare posse ex fide, et testimonio duorum antiquorum codicum mss. unius ex conobio S. Nicolai de Arenis Ordinis S. Benedicti, alterius ex bibliotheca Minorum Conventuimium Assisii, in quibus hæc tria opuscula, scilicet *De institutione Novitiorum*, et *De profectu Religiosorum libri duo*, pulchre quidem characrere, charta pergaminea hoc ordine, et sub ista mima opusculi, seu tractatus inscriptione habentur, *Incipit tractatus beati Bonaventuræ, qui in tres partes, seu tres libros distinguitur: primus est de forma Novitiorum; secundus est de reformatione mentis; tertius est de profectu Religiosi. Et primo: Quare venerit ad Religionem, cap. primum.* Et incipit hæc prima pars: *Primo semper debes cogitare, ad quid veneris;* quod est initium primæ partis illius opusculi, quod in editione Vaticana inscribitur, *De institutione Novitiorum.* Ad finem vero hujus partis subjicitur in prædictis codicibus, *Explicit forma Novitiorum;* et statim sequitur rubrica: *Sequitur libellus quasi medius inter libellum de reformatione mentis, qui postea hic sequitur, et istum præcedentem, vel forte totum est de forma Novitiorum;* et primo incipit præfatio quædam, *Si vis in spiritu proficere*, quæ quidem sunt primi verba secundæ partis de institutione Novitiorum in editione Vaticana. Ad finem demum hujus secundi libelli subditur, *Explicit liber primus, seu prima pars de forma Novitiorum.* Deinde sequitur, *Incipit liber secundus de reformatione mentis. Caput primum. De subordinatione hujus secundi libri ad præcedentem;* et incipit liber, *In priori formula Novitiorum, quam scripsi de exteriori compositione hominis*, etc., quod est initium prologi secundi in editione Vaticana, n quo tamen in his codicibus ipse liber exorditur. Absoluta hac secunda parte, subditur ista rubrica: *Incipit tertia pars de profectu Religionis, quæ distinguitur in septem partes, vel processus, et primo, De primo processu, qui est processus Novitiatus, quo conversus noviter ferrens est ad omnia, cap. primum.* Incipit liber, *Profectus religionis septem processibus distinguitur*, quæ sunt priora verba libri secundi *De profectu Religiosorum* in editione Vaticana. Ex his codicibus conficitur, in Sixtina editione præposterum esse ordinem opusculorum, et illis duobus libris *De profectu Religiosorum* præponendum esse illud de Institutione Novitiorum, quod totius tractatus in tres partes divisi est prima. Valde discrepant hi codices ab editione ista, sicut supra dictum est, ad quorum fidem, Deo dante, ego quamprimum istum integrum tractatum omnium, quos scripsit Bonaventura ad Religiosorum instructionem maxime necessarium, restituam, et codicum diversitatem adjicium; ostendamque Davidem Augustanum multa immutasse ad commodiorem Novitiorum disciplinam, et primum illum prologum secundi libri adjecisse, atque ita unicuique sua laus tribuatur; Bonaventuræ tanquam primo authori; Davidi tanquam politori, et auctori.

DE SUMMA ESSENTIAE ETC.

Opusculorum autem, quæ in Appendicem editionis Vaticanæ rejecta sunt, primum occurrit, quod *Summa de essentia, et incisibilitate, et immensitate Dei* nuncupatur. In præfatiuncula ad istud opusculum monetur in editione Vaticana, impressum fuisse in tomo nono operum S. Hieronymi inter ea, quæ illi falso adscribuntur, sub illo titulo magis proprio: *De his, quæ Deo in Scripturis sanctis attribuuntur.* Habetur quidem inter epistolas spurias, numero quinta decima. Sed neque epistolæ formam retinet, neque a longe stylum, aut methodum redolet Hieronymi. Opus est certe Theologi scholastici, Hieronymo longe recentioris, scholæ terminis abundans. Bonaventuræ tribuendum esse suadet Indiculus Mariani, editio Argentinensis anni 1495. aliæque subsequentes, nec non simillis per omnia alter ejusdem Bonaventuræ tractatus, quem inscripsit: *Declaratio terminorum Theologiæ.* Exordium utriusque operis idem est, *Omnipotens Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus unus est Deus*, etc. Et in utroque per multas periodos Dei attributa prosequitur; ex quibus sciobis aliquis laxum, longumque titulum apposuit. Potius ita ad modum alterius supradicti opusculi inscribendum esset: *Declaratio eorum, quæ Deo in sacris Scripturis attribuuntur.*

DE SEX ALIS CHERUBIM.

Secundum opusculum *De sex alis Cherubim*, Trithemius, Franciscus Swertius, et alii tribunut Alano de

de Rupe Insulensi; sed nemo exordium operis adjungit, licet Trithemius, et Gesneras reliquorum plerumque ejus operum prima verba, seu initium apponant. Marianus hoc opusculum inter reliqua connumerat, et prima verba, *Primo ala est confessio*, recenset. In editione Argentinensi ita inscribitur: *Tractatus de sex alis Cherubim a B. Bonaventura editus, ab aliquibus Alano adscriptus.* Non vidi hucusque opera Alani excusa, neque opusculum hoc sub ejus nomine eirumferri. Suspendo itaque judicium. Germanum quidem videtur alterius apud Bonaventuram opusculi, *De sex alis Seraphim*, eique proinde in editione Argentinensi conjunctum.

DE MODO CONFITENDI.

Quod inscribitur, *De modo confitendi, et puritate conscientiæ*, est sexagesimum quartum inter opuscula S. Thomæ, eique adnumeratur a Trithemio, Gesnero Antonio Senensi; sed et in Indiculo Mariani Florentini recensetur inter opuscula Bonaventuræ, et in editione Argentinensi anni 1495. aliisque impressionibus sub eodem prodiit authore. Et quidem Joannes Gerson illud Bonaventuræ adjudicat, etsi viderit S. Thomæ titulum præferre. Etenim in fine opusculi *De solutione divina*, in parte operum secunda ita habet: *Notetur item ad intellectum plenioremi præmissorum tractatulus, quem adscribunt aliqui sancto Thomæ, sed magis apparet ex stylo, et materia, quod sit Bonaventuræ, qui incipit,* Quoniam fundamentum, et janua; *et est utilis multum.* Nihil amplius definire, utrumque vidi o ndstipulani vetustas editiones, et testes: discrepantia aliqualis est in partitione capitum; nam aliter disponuntur apud S. Thomam, aliter apud Bonaventuram.

DE MYSTICA THEOLOGIA.

Mysticæ Theologiæ tractatus etiam in Indiculo Mariani censetur, de quo tamen qui præfuerunt editioni Vaticanæ subdubitant, an sit Bonaventuræ tribuendus, quia capite primo particula secunda, ubi agitur de beneficiis specialibus, loco illorum verborum, *Quem maxime ad religionem Fratrum Minorum divina clementia provocavit*, codex quidam ms. antiquus habet, *Ad religionem Carthusiensis Ordinis divina etc.* Et paulo infra ubi habet editio Vaticana: *Quia eum non ad Regulam beati Augustini, vel Benedicti Redemptoris gratia revocavit; sed ad illam sacratissimam, quam ipsemet elegit, quando ductus est in desertum, ubi quadraginta diebus, et noctibus jejunavit, et in maxima paupertate per mundum prædicavit, et saluti omnium ardentissime intendit, et Præcursor suus proprie instituit, etc.* In codice vero ms. desunt illa verba, *Et in maxima paupertate per mundum prædicavit, et saluti omnium ardentissime intendit:* quasi reliqua conveniant Ordini Carthusiensium, et inserta illa verba adjuncta sint ad conducendum discursum in favorem, et aliquisiem insinuationem Ordinis Minorum. et propterea adjudicandum sit hoc opusculum alicui Scriptori Carthusiensi. Sed antequam hoc ferretur judicium, examinandi erant codices, et videndum quinam erant corrigendi, quis ille integer, et quis erat corruptus? an Minoritcus restituendus ad puritatem Carthusiensis, an vice versa iste ad integritatem illius? Certe nt negari possit hic in postremo illo loco indicari Regulam S. Francisci, abradenda erant illa verba continno sequentia: *Et ipsam in scipso serrans* (CHRISTUS), *et nobis servandam monstravit. In tantum aliis regiminibus hæc Regula est sublimior, in quantum doctrinam humanam divinum eloquium præexcellit.* Sunt enim hæc ipsa illa elogia, quæ Regulæ Minorum tribuit Nicolaus III. extr. *Exiit qui seminat* de verb. signif. in sexto. *Hæc est,* inquit, *quæ Evangelico fundatur eloquio, vitæ Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis Ecclesiæ Apostolorum ejus sermonibus, actibusque firmatur, etc. Hæ est apud Deum, et Patrem munda, et immaculata religio, quæ descendens a Patre luminum, per ejus Filium exemplariter, et verbaliter Apostolis tradita.* Et ipse sanctus Franciscus in limine suæ Regulæ ita eam ad paucorum verborum compendium redegit, dicens, *Regula, et vita Minorum Fratrum hæc est, scilicet sanctum Domini nostri Jesu Christi Evangelium observare;* quod equidem per omnia capita, et periodos Regulæ comprobatur, dum singula ferme verba in sacro continentur Evangelio. Unde non immerito author ille loquens de Regula Minorum ait, quod Christus eam in se servaverit, et aliis servandam monstravit, et quod alias Regulas tantum excellit, quantum divinum eloquium Evangelii excellentius est doctrina humana, quæ vere per alias Regulas sparsa conspicitur. Editio Argentinensis saepius citata in Indice opusculorum secundæ partis, et in exordio ipsius tractatus monet, illam a quibusdam tribui Henrico de Palma, his verbis: *Mystica Theologia, quæ licet Henrico de Palma ascribatur a quibusdam aliis, a pluribus tamen S. Bonaventura ejus author ascribitur. Nam idem Fr. Henricus aliam prius confecerat,* et quasi eandem materiam tractaverat, *sed longe alio stylo, propter quod sibi hæc mystica Theologia ascripta fuit.* Hinc fortassis prodiit illa codicum corruptio, et transmutatio, et quod Henricus hic Carthusiensis fuerit Instituti; ejus tamen mentionem neque apud Trithemium, neque apud Eysengreuium, neque apud Gesnerum invenio: solum Possevinus ait eum scripsisse meditatiouem aute, et post Missam, et ei tribuit hoc opusculum Bonaventuræ; sed non exprimit, cujus fuerit Instituti, aut conditionis, aut qua vixerit ætate; quod etiam se Incompertum habere asserit Theodorus Petrejus in sua Bibliotheca Carthusiana, nec audet hoc opus asseverauter Henrico tribnere, sed tautum nit illud a nonnullis ei adscribi. Demum stylus operis nihil abhorret a scriptione Bonaventuræ, quantumvis censor in operis capite aliter senserit; et argumentum illud *De tribus viis, purgativa, illuminativa, unitiva* est Bonaventuræ familiare, alliisque in libris abundat sensibus anagogicis, qui hic sunt valdo frequentes. Postremo sub Bonaventuræ nomine illud Hispaniee tradnctum Hieronymus Gratianus Carmelita edidit Madriti Regiis typis anno 1607.

DE COMPENDIO THEOLOGICÆ VERITATIS.

Compendium Theologicæ veritatis attribuit Trithemius Ægidio Romano, alli Alberto Magno, alli S. Thomæ Aquinati. Sed neque Trithemius, neque alius quispiam, qui de Scriptoribus egit, opus hoc tribuit Alberto. S. Thomas vero scripsit Compendium Theologiæ, quod inter ojus opuscula est secundum, sed omnino exordio, methodo, quæstionibus, operis partitione ab isto distinctum. Cohæret principium opusculi Ægidiani cum isto Bonaventuræ, et si cui præter Bonaventuram adscribendum erit, Ægidio debetur. Suffragantur Bonaventuræ codex ms. Vaticanus, qui ad opusculi finem cha-

characterе recentiori ita habet, *Compendium Theologicæ veritatis Bonaventuræ;* et alius extra Vaticanum codex pervetustus, qui in ipso limine a parte superiori primæ paginæ depictum habet S. Bonaventuram docentem e suggesto, et a parte inferiori S. Franciscum stigmata Christi suscipientem, ex quo non leve rei comprobandæ accedit adminiculum: et quod magis urget, divisus est iste tractatus in libros septem ad modum *Breviloquii*, et doctrina valde conformis est iis, quæ Bonaventura scripsit in prædicto *Breviloquio*, in *Centiloquio*, in libris Sententiarum, sed et verba sæpius eadem utrobique leguntur: male me tamen habet, quod neque in Indiculo Mariani, neque in primis duabus editionibus Argentinensibus, quæ sunt reliquis vetustiores, hic tractatus habeatur.

Hæc habuimus nunc dicenda de operibus S. Bonaventuræ hactenus impressis; innova editione, quam molimur omnium operum, plura adjiciemus, ad singula sua præfigentes argumenta, et censuras.

BONAVENTURA BARONIUS Hibernus, Clonmelliensis, meus ex sorore nepos, hujus nostri Collegii sacræ Theologiæ per aliquot annos Prælector, edidit

Orationes Panegyricas sacro-profanas decem. Prima, quæ est de venustate Virginis Mariæ, incipit, *Semper censui eorum perstringendam temeritatem.* Prodiit Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1643.

Metra miscellanea, quorum primus liber est *Epigrammatum;* alter *Sylvulæ variorum*, quibus accesserunt *Elogia aliquot illustrium Herowm.* Incipit opus ab Epigramnate de Christi æterna generatione, cujus exordium est, *Solvit inauditum paritura silentia verbum.* Prodiit apud eumdem Typographum hoc anno 1646, quo ista scribo.

Habet prælo paratum opus, quod inscripsit, *Prolusiones Logicæ et Philosophicæ*, quibus adnectitur omnsculum inscriptum, *Harpocrates quinqueludius*, sive *Diatriba silentii.*

Centuriam epistolarum selectarum.

Obsidionem, et expugnationem arcis Duncanon in Hibernia sub Thoma Prestono.

Opus grave Philosophicum, et Theologicum pro Scoti doctrina defendenda, tomis tribus distinctum.

BONAVENTURA BELLUTUS Siculus, Catanensis, Conventualis sacræ Theologiæ Magister, de quo vide verbo *Bartholomæus Mastrius;* præter opera ibidem relata edidit

De Incarnatione Domini ad mentem Scoti.

BONAVENTURA BLANCHUS e Cotiniola Æmiliæ, sive Romandiolæ oppido, Reg. Observ. provinciæ Bononiæ, edidit.

Quadragesimale. Bononiæ anno 1554.

Sermones Dominicales.

Homilias per annum.

De illustribus viris novi, et veteris Testamenti.

Prodierunt Bononiæ an. 1534. apud Baptistam Faelhum.

BONAVENTURA BRIXIANUS, præscripsit

Regulam, sive *Normam musicæ planæ*, seu *Gregorianæ.*

BONAVENTURA BROCHARTI Normandus, vir egregius, constantissimus hæreticorum impugnator, labores plurimos per universam Galliam pro fidei Romanæ contra novatores defensione perpessus, peragratis Palæstina, et Arabiæ regionibus, amplam edidit

Chronographiam Syriæ, et utriusque Arabiæ.

BONAVENTURA BRUXELLENSIS Capuccinus, provinciæ Flandriæ, scripsit

Speculum patientiæ Salvatoris nostri Jesu Christi. Antuerpiæ apud Joannem Cnobsebt anno 1632.

BONAVENTURA e CALLIO Italus, reliquit

Tractatus nonnullos variarum rerum, qui in Bibliotheca Franciscanorum Bononiæ asservantur.

BONAVENTURA CAMUS Gallus provinciæ Franciæ Parisiensis Definitor, scripsit

Sermones de Eucharistia.

BONAVENTURA e CELANO Italus, provinciæ sancti Bernardini, scripsit

Sermones de tempore.

BONAVENTURA e CINERIBUS Italus Reg. Observ. scripsit

Epitomen operum sancti Bonaventuræ.

Tabulam item *uberrimam in omnia opera ejusdem.*

BONAVENTURA COLUMBUS Nicensis, Ordinis Min. Convent. provinciæ sancti Bonaventuræ, sacræ Theolog. professor, edidit

Epitomen Dialecticam, et novos cursus Philosophicos Scotistarum.

Seraphicam Apologiam adversus opinantes, sanctum Franciscum Minorum Institutorem Religionem Eremitarum Sancti Augustini fuisse professum. Cui addidit brevem tractatulum de forma Caputii ejusdem S. Institutoris. Aquis Sextiis apud Stephanum David anno 1638.

BONAVENTURA CURCUREUS, composuit

Officium de gratia a Deo collata sancto Francisco.

Ad Matutinum, *de Conformitate nativitatis ejus ad Nativitatem Christi.*

Ad Primam, *de Vocatione, et conversione B. Francisci pro salute mundi.*

Ad Tertiam, *de Institutione Ord. et Regulæ B. Francisci.*

Ad Sextam, *de Studio orationis beati Francisci, et spiritu prophetiæ.*

Ad Nonam, *de obedientia creaturarum ad B. Franciscum.*

Ad Vesperas, *de Impressione sacrorum Stigmatum.*

Ad Completorium, *de Transitu sancti Francisci ad cœlum.*

BONAVENTURA DERNOY Leodius, Minister provincialis per Flandriam, edidit

Praxim justitiæ Christianæ per totius anni menses, hebdomadas, et dies. Colonie anno 1630.

BONAVENTURA GONZAGA Italus, a secretis Ord. Min. edidit.

Commentaria in Canticum B. Virginis, Magnificat anima mea Dominum.

In Prædicamenta Aristotelis, et

Carmina quædam spiritualia, lingua Etrusca.

Vivebat anno 1576.

BONAVENTURA HOSSÆUS Hibernus Ultoniensis, sacræ Theologiæ Lector in Collegio Lovaniensi Minorum Hibernorum, vir insignis, magnoque in pretio habitus apud Hibernos propter singularem illius idiomatis, reique Hibernicæ peritiam; scripsit Hibernice

Catechismum Hibernicum brevem quidem, sed magna claritate, et doctrina, illi genti commendatissimum. Prodiit characteribus Hibernis Lovanii in prædicto Collegio anno 1608.

Vivebat author anno 1610.

BONAVENTURA JACSENIUS, restauratæ provinciæ Anglicanæ primus Definitor, et Guardianus Collegii Anglo-Duaceni, multa pro fide Catholica perpessus, scripsit librum ita inscriptum,

Manuductio ad palatium veritatis; ubi docte ac clare

clare errantes in viam veritatis redneit. Mechliniæ anno 1616.

BONAVENTURA MALVASIA Bononiensis, Ord. Minorum Conventualium Doctor Theologus, et in sacra Congregatione de propaganda fide Qualificator, edidit

Dilucidationem speculi verum monstrantis, in qua instruitur in fide Christiana Hamet filius Zin Elabedin in regno Persarum Princeps, et refellitur liber a doctoribus Persis editus sub titulo, *Politor speculi verum monstrantis*. Romæ ex typis supradictæ Congregationis anno 1628. in 4.

BONAVENTURA MANENTI Brixianus, Conventualis, scripsit

Varias observationes in Tataretum, et in Quodlibeta Scoti. Venetiis 1583. in fol.

BONAVENTURA a MONTE FLORIDO Gallus, lieg. Observ. Theologus, scripsit

Illustrationes mysticas, et litterales in Regulam, et Institutum sancti Francisci. Ruessii apud Stephanum Andream 1625. in 4.

BONAVENTURA MORONUS Italus, Tarentinus, Strict. Observ. varia scripsit Italico carmine, et Latino.

Exequiarum Christi tragediam spiritualem. Venetiis anno 1629.

Rhythmos sacros. Ibidem 1622.

Catalidiados, sive vitæ sancti Cataldi libros sex, docto quidem, et gravi carmine Latino. Romæ 1614.

Carmina sacra super Salutationem Angelicam, et super Antiphonam majorem Salve Regina.

BONAVENTURA ab OLDENZEEL in provincia Transisalana, doctrina, vita, concionibus non Trajecti ad Mosam, sed Ultrajecti ad alveum Rheni veteres, adeo inclaruit, ut ab Episcopo Ultrajectensi Georgio ab Egmont æterna memoria digno viro conscratus fuerit Episcopus Hebronensis, futurus ejus suffraganeus, scripsit

Sermones multos, quorum bona pars mss. in Bibliotheca Minorum Lovanii asservatur. Obdormivit in Domino Ultrajecti anno 1539.

BONAVENTURA OLGIATUS Italus, Insuber, Comensis, Regul. Observ. scripsit

Vitam Merandi Martyris.

Historiam celeberrimi Templi dicti, Eremus B. Mariæ Virginis urbis Suitensis in Helvetia, Germanice scriptam transtulit in linguam Italicam anno 1605.

BONAVENTURA PARAVICINUS provinciæ Mediolanensis, scripsit

Lectiones 37. *super quatuor virtutes cardinales*, anno 1626. ms.

BONAVENTURA PASSERUS Nolæ ex patre Neapolitano, matre Nolana natus, anno quintodecimo ætatis Ordinem Minorum Conventualium in patria ingressus, ingenii felicitate, studiorumque assiduitate eos fecit progressus, ut an. 1588. Doctoratus lauream acceperit, et Gymnasia Salernitanum, Mediolanense, Bononiense, Neapolitanum summa cum laude sit moderatus, et ter missus sit ad visitandum, et reformandum omnia regni Neapolitani Gymnasia. Colomensis provinciæ factus est Minister, Bononiæ, et Mediolani. Fuit Consultor sancti Officii, et in urbe Senarum Inquisitor. Bononiæ ære publico Metaphysicam prælegit. Neapoli fuit Collegii Theologorum Decanus, Vicecancellarius, et librorum Corrector. Romæ demum in Collegio sancti Bonaventuræ Regens, factus est Congregationis Indicis librorum Consultor. Præcipuis in urbibus Italiæ miro applausu prædicavit. Edidit

Tractatum de scientia Dei, inscriptum, *Pinacotheca selecta*.

Sermones valde elegantes, lingua Etrusca.

BONAVENTURA PIUS a Costaciario, Minister Generalis Conventualium electus Anconæ 1543. deinde Episcopus Aquensis, scripsit

Opuscula quædam in Scoti doctrinam.

BONAVENTURA RAPICIA e Castro Alferi dioc. Astensis vico in Pedemontio Reg. Observ scripsit.

Dialogum de Rubricis Breviarii, et Missalis, adjunctis aliquot observationibus cum Gregoriani. Vercellis apud Franciscum Bonatum an. 1592.

Librum de casibus conscientiæ per modum dialogi.

BONAVENTURA REUL, ex Astenat, Limburgus, provinciæ Colonie, sacræ Theologiæ Lector emeritus, aliquoties Guardianus, et tandem Minister, scripsit

Synopsin obligationum Regulæ sancti Francisci. Coloniæ an. 1614.

BONAVENTURA a SALINIS, et Corduba Reg. Observ. provinciæ sanctorum duodecim Apostolorum in India Occidentali, sacræ Theologiæ Lector emeritus, et Custos, Procurator Limensis pro Canonizatione venerabilis servi Dei Francisci Solani illius regionis vere Apostoli, et Magistri, edidit

Breve compendium, seu memoriale magnalium, et dignitatum Imperii Peruani ad Philippum Quartum Regem Hispaniarum. Madriti anno 1630.

Habuit, dum hic Romæ causam prædictæ Canonizationis urgeret, integrum eorum Philosophicum typis committendum, quem an adhuc commiserit, ignoro.

BONAVENTURA SECUSIUS a Calatagirona, Siculus, totius Ordinis Generalis Minister, vir vere magnus, et doctus, cujus opera usus est Clemens Octavus in pacificandis Hispanis, et Gallis, quod ille, etsi multo labore, magnisque itineribus, feliciter peregit. Mira vaiebat dicendi facundia, persuadendi efficacia, et in rebus gerendis præstantia. Suscepti laboris, et rei bene peractæ præmium accepit a Clemente Patriarchatum Constantinopolitanum, a Philippo Secundo Pactensem Episcopatum, Archiepiscopatum Messanensem, mox pinguissimam Ecclesiam Catanensem; scripsit

Pacis initiæ inter Philippum Secundum Hispaniarum, et Henricum Quartum Galliarum Reges historiam.

Obiit Catanæ die 29. Mart. an. 1618. sepultus in sua Ecclesia eum hoc epitaphio.

D. O. M.
ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO
FR. BONAVENTVRÆ SECVSIO CALATAGERONENSI,
VIRO NON MINVS GENERIS, QVAM VIRTVTVM
SPLENDORE PERCELEBRI, FRANCISCANÆ FAMILIÆ
GENERALI MINISTRO,
SANCTISS. DOM. NOSTRI CLEMENTIS VIII. PONT.
NVNCIO, PACIS INTER PHILIPPVM II. HISPANIÆ,
ET HENRICVM IV. GALLIÆ REGES, ALIOSQ.
DVCES MEDIATORI,
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANO,
PACTARVM EPISCOPO, ARCHIEP. MESSAN. AC DEMVM
CATANENSIS ECCLESIÆ PRÆSVLI DIGNISS.
HOC IMMORTALITATIS TROPHÆVM IN MORTALIBVS
STATVERVNT, NE VITÆ OBLIVIONI VICTOR
VNQVAM SINE LAVDE SVCCVMBERET.
OBIIT CATANÆ DIE XXIX. MARTII M. DC. XVIII.
ÆTATIS SUÆ LX.

BONA-

BONAVENTURA SPEECKAERT Bruxellensis Capuccinus, scripsit Flandrice

Speculum sapientiæ Jesu Christi, etc. Antuerpiæ 1632.

BONAVENTURA THAMAR de Istria, edidit

Artem theoricam bene inserviendi Deo.

BONAVENTURA THEULUS Veliternus, sacræ Theologiæ Magister, olim a secretis Ordinis Minorum Conventualium, et Minister provinciæ Romanæ, vir doctus, et plus edidit Italice historiam Velitrarum sub hoc titulo:

Teatro historico de Velletri insigne città, e capo de' Volsci, ad Eminentissimum Cardinalem Hieronymum Verospium. Velitrii apud Alpionsum de Insula.

Curavit excudi *Philosophiam Gulielmi Occham*, ad Eminentissimum Franciscum Marium Brancaccium. Romæ anno 1635, apud Joannem Baptistam Robiettum, de qua vide verbo *Gulielmus Occham*.

Apparatum historicum provinciæ Romanæ.

BONAVENTURA de VINCENTIA, Tertii Ord. Visitator Generalis, collegit

Omnia decreta generalia illius Instituti, et in unum corpus ad normam Regulæ redegit, quam a Rodulpho Cardinali Carpensi Ordinis Protectore approbari, Fratribusque observandam proponi curavit. Illam typis evulgavit anno 1551. ad quam varias collationes, et adnotationes adhibuit Antonius de Syllis, apud quem legi poterit. Vide verbo *Antonius de Syllis*.

BONETUS N. quibusdam Joannes Bonetus, edidit

Formalitates ex doctrina Scoti.

In Metaphysicam Aristotelis commentaria.

Tractatus de Conceptione juxta Clementis V.

BONIFACIUS BONIBELLUS Italus a Sabio vico, Strict. Observ. provinciæ Romanæ Laicus, sive Conversus, scripsit vernacule

Chronica de exordiis, et progressu reformationis in provincia Romana, ubi de multis viris piis, eorumque mirandis agit operibus.

Vitam et gesta piissimi, et doctissimi viri Angeli del Pas, de quo suo loco actum est. Fuit ejus socius per multos annos, unde et potuit perfecte illius acta enarrare. Habeo ponce me mss.

BONIFACIUS de CEVA Ligur, Marchionum de Ceva filius, Saxoniæ Ducum consanguineus, J. V. Doctor in sæculo, habitum suscepit in Conventu Rubei-Montis provinciæ S. Bonaventuræ. Cum vero probatæ esset virtutis, et singularis in rebus agendis dexteritatis, factus est non semel pacis sequester inter Galliæ Principes tumultuantes, nec non provinciæ Franciæ Minister et Commissarius, Reformator provinciarum Turoniæ, et S. Bonaventuræ, ac magni Conventus Parisiensis, qui legibus a se conditis omnes ad saniorem vitæ rationem revocavit, quos postea Leo Decimus Fratribus Regularis Observantiæ univit. Edidit autem Bonifacius

Harum Constitutionum leges, quibus præfatas provincias composuerat, quasque velut testamento illis legavit.

Opus eruditum, quod inscripserat, *Viaticæ excursiones. De variis hominum vitiis, ad Joannem Episcopum Taurinensem.* Parisiis per Joannem Parvum anno 1518. Scripsit insuper

Responsionem ad quandam Apologiam contra se factam.

De perfectione Christiana ad Leonem Decimum. Parisiis anno 1517. Multi hunc librum valde commendant.

Quadragesimale, et Sermones Paschales. Ibidem per Bartholdum Rembolt eodem anno.

Tractatum de scientia, ac arte bene moriendi.

Obiit Parisiis, sepultus ante aram majorem, ubi hanc habet inscriptionem.

FRATRIS BONIFACII DE CEVA
CLARISSIMIS NATALIBVS ORTI
OMNIQVE DISCIPLINARVM GLORIA
EMINENTISSIMI
AC PROVINCIÆ FRANCIÆ ORDINIS MINORVM
MINISTRI PRÆSTANTISSIMI
HIC SITA SVNT OSSA
ANNO M.D.VII. APRILIS XII.

Ita porro hominem laudat vir magnus Blasius de Varda frequens ejus auditor, in epistola præliminari Quadragesimalis:

« Crederes dubio procul bonum illum Bonifacium « nunc nunc ex Deorum concilio inter mortales devo- « lasse; eo enim suscepti in se divini ignis ardore de- « flagrat; ut quem sermone aggreditur, vel novum illi « superinduere animum videatur, vel ardenti quasi « facula inertes animos extra se ad supermundanorum « contemplationem ocyus inflammet. Si ad divina nunc « exurgat eloquia, dices in ejus animo ipsa sedes po- « suisse: si flexis iude habenis ad altos juris, legumque « gurgites se convertat, putabis utriusque vortices « ipsius stagnare in pectore ».

BONIFACIUS FAUSTUS de Monte Urno Piceni sacrarum concionum per universam Italiam declamator celeberrimus, varias edidit conciones:

De S. Carolo, de S. Ignatio, de beato Aloysio, de S. Sindone, de Clavo Mediolani asserrato, et alias.

BONIFACIUS GALLUS, provinciæ S. Bernardini Minister, sac. Theologiæ, ac utriusque juris Doctor, edidit

Quadragesimalium sermonum volumen. Parisiis anno 1510.

BONIFACIUS STEPHANUS Ragusinus, Prædicator Apostolicus, et Stagni Episcopus, cum a Pio V. Summo Pontifice ad Philippum II. Regem Hispaniarum ablegaretur circa conservanda Terræ sanctæ loca, scripsit

Librum de perenni cultu Terræ sanctæ, et de fructuosa eius peregrinatione. Prodiit Venetiis ex typographia Guerræ anno 1573.

BONITUS COMBASSONIUS Sabaudus, Convent. sacræ Theologiæ Doctor, edidit librum inscriptum,

Vera et dilucida explicatio præsentis status totius Seraphicæ Religionis Fratrum Minorum. Primo prodiit Friburgi apud Matthiam Nudel 1628. in 12. secundo Lugduni 1629. tertio Augustæ Vindelicorum apud Andream Arpegerum 1630. quarto Coloniæ apud Constantium Munich 1640. Alia edidit Philosophica et Theologica mihi adhuc invisa.

BRIDUS N. edidit

Sermones de Cœna Domini.

BRINKELEYUS BRINCHIUS, ut habet Possevinus, scripsit

Distinctiones Theologicas lib. 1.

Lecturam Sententiarum lib. 4.

Determinationes lib. 1.

BRITO Reg. Observ. insignis Poeta, decantavit

Carmen satis cultum de expositione vocabulorum difficilium, quæ in sacris Bibliis reperiuntur. Exordium operis est, *Difficiles studio partes, quas Biblia gestant.*

Expositiones in omnes Prologos S. Hieronymi, quos sacræ Scripturæ præposuit.

BRU-

BRUNUS WIBOT Belga, provinciæ S. Andreæ Custos, edidit gallice tractatum inscriptum,

Iter sanctum Animæ.

Item *Tractatum de sancta Communione Eucharistica.*

C

C.ELESTINUS BERGOMAS Capuccinus, scripsit Italice

Historiam quadripartitam urbis Bergomensis, et sui districtus. Prima pars prodiit Brixiæ apud Sabios anno 1618. in 4. Secunda Bergomi apud Valerium Venturam anno 1617.

Relationem brevem adventus Capuccinorum in eam urbem, Cœnobiorum a Bergomensibus pro eisdem fundatorum, et de origine, et habitu eorundem. Ibidem apud Bartholomæum Fontanam an. 1622.

C.ELESTINUS a MONTE MAUSANÆ Gallus, Capuccinus, insignis Concionator provinciæ Aquitaniæ, scripsit

Scripturæ sacræ Prosopochronica. Parisiis anno 1648.

Historiæ Ecclesiasticæ Synopsim Prosopochronicam. Tolosæ apud Joannem Bonde anno 1644. Edidit etiam magnum, et doctum opus, cui titulus,

Clavis Davidi Scripturæ sacræ secreta reserans, universis sacræ Scripturæ studiosis electam hac in arte longa, et vita brevi Bibliotheeam exhibens. Burdigalæ typis Bergemanis anno 1650.

C.ELESTINUS SUESSIONENSIS, Tertii Ordinis Strict. Observ. Sacerdos Theologus, et provinciæ Aquitaniæ ejusdem Instituti Exprovincialis Minister, edidit

Compendium Theologiæ moralis; in quo de scientia Confessariis necessaria tractatur. Parisiis apud viduam Joannis de Hengueville anno 1635.

Tractatus de Judicio Regulari.

C.ESAR LANZA, sive Lancea, Patavinus, scripsit

Commentarios in Prædicabilia Porphyrii.

Quæstionem de exactione.

De Sacrificio Missæ.

C.ESAR LIPPUS Mordanus, Episcopus Cavæ in regno Neapolitano, Theologus, et Ecclesiastes insignis, edidit

De perfectionibus, et laudibus beatæ Virginis, lib. 1.

CALLISTUS NEAPOLITANUS, Reg. Observ. sacræ Theologiæ Professor, scripsit

Libellum de triplici statu animæ humanæ juxta principia Theologorum, et Philosophorum. Editus est Romæ apud Joannem Martinellum an. 1586. et 1588.

CALISTUS a NEUBERGA, scripsit

Repertorium Juris utriusque, anno 1546. Extat ms. in conventu Annuntiatæ Varisii.

CAMILLUS CÆSAREUS Ebolitanus, scripsit Italice

De Christiana amicitia.

CANDIDUS RANZUS Italus, Vercellensis, Reg. Observ. vir nobilis, pius, et doctus, scripsit

Grande volumen de statu spirituali mundi, in tres libros divisum. In primo agit, *De mundi erroribus;* in secundo, *De hominis miseria*; in tertio, *De relatione disciplinæ Ecclesiasticæ.*

Salutationes septem ad B. Virginem Mariam; in quibus meditationes explicantur recolendæ in recitatione Coronæ ejusdem.

Obiit die 17. Septembris anno 1515. in oppido S. Georgii Canapicii. Ejus vita, et acta habentur in 4. parte Chronicorum Cimarelli lib. 9. capit. 62. et sequentibus.

CAROLUS de AREMBERGH Bruxellensis, nobilissimæ prosapiæ, Capuccinus, provinciæ Flandriæ, Definitor generalis ingentibus consanguineorum sumptibus edi, et incidi laminis æneis curavit

Flores Seraphicos, seu icones, vitas, gestaque virorum illustrium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum, qui habentur in Annalibus Zachariæ Boverii, de quibus vide verbo *Zacharias Boverius.* Tomi duo Coloniæ 1640. et 1641.

Aliud nuno opus edit inscriptum, *Clypeus Seraphicus, sive Sentum veritatis in defensionem Ordinis Minorum.*

CAROLUS BOULANGER, Capuccinus, edidit

Decem solitudines. Parisiis apud Vitnam Nicolai Buon, et Dionysium Thierry 1645. in 8.

Tractatum de unione amoris cum Deo.

Dicitur etiam, quod sit author cujusdam libri, qui absque authore incibitur, *Exercitium trium clavorum amorosorum, et dolorosorum ad imitandum Jesum Christum in Calvario affixum, et nos illi uniendum.* Parisiis apud Joannem Camusat 1636. in 12.

CAROLUS JOSSE Gallus, Conventus Cenomanensis, scripsit

Sermones Adventuales in Psalmum: Super flumina Babylonis, quos Gallice inscripsit, *La deronte de Babylone*, id est, *Babylonis dissipatio.*

CAROLUS RAPINÆUS Gallus, sacræ Theologiæ Lector Strict. Observ. provinciæ sancti Dionysii olim Minister, edidit

Nucleum Philosophiæ Scoti. Parisiis anno 1625. in 8.

Expositionem in Regulam S. Francisci ex ipsius S. Institutoris verbis, et doctrina. Parisiis apud Antonium Bertier 1640.

Historiam generalem originis Recollectorum, Gallice in 4.

CASIMIRUS POSNANIENSIS Polonus Reg. Observ. Theologus, scripsit

Observationes in Bullas Leonis Decimi, quas vocant *Unionis* Ordinis S. Francisci, quarum prima incipit, *Ite et vos in vineam meam*; secunda, *Omnipotens Deus.* Francofurti apud Jacobum Roberger an. 1539. in 4.

B. CATHARINA BONONIENSIS (nti communiter asseritur, etsi in fine opusculi de Revelationibus ipsa ita subscribat: *Ego Catharina pauperula Bononiensis, licet Veronæ concepta, et nata, Ferrariæ educata, et Christo desponsata.* Ita habet meus Codex ms. satis vetustus; sed aliter legit Jacobus Grassetus Soc. Jesu, qui nuperrime ejus vitam conscripsit, et Bononiæ natam affirmat) ex honesta, et lucupiete Vigrorum familia, patre Joanne Ferrariensi, matre Benevenuta Bononiensi. Ordinem sanctæ Claræ, non vero sancti Angnstini, nti inaniter leviusculo fundamento deducere conatas est Thomas de Herrera alias vir doctus noster amicus in suo Alphabeto Augustiniano. Ferrariæ professa, Bononiam translata est, ut novum, et insigne quidem Corporis Christi ejusdem Instituti gubernaret Monasterium. Virtutibus, et miraculis illustris, divulsque revelationibus assuota, migravit ad Dominum anno 1463. die 9. Martii. Ejus corpus incorruptum, mirum spirans odorem in cathedra sedens ab omnibus conspicitur. Eam coli Officio divino indnisit Clemens Septimus, sed et Clemens Octavus eam

eam tabulis Ecclesiasticis, seu Martyrologio Romano ad diem nonum Martii curavit inscribi. Nunc in Urbe de illius canonizatione serio tractatur. Illuminata Bemba ejus socia, et multi viri docti illius acta scripserunt, ex quibus nos tomo 6. Annal. ad prædictum mortis annum potiora quæque collegimus. Scripsit autem Catharina propria mann idiomate Latino, quod egregie callebat,

Rosarium metricum de mysteriis Passionis Christi Domini, et de Vita B. Mariæ Virginis. Incipit, *Rosarium antiquum.* Lingua vero vernacula

Libellum de septem armis necessariis subruntí certamen spirituale. Incipit, *Con riverenza prego.*

Libellum de Recelationibus sibi factis; cujus autographum apud Sanctimoniales prædicti Monasterii asservatur, et exemplum habent in papyro pergameua Sorores Monasterii de Corpore Christi Ferrariensis, ubi sacrum suscepit Institutum. Prodiit in lucem primo Bononiæ apud Platonem Benedictum anno 1511. secundo ibidem penes hæredes Hieronymi Benedicti anno 1536. tertio Venetiis an. 1583. (*Vide Bernard. de Bust.* 2. *p. Rosarii ser.* 27.). De hoc libello ita censet Possevinus: *Pleraque dum libellus hic continent, quæ altam pietatem, et sapientiam spirent, non parum sibi consulet, qui eum attente perlegens suo inscribat cordi, atque adeo in rem conferat, quippe in sexu etiam fragili mirabilis est Deus, ut animum nemini desponsendum sit, qui serio imitandæ Sanctorum vitæ se addixerit.* Codex meus in fine operis ita habet Italice: *Scripsi librum hunc mea manu ex divina inspiratione in Monasterio Corporis Christi Ferrariæ in cella storeis cooperta, eo tempore, quo reverenda mater, et sorur Thadea germana soror Dom. Marci de Pitis erat Abbatissa, circa annum* 1438. *et dum vixi, nulli unquam ostendi.* Refert porro prædicta Illuminata, eam sub vitæ exitum consignasse librum Confessario. Otii fallendi gratia Breviarium, quod hodie apud Moniales prædicti Monasterii Bononiensis conspicitur, scripsit, et variis figuris Christi, et B. Mariæ Virginis exornavit.

CATHARINA a S. FRANCISCO Abbatissa per multos annos Monasterii Bruxellensis S. Elizabethæ Sororum Anglarum tertii Ordinis S. Francisci, transtulit ex Teutonica in linguam Anglicanam

Vitam S. Elizabethæ Reginæ Portugalliæ. Bruxellis an. 1628.

CATHARINA a S. MAGDALENA Clarissa Monasterii Anglicani Eriæ, transtalit e Gallico in Anglicum idioma

Vitam suæ Institutricis S. Claræ. Duaci apud Martinum Boggard an. 1635, et

Vitam B. Catharinæ Bononiensis, nec non

Declarationes aliquot in Regulam S. Claræ. Andomari.

CELSUS ZANUS Florentinus, provinciæ Tusciæ celebris concionator, Urbano VIII. fel. record. in minoribus, et in Pontificatu a sacris Confessionibus, Episcopus Civitatis Plebis, vir integerrimæ vitæ, quam tot annorum, quot vixit in Pontificatu Urbanus, aulica conversatio non temeravit, moderato victu, et religiosa veste contentus, mihi perquam colendus amicus, scripsit

De Rhetorica, et Poetica Ecclesiastica, et civili. Romæ apud Ludovicum Grignanum an. 1643. in 4.

Theodium, sive *Hymnodium de Deo, quindecim strophis comprehensum*, cui paraphrasim, et commentaria adjunxit, in quibus viam, et semitam secutum ostendit, qua perveniri possit ad Dei cognitionem, et amorem, atque ad felicem vitæ humanæ progressum. Ibidem anno 1635.

CHERUBINA HERULA Itala, Narniensis, Clarissa, insignis viri Berardi de Herulis Cardinalis tit. sanctæ Sabinæ consanguinea, scripsit diffuse lingua vernacula non incomposite, neque inepte,

Vitam, et gesta feminæ de Cervis Clarissæ, sui Monasterii prius *a sancta Cruce* nunc *sanctæ Claræ* nuncupati Sanctimonialis, et Pauli Cardinalis de Cæsis sororis germanæ, quæ cum magna sanctitatis opinione obiit an. 1557. Habeo apud me ms.

CHERUBINUS BELLUS Siculus, natus in oppido frequenti, et opulento Terræ Novæ, Strict. Observ. prov. Vallis Netinæ, poescos Italicæ peritia apud suos percelebris, et in Theologia morali non mediocriter versatus, edidit

Tragediam sacram de Martyrio sanctæ Agnetis. Panormi apud Buam, et Portanovam, an. 1646.

Paratam habet *Summam casuum conscientiæ*, ut quam primum typis committat.

CHERUBINUS FLORENTINUS, celebris Theologus, et Concionator, edidit

Tractatum de Regula spirituali vitæ ad Jacobum de Borgannis Florentinum. Prodiit Florentiæ an. 1487.

Tractatum alterum de norma matrimonialis vitæ. Ibidem eodem anno.

Floruit sub an. 1490.

CHERUBINUS de SPOLETO, Reg. Observ. vir doctissimus, et sanctissimus, cujus vitam, et gesta scripsimus tom. 6. et 7. Annalium, Prædicator Apostolicus magni nominis, et operis per universam Italiam, cui proinde Troylus Malvetius celeberrimus Jurisconsultus suum opus de Canonizatione Sanctorum dedicavit, scripsit

Sermones Quadragesimales nonaginta a Septuagesima usque ad Octavas Paschæ inclusive. Prodierunt Venetiis anno 1502. apud Gregorium Arivabenum cura Fr. Seraphini Mantuani, qui in epistola dedicatoria ad Hieronymum Tornielium Vicarium generalem familiæ Cismontanæ Fratrum Observantium, dicit Cherubinum alios multos, et doctos libros accuratissime scriptos reliquisse. Secundo excusi sunt ibidem an. 1511.

Librum satis utilem de vita conjugali.

Tractatum de fide.

Regulam spiritualis vitæ pro instructione animæ devotæ, edidit Bartholomæus Cimarella quarta parte Chronicorum lib. 4. cap. 2.

Obiit anno 1484. sepultus Asisii ad sanctæ Mariæ Angelorum, cujus reliquiæ nunc habentur in veneratione.

CHRISTIANUS DORRINGUS Germanus, Osnaburgensis, provinciæ Coloniensis,

Speculum disciplinæ sancti Bonaventuræ transtulit in Germanicum. Coloniæ apud Petrum Brachelt, an. 1637.

CHRISTIANUS HONSIUS provinciæ Coloniæ, edidit Germanico

Confessionale, seu *modum rite confitendi peccata*; et alia opera.

Floruit anno 1550.

CHRISTOPHORUS ALVARUS Gallus, Guardianus Conventus Recollectorum Burdigalensis, edidit

Bullas, et Rescripta Summorum Pontificum pro Reformatione provinciæ Aquitaniæ concessa, necnon

Librum per modum supplicationis ad Paulum Quintum summum Pontificem pro tuenda, atque augenda

genda reformatione Fratrum Recollectorum in regno Franciæ. Burdigalæ apud Simonem Millangium anno 1613. in 4.

CHRISTOPHORUS BANDELLUS de Castro novo, vir doctus, et in confutandis hæreticis mira poliens dexteritate, et acrimonia, scripsit sub Alexandro IV.

Librum contra hæreses.

CHRISTOPHORUS a CAPITEFONTIUM Britan. nus, generosis ortus parentibus, ex Provinciali Britanniæ totius Ordinis Minister Generalis an. 1571. delectus, tandem a Gregorio XIII. Archiepiscopus Cæsarienais, et Coadjutor Cardinalis de Pelve in Archiepiscopatu Senonensi designatus est. Scripsit

Librum defensionis fidei Majorum, quam de vera, et reali præsentia Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento habuere; in sectiones octo divisum, in quibus plusquam trecentis, et quinquaginta rationibus ex uno, et expresso Dei verbo desumptis veritas dictæ fidei comprobatur, et contrarii Sacramentariorum hæreticorum confutantur errores. Incipit, *En tibi, candide Lector.* Prodiit primum Parisiis, deinde Antuerpiæ, denuo Coloniæ apud Maternum Colinum anno 1587. Prima actio Romæ primitus fuit impressa.

Catholicam defensionem de perpetua Virginitate B. Mariæ, et Sponsi ejus Joseph. Lugduni 1578.

Assertionem Catholicam de libero arbitrio, et meritis bonorum operum ad Gregorium XIII. Incipit, *Reddituræ sunt mihi tuæ litteræ.* Romæ 1576.

De necessaria correctione Theologiæ Scholasticæ.

De honoris apice. Idiomate Gallico lib. 1.

De Missæ Christi ordine, et ritu.

Novarum illustrationum Christianæ fidei adversus Impios, Libertinos, Atheos, Epicureos, et omnis generis infideles Epitomen.

Compendium privilegiorum Ordinis Minorum, ac reliquorum Mendicantium. Parisiis anno 1578.

Extant alia diuturna ejus opera passim Parisiis, passim Lugduni, passim Coloniæ edita. Charus fuit Gregorio XIII. et Sisto V.; sed et tribulationes, laboresque passus est ob peregrinas quasdam exuberantis ingenii opiniones, unde et in Catalogo expurgandorum librorum aliquot ejus opera sunt expuneta.

Obiit Romæ, sepultus in odeo templi S. Petri in Monte Aureo suorum Consodalium.

CHRISTOPHORUS COLMANUS, Missionarius provinciæ Anglicanæ, post mortis latum in eam sententiam propter strenuam fidei confessionem in carcere Londini mortuus, edidit rhythmo Anglico

Mortis duellum. Londini an. 1628.

CHRISTOPHORUS FEIST Colonien. provinc. Colonien. Philosophiæ Lector, scripsit

Librum pro Confraternitate Chordæ, qui dicitur *Armatura Davidi.* Moguntiæ 1646.

CHRISTOPHORUS MORENUS, Minister provinciæ Valentiæ, scripsit Hispanica lingua

Vitam B. Nicolai Factoris sui consodalis; quæ ut vera, et integra emitteretur, trecenti gravissimi testes jurejurando super Evangelia adacti quidquam noverant, et viderant, retulere. Christophorus autem præter testimonia, diu versatus cum ipso Nicolao librum hunc de illius vita biennio post ejus mortem edidit. Compluti apud hæredes Joannis Gratiani anno 1588. Porro liber, ut nit Possevinus, dignus est lectu; sed et vita dignior est imitatu. Prodiit italice Romæ 1590. Scripsit insuper Hispanice

De claris familiæ S. Francisci viris.

Itineriarum in cœlum. Madriti 1616.

De Confraternitate Chordigerorum. Valentiæ 1589. et 1604.

De virtutibus Aquæ benedictæ. Ibidem 1600. in 8.

Vitam S. Antonii de Padua. Ibidem 1576. in 8.

De puritate beatæ Mariæ Virginis. Ibidem 1582.

Vitam S. Joannis Evangelistæ a Didaco Stella scriptam correxit, et auxit. Valentiæ 1595. in 8.

CHRISTOPHORUS RUISIUS Hispanus, scripsit

Tractatum de Oratione.

Florebat anno 1540.

CHRISTOPHORUS e VARISIO Insuber, de quo multa narravimus tomo sexto Annal. B. Joannis Capistranensis disciplinis, et socius, V. J. Doctor in sæculo, antequam ad Minores accederet, deinde egregius Prædicator, et Theologus. In Germania adjutorio fuit Capistranensi, ut Regulam propagaret, et stabiliter Observantiam. Scripsit

Declarationem super Regulam.

Ordinis privilegia compilavit, et declaravit.

Privilegia Guardiani Montis Sion, et Fratrum in Syria, et Palæstina habitantium collegit, suisque notulis illustravit.

Vitam B. Joannis Capistrani, satis diffuse, quæ nobis usui fuit non mediocri.

CHRISTOPHORUS VERRUCHINUS, Capucci nus, insignis pietatis, et doctrinæ vir, collegit Italico idiomate.

Exercitiorum spiritualium volumina tria, quorum primum pertinet ad communiores animæ actiones; alterum de viris Dei operibus; tertium de vita, et passione Salvatoris nostri, ac de vita beatissimæ Virginis, ex Patribus antiquis cordate, et pie conscripsit. Atqui hoc tertium denuo editum est aliquanto nuetius, additis meditationibus de Passione Domini in singulos hebdomadæ dies. Diguus quidem, inquit Possevinus, est liber, qui et legatur, et attente perpendatur, si quis in hoc genere argumenti alius. Prodiit Lugduni anno 1590. in 8. Venetiis apud Nicolaum Misserinum anno 1597. et postea anno 1605. apud Joannem Gnerilium. Scripsit insuper

De Sanctis Verruchinis.

De magnitudine B. Catharinæ Bononiensis.

Meditationes de præcipuis spiritualis vitæ mysteriis; quæ Latine redditæ ab Antonio Dulckenio Carthusino prodierunt Coloniæ anno 1605.

Compendium centum Meditationum sacrarum. Venetiis an. 1596. et 1618. et tertio ibidem apud Nicolaum Misserinum anno 1623. Theodorus Petrejus Carthusianus has meditationes Latinas reddidit, et edidit Coloniæ apud Butgenium in 8.

Cæremoniale Capucecinorum.

CHRISTOPHORUS ULYSSIPPONENSIS, Strict. Observan. provinciæ S. Antonii Definitor, librorum censor, et S. Officii Qualificator, edidit

Sermonem, quem habuit Ulyssippone in sacello Regio Dominica quarta Quadragesimæ. Ulyssippone apud Paulum Craesbeeck anno 1541. in 4.

CHRYSOSTOMUS a CAPRANICA, oppido Tusciæ, Regular. Observ. provinciæ Romanæ Definitor. Episcopus Firminie in Archipelago ad mare Ægæum, in Hebræa, aliisque Orientalibus linguis mediocriter versatus, scripsit

De diversis nominibus, maxime de eo, quod *Tetragrammaton* vocant Græci, satis ingeniosum, et pulchrum tractatum, quem Gregorio XV. nuncupavit. Habeo penes me autographum pulcherrimo charactere, et minio exaratum, egregiisque embiemmibus distinctum.

CHRY

CHRYSOSTOMUS SAN-LAUDENSIS, Gallus Tertii Ordinis S. Francisci, provinciæ sancti Ivonis, scripsit

Opuscula varia de vita spirituali.

S. CLARA virgo Assisias, S. Francisci discipula, numerosissimi per orbem Instituti inchoatrix, et auctrix, de cuius virtutibus, sanctimonia, et miraculis diffuse tom. 1. et 2. Annalium tractavimus; scripsit

Testamenti sui pias tabulas ad Sorores.

Epistolas plures ad eandem.

Obiit Assisii anno 1253. sepulta ibidem honorifice: biennio post mortem ab Alexandro IV. in Sanctarum Catalogum est relata.

CLARA BUGNIA Veneta, virgo Clarissa, vitæ, et virtutis admirabilis, cujus vitam diffuse scripsit Franciscus Georgius Venetus ejus Confessarius, de quo suo loco dicimus. Scripsit

Exortationes quatuor satis pias, et efficaces super illa Christi verba: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem;* quibus sorores suas ad mutuam excitabat amorem.

Exhortationes totidem ad easdem de laudibus obedientiæ. Prodierunt cum ejus vita in 4. part. fib. 10. Chronicorum Bartholomæi Cimarelli.

Aliax sex de virtute patientiæ. Ibidem.

Quinque de virtute humilitatis. Ibidem.

Documenta salutaria de morte cogitanda, et aliis virtutibus sectandis.

Obiit Venetiis in Monasterio S. Sepulchri die 17. Septembris anno 1514.

CLARUS FLORENTINUS, sacræ Paginæ, et Juris Pontificii Doctor scripsit

Summam casuum conscientiæ. Extat in Bibliotheca S. Crucis Florentiæ ms.

Tractatus varios in Jure Canonico. Habeo penes me ms.

Vivebat anno 1308.

CLAUDIUS JAVELOTIUS Forosiensis, Gallus, Tertii Ordinis S. Francisci, scripsit

Illustriam ejusdem Ordinis tam Secularis, quam Regularis. Podii sumptibus Cianstrianis 1640. in 4.

CLAUDIUS MEDULLA Mediolanensis, Regul. Observ. apud Serenissimum Parmæ, et Placentiæ Principem Alexandrum Farnesium Belgii pro Philippo Secundo Hispaniarum Rege Gubernatorem, super militum copias, et Regium exercitum Commissarius Apostolicus, scripsit

Epistolam insignem, qua tam seculares, quam Ecclesiasticos fidei suæ commissos pie, sincereque admonet *ut* recto vivendum, et fortiter agendum. Duaci excudit Bogardus anno 1584.

Orationem de Transfiguratione Domini, ac de duabus in Christo naturis, et earum affectibus. Brixiæ apud Cominum Prescinum anno 1597. in 4.

Librum Constitutionum sui Ordinis.

CLAUDIUS LE PETIT Gallus, Doctor Parisiensis, Definitor provinciæ Franciæ, et Guardianus conventus Jonvilliani, scripsit Gallice

Notationes in Regulam S. Francisci, collectas ex diversis gravibus authoribus, juxta declarationes Summorum Pontificum. Parisiis apud Sebastianum Cramoisi anno 1622. in 12.

De Spiritibus evestis, id est, de Angelis, Dæmonibus, et Anima. Parisiis in 4. apud Franciscum Piot.

CLAUDIUS PICQUET Gallus, Divionensis, Reg. Observ. provinciæ sancti Bonaventuræ, sacræ Theologiæ Doctor, Guardianus Cabilonensis, et Romonensis edidit

Commentaria super Evangelicam Fratrum Minorum Regulam: ac sancti Francisci Testamentum; adjectis insuper ejusdem sancti Patris vita, et virorum illustrium ejusdem Ordinis catalogo, ordine alphabetico digesto. Lugduni apud Joannem Didier anno 1597.

Descriptionem provinciæ S. Bonaventuræ, seu Burgundiæ Fratrum Minorum Reg. Observ. ac Cœnobiorum ejusdem initium, et progressus. In secunda editione aucta est hæc Descriptio tractatulo juris domicilii concessi Patribus Recollectis, et quibusdam notis in errata ejus, qui hanc Descriptionem in prima editione impugnare tentavit; non enim omnino conveniunt circa res hujus provinciæ ea, quæ scripsit Jacobus Fodereus ejusdem Instituti, et provinciæ. Quare et nos in describendis illius provinciæ rebus, utrinsque sententiam sæpe conferimus. Prodiit antem opus Picquetti primæ editionis Lugduni 1617. secundæ editionis Turnoni apud Claudium Michaelem anno 1621. in 8. Vide verbo *Jacobus Fodereus.*

Vitam Clementis IV. Papæ. Extat ms. Lugduni apud Renatum Gros a S. Ioyrio Equitem sancti Michælis. Incip. *Cum alix sint Cæsarum leges;* cujus meminit P. Ludovicus Jacobi in Bibliotheca Pontificia.

CLAUDIUS PRIOR Gallus, cum Lovanii hæreret, a Pastoribus animarum, maxime a Warrensi Brabantinorum rogatus, occasione quorundam rusticorum aliis fallaciter persuadentium homines in lupos converti, scripsit Gallice

Libellum de Lycantropia, seu *transformatione hominum in lupos.* Prodiit Lovanii apud Masium an. 1595. Citatur a Martino Delrio libro 2. p. 18. disquisit. Magicarum.

CLAUDIUS VALLENOT Gallus, Conventus sanctæ Mariæ Angelorum Lugduni Guardianus, provinciæ S. Bonaventuræ olim Minister, nunc in prædicto Conventu degit Observantiæ Regularis pius zelator, ab Ordinis officiis jamdudum abhorrens, ut liberius Deo vacare possit.

Psalmum 19. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis,* et 116. *Laudate dominum omnes gentes:* aliaque in paraphrasin mere anagrammaticam ingeniose concinnavit, ac edidit.

CLEMENS BRANCASIUS de Caravinea regul Neapolitani oppido, Strictior. Observ. provinciæ Terræ Laboris, sacræ Theologiæ professor, et Definitor, vir doctus, scripsit

De Deo Trino, et uno ad mentem Scoti, Tomos duos. Primus, in quo agitur *de absolutis,* prodiit Neapoli apud Ægidium Longhum an. 1638. in foi.

Secundus, in quo agitur *de respectivis,* sive *de tribus Personis divinis,* ibidem anno 1640. in foi.

CLEMENS DOLERA Ligur, Monilianus ex Ministro Generali totius Ordinis a Paulo IV. creatus Cardinalis Presbyter tituli S. Mariæ de Araceli an. 1557. Episcopus Fulginatensis, et in urbe Generalis Inquisitor, scripsit

Compendium Catholicarum institutionum ad Christianam Theologiam, primo Fulginei impressum anno 1562. deinde Romæ apud Antonium Bladium anno 1565. additis duobus opusculis. Totum opus his constat tractatibus, quos divisim Aldus Manutius recenset, et summopere commendat.

De Symbolo Apostolorum.

De Sacramentis.

De præceptis divinis.

De peccati, et eorum differentiis.

De consiliis Evangelicis.

De

De calibatu Sacerdotum.

De Œcumenico Concilio. Incipit, *Ruffinus Presbyter Aquilejensis.*

Obiit anno 1568. sepultus ad suos consodales in templo S. Mariæ de Araecoli ante supremum altare. Ingenti lapidi marmoreo confixum est æneis characteribus hoc Epitaphium:

D. O. M.
CLEMENTI MONILIANO
CARDINALI ARAECAELI
SVMMAE DOCTRINAE ET RELIGIONIS VIRO
PRVDENTIÆ DOCVMENTO PER OMNES BONORVM GRADVS
AD SVMMAM IN ORDINE FRATRVM MINORVM
DE OBSERVANTIA DIGNITATEM ELATO
A PAVLO IV. CARDINALI CREATO
LIBERALITATEM QVAM SEMPER VIVENS EXERCVERAT
MORIENS COMPROBAVIT.
PAVPERES INCVRABILES HOSPITALIS SANCTI IACOBI
EX TESTAMENTO HAEREDES
BENEFICII ACCEPTI ERGO B. M. PP.
VIXIT ANNOS LXVI. MENSES VI. DIES XVI.
OBIIT OCTAVO IDVS IANVARII
M. D. LXVIII.

CLEMENS GENUENSIS. Strict. Observ. a secretis provinciæ Gennensis, edidit Italice

Regulam Clarissarum Italice traditam, et notis illustratam, in quibus copiose quidquid ad Sororum disciplinam, et Superiorum regimen spectat, pertractat. Gennæ apud Josephum Pavonum anno 1641.

CLEMENS PELANDUS Bergomas, provinciæ Brixiensis, Strict. Observ. scripsit librum inscriptum,

Pennæ Columbæ Davidicæ, sive *Commentarii in ultum versiculum Psalmi 54. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, et volabo, et requiescam?* id est, *Exercitia spiritualia animæ anxiantis, et cupientis fugere, ac declinare pericula hujus mundi.* Bergomi apud Marcum Antonium Rossi anno 1638.

CONRADUS de ASCULO Picenus, scripsit

Commentarios in libros Ethicorum.

CONRADUS CLINGIUS Germanus, Doctor facundissimus, Ecclesiastes Erfurdiensis, ut hæreticorum, quos scripto, et verbo ubique insectabatur, cavillis responderet (sparserunt enim lecto gravi morbo decumbentem recentasse doctrinam Catholicam, quam ubique ad illud usque tempus docuerat) collegit

Locorum communium sacræ Theologiæ sylvam: opus argumento, ordine, et varietate longe utilissimum, summam catholicæ doctrinæ do omnium fere dogmatum e Christianæ religionis controversiis una cum hæreticorum argumentis, et contrariis Catholicis resolutionibus continens, divini verbi ministris, in iis præsertim regionibus, quæ hæresum contagione infectæ sunt, apprime opportunum. Opus hoc, ut hæreticorum dolos, et technas delegaret, et populos a se instructos in fide roboraret, cudendum curavit Coloniæ anno 1552. quod iterum prodiit Parisiis anno 1563.

Catechismum etiam *Romanum libris quatuor comprehensum* composuit. Prodiit Coloniæ anno 1570.

Alia insuper scripsit, quæ vel exulcerantis ingenii vitio, vel hæreticorum fraude corrupta correctione indigent; unde, donec expurgentur, in ludice Romano omnia ejus opera indicantur suspensa.

CONRADUS OESTERREICHER Germanus, edidit

Librum de Passione Domini, sub forma judiciarii processus. Ingolstadii apud Wolfangum Ederum anno 1581.

CONRADUS de SAXONIA, edidit

Commentarios in Magistrum Sententiarum lib. 4.

Super Orationem Dominicam lib. 1.

De Salutatione Angelica lib. 1.

Sermones de Tempore lib. 1.

Sermones Quadragesimales lib. 1. Incipit, *Emitte manum.*

Sermones de Sanctis lib. 1. Incipit, *Extendam palmas.*

Item in multos Bibliorum libros emisit commentaria, et alia ab his opera composuit.

CONSTANTINUS e BERBANSONE, Capuccinus, provinciæ Coloniensis Definitor, edidit Gallice

Anatomiam animæ, et divinarum operationum. Leodii apud Leonardum Stroel de Jeusne anno 1635. et Coloniæ 1622.

Secretas semitas divini amoris. Coloniæ, et Parisiis apud Hnré in 8.

CONSTANTIUS BUCCAFOCUS Sarnanus, Umber, Conventualis, cum Porusii apud Patres Conventuales sacram Theologiam profiteretur, evocatus Romam a Sixto V. ad Cardinalatum tit. S. Vitalis assumptus est, Episcopus deinde Vercellensis, et in Urbe Inquisitor. Scripsit

Librum de concilianda doctrina D. Thomæ, et Scoti, Sixto V. dicatum. Prodiit Lugduni anno 1597. et Romæ an. 1599.

Commentaria in universalia Scoti. Venetiis anno 1576. et apud Franciscum Senensem anno 1583.

Scholia marginal adderta ad Antonii Siretti formalitates.

De secundis intentionibus secundum doctrinam Scoti. Venetiis anno 1619.

Summam Theologiæ, Romæ excusam anno 1592.

Locorum communium Theologiæ lib. 1. Ibidem eodem anno.

Directorium in Logicam, Philosophiam, et Theologiam ad mentem Scoti. Venet. anno 1580.

Commentaria in Evangelium S. Joannis, et Epistolam S. Pauli ad Hebræos. Romæ 1587. in 4.

S. Bonaventuræ opera collegit, et cui curavit jussu Sixti V. aucta, et emendata, anno 1592.

Antonii Andreæ opus, *in libros* 4. *Sententiarum*, aliorumque antiquorum *lucubrationes* in lucem emisit.

Obiit Romæ ad sanctos Apostolos anno 1595. pridie kal. Januarii, sepultus ad S. Petri in Monte Aureo, cujus erat titularis; inde translatus Sarnanum, patriam oppidum, sepultus est apud Minores Conventuales.

CONSTANTIUS MALVETANUS e Stronconio Umbriæ oppido notissimo, Reg. Observ. provinciæ S. Francisci Lector emeritus, et Ordinis Definitor generalis, edidit

Spinetum Mariale, in quo docet modum contemplandi spinas, et dolores, qui transfixerunt cor B. Mariæ Virginis in Christi passione. Bononiæ, Taderti, et postremo Fulgenei apud Augustinum Alterium an. 1634.

Coronam Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ, contextam ex quinque orationibus dominicalibus, et duodeviginti salutationibus Angelicis, quibus gratiæ et privilegia B. Virgini a Deo concessa referuntur, et explicantur. Venetiis apud Misserinum an. 1630.

Brevem methodum contemplandi Christi Domini Passionem, distinctam in septem considerationes, sive puncta,

puncta, juxta numerum dierum hebdomadæ. Iterumni apud Thomam Gualtieri 1635.

Breve directorium ad confratres Plagarum nostri Redemptoris. Bononiæ apud Clementem Serroni, 1636.

CONSTANTIUS PORTA Cremonensis, artis musicæ peritissimus, Præfectus modulationibus sacræ Ædis Lauretanæ, creatis in hoc genere multis egregiis discipulis, edidit

Sacra carmina, cum grato concentu notarum musicarum, quæ passim inter sacra canuntur. Prodierunt anno 1575.

CONSTANTIUS ROMANUS, Reg. Observ. pro vineis Romanæ. vir pius, et religiosus: qui potiorem partem, turremque altissimam Ecclesiæ cœnobii Tiburtini magnis expensis construxit, uti nos alias (*In Annal. an.* 1256. *num* 46.) enarravimus, scripsit

Chronica monasterii Clarissarum urbis Tiburtinæ, quæ penes me habeo ms.

CORNELIUS ADRIANI F. Dordracenus, sacræ Theologiæ Professor, trimque linguarum callentissimus, Brugensem populum XXX. annos sacris instruxit concionibus. Scripsit

Doctissimas Conciones.

De septem Sacramentis.

Rebus humanis exemptus Brugis anno Domini 1581. Julii 13. ætatis 60. sepultus est in Xenodochio S. Joannis ad cornu summi altaris, hoc addito Epitaphio:

Equis in obscuro latitans (die parva tabella)
Tumulo hoc repostus conditur?
Quis fugiens adeo est et famæ, et lucis, et auræ,
Umbris ut hic velit obrui?
Tu ne, Pater, celebri condigno ex marmore crypta
Hic, DORDRACENE, recubas?
Quem tam facundæ decorarit gratia linguæ,
Monita salutis non dares,
Ut tua fama volet totum vulgata per orbem,
Striduente quamvis zoilo?
Sed quia Seraphici placuit pia semita Patris,
Placuit sepulchrum ignobile.
Non tituli, et parco exciso de marmore tumbæ
Ætate longa intercidunt.
Virtus sola viget, vivitque æterna, nec ævo
Labente longo extinguitur.
Hæc jam te æquavit superis, cœloque beavit,
Sertis decorum fulgidis.
Quid juvat ignoto hunc igitur requiescere busto,
Qui mente cœlo vixerit?

Quantus hic vir fuerit, dicet inscriptio, quæ extat Brugis in Conventu Fratrum Minorum, et in *Selectis Christiani Orbis deliciis Francisci Sweertii.*

CORNELIUS AJELUS prov. Calabriæ, edidit

Paraphrasim super Symbolum Athanasii. Neapoli 1629.

CORNELIUS BELLANDA Veronensis, emisit Italice

Itinerarium spirituale, quo iter ex hac mortali ad cœlestem vitam ostenditur. Venetiis apud Aldum.

Orationes Latinas nonnullas.

De compendiaria Venetiarum urbis origine, ejusque Patrum laudibus.

Duas de Romana, et Venetæ Reipublicarum, earumque Patrum laudibus; et ejusmodi alias.

CORNELIUL BIRAG Mediolanensis, scripsit

De Generatione, et Corruptione.

CORNELIUS CASTELLUCIUS Capuccinus, scripsit

Jaculæ divini amoris, anno 1594.

CORNELIUS DONTHERIUS Nivellis apud Brabantos Guardianus, egregius Ecclesiastes, magno vir ingenio, et a religiosa vitæ sanctimonia, quam impense coluit, multum laudatus. Scripsit patrio idiomate libellum sæpius recusum, cui titulum,

De effusionibus sanguinis Christi.

Obiit anno 1554.

CORNELIUS DOVANIUS Hibernus, Ultoniensis Reg. Observ. Episcopus Dunensis, et Conrethensis. insigne uro Christi fide passus martyrium suo Arthuro Cicestrio Hiberniæ Gubernatore hæretico, scripsit

Judicem Martyrialem, sive *Synopsis Martyrum Hibernorum, qui suo tempore, quo persecutio savissima in Catholicos efferbuit, pro fide Christi occubuerunt.* Eum penes se habuisse refert Reverendiss. David Rotheus Episcopus Ossyriensis, de sua patria, et fide Catholica optime meritus, quem ego semper veneratus sum, et reverenter amavi, qui etiam secundam partem suorum *Analectorum de rebus Catholicorum in Hibernia* ad prædictum Cornelium Episcopum direxit, præmissa ad eumdem gravissima, et doctissima Epistola paræneticæ, et insuper *in tertia Analectorum parte* ejus Martyrium conscripsit.

CORNELIUS HUGONIS Hibernus, Fratrum. Reg. Observ. Vicarius Provincialis, scripsit, sen ab Anonymo scriptam castigavit, et edidit

Vitam S. Patritii Hibernorum Apostoli. Antuerpiæ apud Adrianum Bergensem an. 1514.

CORNELIUS MARTINI Italus, Ferrarien. Conventualium, Theologus, scripsit

Commentaria in Prologum Scoti super Sententias.

Tractatum de statu Fratrum Conventualium. Floruit sub an. 1570.

CORNELIUS MUSSUS Conventualis, vir incomparabili pene ingenii felicitate, ut victus continentia, et pietate præditus, omnibus tam divinis, quam humanis disciplinis excultus, ita fuit ab ipsa natura ad exercendas eloquentiæ vires comparatus, ut a prima ætatis puritia, a duodecimo scilicet ætatis anno, publicum sacrarum declamationum munus aggressus sit tanta omnium Italiæ urbium admiratione, applausu, et audiendi desiderio, ut ad adolescentis conciones, veiut ad insueta miraculorum spectacula, populi concurrerent. Demum crescente ætate, felicioribus eloquentiæ, eruditionis, et gratiæ incrementis adauctus, et per diversos honorum gradus ad Episcopalis Bituntinæ Ecclesiæ dignitatem a Paulo Tertio evectus, multa ad posteros laborum suorum monumenta transmisit. Dignis encomiis hæc opera commendant plerique; unus Henrici Willoti hic ego subnectam: *In hoc*, inquit, *probabunt quicunque legerint beatissimam rerum grandium, verborumque lectissimorum copiam, quorum illa plena sunt gravitate, illa suavitate, et delectatione, adeo ut mel etiam exsugere legens sibi videatur. Nunc late digreditur, nunc per angustam viam incedit, nunc currit rapide, nunc lento pede subsistit. Concurrit diligentia cum facilitate, copia rerum cum earum ordine. Sapius est sententiarum prodigus, in argutiis moderatus. in facetiis jucundus. Opponit iudustriam artificio, ingenium gravitati, gravitatem delectationi, delectationem dignitati. Nunc facit, ut ametur, paulo post ut timeatur: nunc captat favorem audientium, paulo post illis lachrymas excutit. Movet ad desiderium, allicit ad spem, nonnumquam flectit ad dolorem, et mœrorem, aliquando elevat ad gaudium, et consolationem. Incitat sua vehementia mirifice, et cum dulcedine gratiam conciliat. In usu vocum selectissimarum cultus est. Si*

rex

res metaphoras poscat, in his est felicissimus; in sententiis est gravis; in figuris varius; in rebus excelsis sublimis; in iis, quæ alicujus posteris sunt, severus; in verborum contextu est numerosus. Præter hæc omnia plenus est venustate, dices exemplis, frequens in comparationibus, politus in lingua, copiosus in rationibus, gratior in motibus. Tonat voce, fulminat minis; sæpe remedium nostris adhibet vulneribus, idque divinæ misericordiæ admonitionibus et spei vivæ lineamentis; ut eadem quoque sunt, propinat amaras justitiæ potiones; addit phlebotomiam iræ Dei, et ignis æterni cauterium, his artibus excæcudens nostrorum radices peccatorum. Dicam plura? eo malagma adhibet, ubi dolor; ibi incidit, ubi fistula; venam aperit, ubi est sanguis asgrior. Nunc ut aquila se attollit in cælum; paulo post ut lestudo serpit per terram. O hominem! O linguam! O naturæ prodigium! nunc apparet ut gigas terribilis, paulo post ut puerulus mansuetus. Dubito an Paulora sit ornatior, Apollinæ amabilior. Mercurio gratior. Ponderat plerumque utile cum jucundo, cælum cum terra, res humanas cum divinis, mundum cum Deo, carnem cum spiritu, bonum cum malo, salutem cum damnatione, præmium virtutum cum pœna vitiorum. Simili modo metitur fidem cum operibus, gratiam cum libero arbitrio, vitam cum morte, adorationem veram cum idolatria, Ecclesiam Catholicam cum schismatica, sanctos Doctores cum hæreticis. Hic judicium contendit cum ingenio, et ingenium cum memoria. Est fons præceptorum, schola sententiarum, avrarium disciplinarum, oceanus legum, rituum, consuetudinum, et nominum proprionum, quæ in sacris Litteris celebrantur. In dimensione gradnum civitatis Dei non cedit Ptolemæo, nec in medendis animis Galeno, non Plutarcho in vitis electorum, nec Livio in divinis historiis; nec denique Vegetio in instruenda militia Christiana. Et ut de illius stylo, et prosa pauca tractemus, dico illum esse floridum; quo in genere Isocrates inter Græcos potissimum excellit, inter Latinos historicos Titus Livius, et Q. Curtius: non aiteo se astringit ad majestatem Demosthenis, ut sese non dilatet ad M. Tullii copiam; quo fit, ut nec in uno, nec in altero casu unquam verba desint, nec conceptus desiderentur. Coloribus Rhetoricis est versicolorior, quam pavonum vel superbissimus. Præceptorum cujusque Oratoris observantissimus. Epitheta illi propria, verba naturalia, allegoriæ illustres, digressiones doctæ, ratiocinationes spiritu plenæ; denique et periodi dulces, et numerorum divites. Adeo Cornelium istum Gaspar Contarenus Cardinalis, et Reverendissimus Bembus, unus Philosophiæ, alter linguarum splendor, dicentem admirati sunt, ut dicere adsolerent, Cornelium illum magnam sibi nec Philosophum videri, nec Oratorem, sed Angelum mundo omnia dictione persuadentem. Cardinalis insuper Federicus Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis magnopere hominem extollit libro primo operis, quod *de sacris nostrorum temporum Oratoribus* inscripsit. Bene in eum jactavit Bonaphrius de Bale Physicus:

Vidit, et obtexit raptus super æthera Paulus,
Divina ut Musæ diceret historia.

Sed ulteriori ejus laudi supersedentes, quæ sunt admirabilia ejus, ne pene divini ingenii monumenta, narramus. Extant

Conciones ejus lucubratissimæ Etrusca lingua editæ, Gregorii Nazianzeni, Basilii, Chrysostomi, et cæterorum Græcæ Patrum sermonibus propter doctrinæ, ac facundiæ majestatem comparandæ. Harum illa excellentissima, cui titulus est *De Beneficio*, in illam Evangelii Joannis sententiam, *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret*; in qua omnes ingenii, eruditionis, et eloquentiæ suæ vires sic profudit, ut nec doctius, nec disertius quicquam eo in genere ant dici, excogitarive potuerit.

Commentaria in omnes Pauli Epistolas ad Ascanium Cardinalem Columnam. Venetiis apud Juntas anno 1588. in 4.

Item doctissime scripsit in illam, quæ *ad Romanos est D. Pauli Epistolam.*

Item *in Decalogum.*

In symbolum Apostolicum per conciones, quas habuit coram Paulo Tertio Pontefice, quæ anno 1598. ex Italico in Gallicum idioma versæ sunt, inque duos sectæ Tomos a Gabriele Chapuis Chronista, et Secretario Regio Parisiis; et in Hispanicum similiter traductæ a P. Didaco Zamorra Ord. Præd. Salmanticæ editæ anno 1602.

PRIMO VOLUMINE HAEC TRACTANTUR.

De necessitate institutionis Cristianæ.
De facilitate vitæ Christianæ.
De fide.
De primo arcano sapientiæ hominis.
De primo articulo symboli Apostolorum.
De productione divina.
De generatione æterna Filii Dei.
De mysterio Incarnationis Filii Dei.
De morte Christi.
De descensu ejus ad Inferos.
De Resurrectione.
De Ascensione.
De extremo judicio a Christo faciendo.
De Spiritu sancto, tertia in sacrosancta Triade persona.
De Ecclesia Catholica.
De Communione Sanctorum, et remissione peccatorum.
De resurrectione carnis, et vita æterna.
Summarium longe expositionis symboli Apostolorum, in quo consistit
De sapientia divina.
De dilectione Dei, et proximi, et in primis amore Dei.
De amore erga proximum.
De amore mutuo, qui est finis vitæ Christianæ.
De operibus vitæ Christianæ, sine quibus refrixit charitas.

SECUNDO VOLUMINE.

De operibus necessariis homini Christiano contentis in Decalogo, et insculptis lapidi, traditisque summo Monarchæ populi Israel, et per eum toti mundo.
De honore, et cultu Dei.
Contra immemores adorandi Dei in spiritu, et veritate, totam fiduciam constituentes in cæremoniis, signis duntaxat, et imaginibus visibilibus: similiter contra eos, qui contenti solo spiritu negligunt cultum Dei exteriorem, et cæremonias.
Quod homines majus peccatum committere non possint, quam lingua, quæ Deum inhonorant; quod beneficio linguæ cæteris creaturis antecellunt.
De requie spiritus Deo consecrati.
De cultu exteriori, qui fit Deo, determinato ab Ecclesia.
De operibus sex dierum, quibus Deus creavit mundum, et requie diei septimæ post completum opus.
Item de loco cultus Dei in die Dominico.

De

De pietate filiorum in parentes.
De reverentia debita Sacerdotibus, et Senioribus.
De non occidendo proximo.
De prohibitione iræ, et invidiæ.
Contra adulteros, et fornicatores.
Contra avaros.
Contra maledicos.
De justitia interiore refrænante animæ concupiscentiam.
De passione Jesu Christi.

Ista duobus filiis voluminibus continentur.

Præter hæc porro doctrinam de justificatione in ordinem redegit, defendit, determinavit in Concilio Tridentino omn auditorum admiratione tanta, ut Patres cæteri uno ore omnes dicerent, Spiritum sanctum mirabili modo in eo fuisse operatum, ut scribit Michael ab Isselt in vita ejus, quam præfixit tom. 1. Conciorum; et multa illius Concilii Latinitate, stylo que graviore donavit.

Peroravit Latiali sermone Dominica 3. Adventus, Tridentinosque Patres ad spirituale gaudium verbis Paullinis, *Gaudete in Domino semper*, adhortatus est, multas ex Conciliis orbi universo utilitates retnere commonstrans.

Habuit etiam in eodem Concilio disertam Etrusco sermone concionem *De persecutionibus, et victoriis Ecclesiæ* in Psalm. 45. *Deus noster refugium, et virtus, adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis*, pro expeditione Caroli V. Imperatoris adversus Lutheranos, quos ipse Cæsar ad Albim Germaniæ fluvium admirabili prælio fudit anno 1546. Scripsit etiam

Homilias Latinas de modo visitandi.
Synodum item *Bitunitanam.*

Quinque libros *De Historia Divina* certe miros, et pereiegantes, qui mss. habentur in Biblioth. Vaticana, et Venetiis editi sunt apud Juntas an. 1587. qui et conciones ipsius Quadragesimales ediderunt anno 1588. nam varios alios ejusdem sermones Gabriel Jolitus, sive ejus filii ediderant anno 1583. Joannes autem Digara anno 1588. emisit eundem Mussum declarantem Psalmum 129. *De profundis clamavi ad te Domine.*

Viri hujus clarissimi oraditionem, et eloquentiam Bernardinus Tomitanus Academiæ Patavinæ Philosophus illustri panegyrico celebravit. Obiit Romæ, et in Ecclesia SS. XII. Apostolorum, uti, cum viveret, ordinarat, ad levam majoris aræ conditus est. Illi Josephus Mussus hoc Epitaphium posuit, et imaginem ejus ad vivum expressam organis appendit:

CORNELIO MYSSO PLACENTINO
MINORITÆ BITONTINENSIUM EPISCOPO
VITÆ INNOCENTIA MORUM INTEGRITATE
ET SANCTITATE INSIGNI
DOCTRINA OMNIBVSQUE SCIENTIIS PRÆCLARO
CONCIONATORI FACVNDISSIMO ATQVE INCOMPARABILI
CATHOLICÆ FIDEI PROPVGNATORI ACERRIMO
CVJVS INGENII ET ELOQVENTIÆ PRÆSTANTIAM
NVNQVAM INTERITVRA
MONVMENTA TESTANTVR
VIXIT ANNOS LXIV. OBIIT V. IDVS JANVARII
ANNO M. D. LXXIV.

Doctissimi viri obitum quidam Poeta venæ non infelicis hac Elegia deploravit:

Dum morti insidias, fatumque evadere MUSSUS
Tentat, in adversum mors inopina furit.
Dat MUSSO Clypeum Pallas, dat Phœbus et arcum:
Mors propera invicta pleuresis arma jacit.
Occidit, heu, MUSSUS, mors occidit, hoc tumulo mors
Conditur, hoc MUSSUS conditur et tumulo.
Ergo mors moritur? moritur, cum fama superstes
Candida, quem ipsa vocat, non sinit illa mori.
Quid? MUSSUS vivit? vivit super æthera clarus.
Vivit et æternum docta per ora virûm.

CORNELIUS THIELMANUS Bruxellensis, Reg. Observ. provinciæ Germaniæ inferioris, sæpe Fratrum Guardianus, et Sanctimonialium Confessarius, provinciæ Definitor, redditit ex Latinis Flandrica

Acta sociorum S. Francisci, et consororum S. Claræ; Vitas insuper *BB. Paschalis Baylon, Petri de Alcantara, Nicolai Factoris, Francisci Titelmanni, Colectæ, et Joannæ Valesiæ Reginæ Francia.* Antuerpiæ apud Hieronymum Verdussen anno 1622.

Compendium SS. Ordinis S. Francisci cum eorum imaginibus æri incisis, et martyrii Gorcomiensium Fratrum. Sylvæ Ducis apud Joannem Scheffer anno 1620.

Martyrum Japonensium, Gorcomiensium, Pragensium, Alemavicusium Acta ex 4. et 8. in fol. redegit. Lovanii apud Cornelium Conestyn, et Joan. Oliverium anno 1628.

Vitam S. Francisci a D. Bonaventura compositam, typis Joannis Vanden-Boogardæ. Ibidem anno 1598.

Arborem vitæ ex eodem Seraphico Doctore. Sylvæ Ducis apud Joannem Triunhonde anno 1605.

Stimulum amoris divini ex eodem. Antuerpiæ apud Gulielmum Van Tungheren 1625.

Soliloquium ejusdem Doctoris, et diversa exercitia spiritualia. Ibidem apud Cornelium Verschueren anno 1624.

Sex alas Seraphim ejusdem. Ibidem apud Gulielmum Lesteens 1626.

Thesaurum meditationum Joannis Busci. Ibidem anno 1628. Omnia hæc ex Latino transtulit in Flandricum. Item evulgavit Flandrice

Vitam S. Gerlaci Confess. Ord. Præmonstraten. qui colitur circa Valkenburgum in Belgio.

Vitam Caroli Magni.
S. Landradæ.
S. Arnelbergæ.
Virtutes balneorum Aquisgranensium.
Epulum talparum.
Regulam, et vitam S. Claræ, cum actis BB. Clarissarum, et gratiis, ac privilegiis Ordini concessis.
Historiam Seraphicam excerptam ex nostris Annalibus; ubi vitam S. Francisci compilavit, illustriumque virorum, ac fœminarum, qui ex tribus ejusdem Ordinibus prodierunt, et inter Sanctos relati sunt.

Obiit Tungris 30. Octobris anno 1634.

CRESCENTIUS ÆSINUS, vir gravis, a zelo disciplinæ præcipuus, Juris prudentiæ, et medicinæ peritus, post adeptum sub Innocentio IV. Ordinis Generalatum, ab eodem creatus est Episcopus Assisias, sed prioris vitæ amore ductus rediit ad Claustrum, ubi composuit

Juris Summam utilissimam.
Dubia item aliquot circa Regulam declaravit.

Ejus jussu BB. PP. Leo, Angelus Tancredus, et Ruffinus S. Francisci socii vitam ejusdem sanctissimi Patriarchæ scripserunt, nec non Thomas de Ceperano, illo jubente, eandem vitam composuit.

CYPRIANUS CROUSERS Antuerpiensis, Capuccinus provinciæ Flandriæ, Definitor Generalis, scripsit

Lectiones

Lectiones paraeneticas in Regulam Minorum. Coloniæ apud Arnoldum Kempens, et Joannem Kinckium anno 1625. in 4. Hic liber fuit prohibitus in Capitulo generali ejusdem Instituti, donec castigetur.

D

DAMASUS SAN-LAUDENSIS Gallus, Tertii Ordinis S. Francisci provinciæ S. Ivonis, scripsit
Tractatum de Exercitiis Novitiorum, in tres partes distinctum.

DAMIANUS de CAPELLA, edidit
Tractatum de Philosophia.

DAMIANUS GIXER Reg. Observ. provinciæ Valentiæ, edidit
Commentarios Scoti in quatuor libros Sententiarum in faciliorem, et clariorem methodum redactos. Valentiæ apud Alvarum Fumaim an. 1598. in fol.

DAMIANUS de LUGONE Hispanus, inter alia scripsit
De festivitate solemnissima Hispali anno 1615. in Conventu sanctæ Francisci in honorem Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Epistolam unam in modum libelli, quæ Malaciæ impressa est per Antonium Bene an 1616.

DAMIANUS de PADUA, qui et Carrariensis, ex nobilissima Comitum familia, doctrina, et pietate Insignis, acerrimus vitiorum insectator, et vanitatum reprehensor, scripsit
Egregium tractatum contra mulierum fucos, et vanitates. Scriptores Patavini Scardeonius, et Portinarius *Beatum* appellant. Obiit Cremonæ magna opinione sanctitatis, honorifice reconditus in arca lapidea an. 1401.

DANIEL AGRICOLA Germanus, edidit
Monotessaron Passionis Domini Jesu.

DANIEL a S. SEVERO Capuccinus, scripsit Gallice
Christomachiam expugnatam, seu *de descensu Christi ad inferos*, in 8. Lugduni apud Pilehotte.
Actus disputationis Bearnensis contra Ministrum Carolum, in 8. Tolosæ apud Colomiez an. 1620.

DAVID Augustæ Vindelicorum in Germania natus, humanarum, ac divinarum litterarum, et spiritualis tradendæ disciplinæ adeo peritus, ut Joannes Wimpfelingius putet non minus utilia illius scripta, quam D. Augustini Meditationes, aut opuscula Bernardi, sive Bonaventuræ, nec non Joannis Gersonis, quæ magnopere pia habeantur. Eum Trithemius vita, et conversatione insignem, et in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuisse commemorat. Præt S. Bonaventuræ coævus, et scripsit
Tractatum de Oratione. Incipit. *Vacate, et videte.* Habeo penes me mss.
Sermones in præcipuas Deiparæ festivitates.
Sermones de tempore, librum unum.
Sermones de Sanctis, librum unum.
Opuscula duo tironibus religiosis edmodum perquam idonea. Scripsisse ait Trithemius
De compositione hominis exteriores l. 1. Prolectus Religiosi septem.
De compositione hominis interioris lib. 1. Collationes meas. Sed quid nos de Opusculis his, et de altero *Institutionis Novitiorum*, quod insuper alii ei attribuunt, judicemus, allas diximus in Annalibus (*Ann.* 1272. *num.* 15 *et* 17.), et in hoc ipso opere, dum de S. Bonaventuræ operibus ageremus, ubi etiam quid circa socium Bertholdum opinari liceat, exposuimus.

Prodierunt autem simul cum vita sancti Gualfardi Confessoris Augustani, ab alio tamen authore conscripta, post annos trecentos, ex quo scripta erant, Augustæ apud Joannem Prætorium anno 1593.

Obiit in patria, apud suos consodales sepultus.

DAVID CHARLATUS Belga, provinciæ S. Andreæ, edidit Gallice opuscula duo ita inscripta:
La sainete Chapelle, sive *sacrum Sacellum, aut Odeum*, in quo exprimitur anima quædam devota, vel propensa in psalmodiam, sive chorum, sub titulo *Philomelæ*, ad Intelligendum scilicet, et addiscendum modum bene recitandi, et cantandi Officium divinum. Duaci apud Jacobum Mairesse anno 1635.
L'Hostel Dieu. Ibidem.

DAVID HENRERA Belga, Namurcensis, vertit *Vitam* Latinam *Beatæ Beggæ* in patrium Idioma. Edita est Lovanii apud Massium.

DAVID MICHAEL REGIUS, Tertii Instituti Divi Francisci Antuerpiæ, vir doctus, et magnæ loctionis, cui suus Ordo refertam Bibliothecam debet. Multa meditatus est; pauca in lucem prodierunt morte præventus: extant ejus tantummodo
Indices Romani Missalis, compendio quidquid in eodem continetur, dilucide ante oculos ponentes. Inscripsit amico optimo *Christophoro Plantino*, qui typis mandavit anno Domini 1573. Moritur Antverpiæ anno ab orbe redempto 1588. Nicolaus Agricola hoc illi epitaphium posuit:

Hic situs est DAVID MICHAEL REGIUS; omen
Esse sub his titulis res dedit ipsa fidem.
DAVIDEM Hymnographum expressit meditatio verbi
Divini, et facilis condere vena melos.
Belligerum cœli ductorem rotulit ardens
Zelus in hæreticæ dogmata perfidiæ.
REGIUS amicuit regali pectore, mundi
Præmia cum rigidus sprevit inanifui.
Sumptibus immensis conflarat Bibliothecam,
In qua τπεῖνα quæ patet orbis erat.
Hic se versabat, curisque suavibus ultro
Victus Apollineas mellificabat apes.
Hanc et amicorum studiis prostare volebat,
Nam neque cum Musis stat comes invidia.
Aevi hic florentis primos vix legerat annos,
Cum mox attonito mors inopina subit.
Hoc reliquum superest nobis, pia funderc cota,
Ut lux defuncto cœlitus irradiet;
Qua pastus mentem, calidoque incensus amore
Pro nobis validas fundat et ille preces,
Ut pax in terris, misero hoc dum jungimur ævo,
Nos gremio foverat Sedis Apostolicæ.

DAVID de la VIGNE, Reg. Observ. Gallice edidit
Speculum bonæ mortis. Parisiis 1646. in 4.

DESIDERIUS RICHARD Gallus, Barri-Albanus, Doctor Theologus Parisiensis, Conventus sanctæ Mariæ Angelorum provinciæ Divi Bonaventuræ Guardianus, absolvit, et edidit opus, quod Joannes Nodin incæpit, et inscripsit
Victoriam Hebræorum contra Ægyptios. Vide verbo *Joannes Nodin.* Lugduni apud Claudium Morillon anno 1611.

DIDACUS a S. ANNA Hispanus, Strict. Observ. provinciæ sancti Gabrielis, edidit Hispanice
Tractatum orationis mentalis, satis utilem iis, qui viam spiritus sectantur. Hispali anno 1638.
Compendium doctrinæ Religiosæ; et
Speculum Religiosorum, Hispali anno 1618 in 8.

DIDACUS de ARZE Hispanus, provinciæ Carthagineusis Minister electus anno 1595. postea a sacris Confessionibus, arcanisque consiliis Dom. Ferdinando Ruiz de Castro Comiti de Lemos, regni Neapolitani Proregi, vir quidem in omni litterarum genere eruditus, et studiosorum ardens promotor, ac fautor, in colligendis libris, ornandisque Bibliothecis insatiabilis. Et quidem in Cœnobio Murciano suæ provinciæ præcipuo nobilissimum optimis scientiarum omnium libris instruxit. Concionator gravissimus, et in dicendo efficacissimus, designatus est primum Episcopus Casarubiensis in Culabria, deinde Tudensis in Galiccia. Scripsit

Egregium, et doctum opus pro intelligendis difficilioribus sacræ Scripturæ locis, quod prænominavit *Ægyptus spoliata;* quia recoditas gentilium, et humanarum artium doctrinas quasi e manibus præripuit, et ad sacras perfecte intelligendas accomodavit. Incipit, *Lignum scientiæ boni.*

Opusculum, sive *Epistolam diffusam Apologeticam ad Fratres sibi subditos circa qualitatem vestimentorum,* ubi docte disserit de sæculi habitus usu apud antiquos Patres, de eius mystica significatione, et utilitate, ac Minorum professioni congruitate, in quam rem plurima ex sanctis Patribus congerit argumenta.

Sermones pro Adventu. Murciæ 1606.

Sermones pro Sanctis. Ibidem eodem anno.

Miscellanea pro Sermonibus conficiendis a festo Pentecostes usque ad Nativitatem Domini. Ibidem eodem anno.

Discursus prædicabiles in Antiphonam Salve Regina. Conchæ 1601. in 4.

Sermonem de Nativitate Virginis. Hispali 1608. in 8.

Opus aliud *Apologeticum* pro liberanda Urbe Romana a calumnijs hæreticorum, quod inscripsit, *Roma la Santa,* demonstrans non nisi lividis hæreticorum, et iniquorum oculis Urbem objici inquinamentis fœdatam; bonorum autem, et candidorum virorum libere absque pravo affectu judicantium conspectui apparere pulchris, plusque notis commendabilem.

Sermonem de Cruce Christi, et bono Latrone. Murciæ 1607. in 4.

Duo priora opera adhuc inedita vidi in prædicto cœnobio Murciano diligenter asservata anno 1618. quando iter parabam in Italiam in comitatu illius urbis Episcopi Antonii a Trejo mei olim Generalis Ministri, a Philippo III. amandati ad Paulum V. Oratoris pro defuncta controversia Conceptionis Virginis MARIÆ.

DIDACUS de BASCUÑVELOS Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Burgensis Definitor, scripsit

Fasciculum animæ ex opusculis S. Bonaventuræ confertum. Pompejopoli apud Lumbayen anno 1628. in 16.

DIDACUS BRAVUS Hispanus, Bellalcasurensis, provinciæ Angelorum, vir doctus, et religiosus, præcipuis sui Ordinis functus muneribus, edidit Hispanice

Expositionem in Regulam Minorum. Valcutiæ 1627.

Manuale Notatorium. Hispali apud Simoncm Faxardum anno 1633. in 8.

Reginem spirituale animarum. Ibid. 1637.

De usu syndici. Ibid. 1640.

Pœnitentiarii directio. Ibidem.

Dialogus spirituales, et Orationis exercitia. Ibidem 1637.

De vocatione Fratris Minoritæ. Ibid. 1640.

DIDACUS CABRERA Hispanus, scripsit

Sermones pro Adventu. Cæsaraugustæ 1610.

Sermones pro Quadragesima. Ibidem eodem au.

DIDACUS CEA Hispanus, Audensis, sacræ Theologiæ Lector emeritus, provinciæ Angelorum, in Romana Curia pro familia ultramontana Commissarius, edidit

Archielogia sacra Principum Apostolorum Petri, et Pauli in libros duos redacta. Romæ typis Ludovici Grignani anno 1636. in 4.

Thesaurum Terræ Sanctæ, quem Seraphica Minorum Religio de Observantia inter infideles per trecentos, et amplius annos religiose custodit, et fideliter administrat. Ibidem typis sacræ Congregationis de fide propaganda anno 1639. in 4.

Obiit expleto triennio sui officii in Cœnobio Aracœli anno 1640.

DIDACUS CHRISTIANI, Regularis Observantiæ, Domine Ducis Anrelianensis Confessarius, edidit, et eidem Dominæ dicavit

Breviarium B. Virginis, ex Psalterio S. Bonaventuræ, etc. compectum. Parisiis in 12. anno 1645.

DIDACUS a CORDUBA, Bonaventuræ a Salinis, de quo suo loco dictum est, germanus frater, Chronologus provinciarum Perunni Imperii, vir doctus, et pius, scripsit

Vitam, virtutem, et miracula Apostolici viri Francisci Solani illarum gentium Magistri; quam auctiorem edidit Alphonsus a Pandieta Qualificator sancti Offici, Comuissarius provinciæ duodecim Apostolorum ad Comitia Generalia, et Procurator Civitatis Regum pro canouizatione prædicti servi Dei Francisci. Madriti in typographia Regia anno 1643. in 4.

Chronicorum provinciæ duodecim Apostolorum regni Peruani epitomen diverte, et prudenter scriptam, anno 1644. quam ms. ad me misit.

DIDACUS de S. FRANCISCO Hispanus, scripsit

Historiam Martyrum Japonensium Ordinis Minorum provinciæ sancti Gregorii Philippinarum. Manillæ in Indiis apud Thomam Pinpin anno 1625.

DIDACUS a S. FRANCISCO alter Hispanus, Minister provinciæ S. Pauli, præco paravit

Materiam Theologicam. Tomum unum.

Conciones in gratiam Prælatorum pro Capitulis, et visitationibus Fratrum, Hispanice.

Formularium praxis Judiciarii.

DIDACUS MURILLO Hispanus, Cæsaraugustanus Reg. Observ. sacræ Theologiæ Lector, Definitor, et Minister provinciæ Aragoniæ, edidit Hispanice easto, et grato stylo

Historiam de fundatione miraculosi sæculi B. Mariæ Virginis Cæsaraugustani, et de excellentiis urbis Cæsaraugustanæ, de vita, itineribus, miraculis beati Jacobi Apostoli, et de sis quæ in Hispania gessit, deque vitis aliorum Sanctorum ad dictam urbem spectantium. Barcinone apud Sebastianum Matenad anno 1616. in fol.

Quadragesimale sermonum. Cæsaraugustæ anno 1603.

Sermonum duplicium in omnia Evangelia, quæ leguntur a Septuagesima usque ad Dominicam in Passione; tomum primum Cæsaraugustæ apud Angelum Tavannum anno 1605. et 1611. in 4.

Tomum secundum, *a Dominica Passionis, usque ad Resurrectionem Domini.* Ibidem apud Carolum de Lamayer, et Joannem de Larumbe eisdem annis in 4.

Sermones de Adventu Domini. Tomus unus in 4. Cæsaraugustæ 1610.

Librum inscriptum, *Scala spiritualis Cœli,* partitum

tium in tomos duos. Cæsaraugustæ apud Laurent. Robles anno 1598.

Alterum *de Vita Christi*, in quo quidquid ad Christi Domini gesta, et doctrinam spectat, egregie pertractat, tomum unum. Ibidem 1607. in 4.

Sermones de B. Maria Virgine, quos *Mariale* inscripsit. tomos duos. Cæsaraugustæ anno 1610. et 1614.

Sacram Poesim. Ibidem apud Petrum Cobarte 1616.

DIDACUS NAVARRUS provinciæ Castellæ Minister, scripsit

Primam partem Chronicorum Ordinis Minorum a Marco Ulyssipponensi scriptorum e Lusitanico in Castellanum idioma transtulit, edidítque Madriti anno 1574. in fol.

DIDACUS NAVARRUS alter Hispanus, Regul. Observ. provinciæ Granatensis, scripsit

Historiam prædictæ provinciæ, earumque rerum præsertim, quas præstermisit Franciscus Gonzaga, vel earum, quæ post scriptam illius historiam evenerunt, sive personarum, quæ deinceps floruerunt. Habeo apud me ms.

DIDACUS de OLMOS, natus apud Indos Occidentales in Civitate Cuscensi, cœnobii Limensis, et provinciæ duodecim Apostolorum in regno Peruano alumnus, scripsit

Grammaticam Indicam ea in regione valde necessariam, et utilem. Limæ anno 1633.

DIDACUS STELLA Lusitanus, provinciæ sancti Jacobi, non Castellæ, uti scripsit Possevinus, egregius verbi Dei Concionator, magno viro Cardinali Granvellano a secretis conscientiæ, commentarius est tenui, et plano stylo Latino

Evangelium S. Lucæ, tomis duobus, in quibus sensui littorali acute invento addidit plerosque sensus morales. Propter operis utilitatem, et amœnitatem post varias editiones Hispanicas prodiit sæpe Lutetiæ, Lugduni, Antuerpiæ, et alibi.

Theologi Hispani multa in utroque volumine, quæ nimirum pietatis studium, vel concionatorius exaggerandi modus extorsit, expungenda censuerunt; sed et Index Romanus prohibuit eas editiones, quæ ante annum 1581. prodierunt. Editio Antuerpiensis anni 1584, prodiit limata, uti et reliquæ subsequentes. Edidit etiam alios tractatus, videlicet

De contemnendis mundi vanitatibus libros tres, Hispanice, quos Latinos fecit Petrus Burgundus Soc. Jesu, et edi curavit Coloniæ an. 1585. 1587. et 1594. Italice prodierunt Florentiæ anno 1585. et Veronæ anno 1604. Venetiis anno 1626. typis Joann. Guerigli, interprete Joan. Baptista Perusco ejusdem Societatis. Editionem hanc postremam tribus copiosissimis Indibus illustravit Franciscus Montegrinus Minorita Observantinus.

De amore Dei Meditationes, quas etiam fecit Italicas idem Petrusens, et prodierunt simul cum opere de *Vanitate mundi*; et Compluti 1597.

De amore mundi, lingua vernacula.

De modo concionandi, sive *Rhetoricam Ecclesiasticam*, Latino sermone. Salamanticæ 1576. et 1586. et Venet. anno 1584.

Super Psalmum 136. qui incipit, *Super flumina Babyloniæ*, *Commentaria*, quæ simul cum Rhetorica prodierunt Coloniæ apud Mylium an. 1586. et 1587. et Venetiis anno 1598.

Tabulas rerum omnium, quæ in libris de Vanitate Mundi continentur, ad Evangelia totius anni distributæ. Prodierunt Veronæ anno 1594. in 16.

Vitam et laudes sancti Joannis Evangelistæ. Ulyssipponæ 1554.

DIDACUS de la VEGA Hispanus, Toletanus, provinc. Castellæ, Guardianus Civitatis Regalis, scripsit opus tomis quatuor distinctum, cui titulus,

Paradisus gloriæ Sanctorum. Toleti 1602. et sequentibus in 4. et Vullisoleti 1607. Prodierunt additiones ad hoc opus Methymnæ Campi 1604. Barcinone 1611.

Conciones Vespertinas Quadragesimales in septem psalmos Pœnitentiales. Prodierunt primo in Hispania, deinde Venetiis apud Chiot anno 1599. deinde ibidem apud Societatem Venetam 1602. Methymnæ Campi 1603. Lugduni in duabus Officinis uno, eodemque an. 1600. apud Vincentinum, et apud Horatium Cardonem.

Quadragesimales, tomos duos, Idiomate Hispanico. Compluti 1611. Brixiæ ano 1602. 1611. Barcinone 1613.

De Sanctis, tomos duos, Barcinone eodem anno.

Dominicales, tomos tres. Ibid. eodem anno, Toleti 1604.

Excitia spiritualia super Evangelia Adventus.

Prærogativas Beatæ Virginis Mariæ. Compluti 1616.

DIDACUS VALADES Hispanus, postquam in Indiis fidei propagandæ, Indorumque conversioni suam præstitit operam, in Curia Romana functus Procuratoris Generalis sui Ordinis munere, scripsit

Epitomen Magistri Sententiarum.

Rhetoricum Christianum ad concionandi, et orandi usum accommodatum, pulchris iconibus, et frequentibus Indorum exceptis respectum, quam Gregorio Decimotertio dedicavit. Prodiit Perusii anno 1579. et 1583. Vivebat anno 1570.

DIMAS SERPI Sardus, Calaritanus Reg. Observ. vir in ea insula magni nominis propter virtutem, et doctrinam, et suorum Fratrum Minister, multis annis Romæ ad Aracœli commoratus, scripsit

Chronica Sanctorum Sardiniæ. Barcinone 1600. in 4.

Apodixin sanctitatis sancti Gregorii Saillensis Episcopi, in 4. Romæ an. 1609. et 1619.

Purgatorium, et colloquia Jobi Patriarchæ. Barcinone 1609. in 4. et 1611.

Vitam Beati Salvatoris ab Orta.

De igne Purgatorio contra Lutherum, et alios sectarios, 1613.

Mirum porro accidit huic authori: cum quadam nocte cum suis confratribus religiose, et hilariter conversaretur, die sequenti mane diluculo perquisitus, non est inventus in cubiculo, neque alibi, neque in hunc usque diem sciri potuit, quid de homine actum sit, aut qualiter ab omnium oculis evanuerit.

DIONYSIUS e MONTEFALCO Umbriæ oppido notissimo, Capuccinus, edidit Italice

Artem unionis cum Deo. Romæ anno 1622.

DIONYSIUS PALEOTTUS Italus, Reg. Observ. provinc. Bononiensis, scripsit methodice

Vitam B. Catharinæ Bononiensis, quæ prodiit Italice primum, deinde Latine absque authoris, aut typographi nomine. Opus comendat Jacobus Grassettus Societatis Jesu in prologo vitæ ejusdem Divæ a se nuperrime conscriptæ. Composuit insuper

Officium proprium de B. Catharina Bononiensi, quod in ejus natali recitatur ex concessione Clementis VII. in Monasterio Bononiensi Corporis Christi. Vixit anno 1526. quo etiam hoc instituit Officium.

DIO-

DIONYSIUS de PVLNARI Etruscus, scripsit
Chronica provinciæ Tusciæ.

DIONYSIUS a TURRE de Martinis Italus, Strict. Observ. provinc. S. Francisci, Paulo Quinto summo Pontifici a conscientiæ arcanis, Episcopus Nepesinus et Sutrinus, scripsit
Commentarios in Logicam. Romæ anno 1614. in 4. Obiit an. 1627.

DOMINICA a PARADISO Florentina Ord. Min. Monasterii sanctæ Crucis fundatrix, ex revelatione sibi facta dictavit
De stellario Beatæ Mariæ opusculum, quod ms. extat Florentiæ in prædicto Monasterio.

DOMINICUS de BARTA, provinciæ Aquitaniæ Minister, scripsit
Postillam in Apocalypsim.
Obiit an. 1343. in monte Pessulano.

DOMINICUS BIATTA Hispanus, Observ. edidit
Soliloquium sancti Bonaventuræ, a se Hispanice traductum. Cæsaraugustæ anno 1580.
Colloquium peccatoris, et Christi Crucifixi a se compositum. Bæticæ 1621.

DOMINICUS BONAVENTURÆ de FESTO filius, Picenus ex oppido Fabriani, beati Francisci Fabrianensis ucpos (*Annal.* 1267. *num.* 7.), scripsit
Chronica brevia Ordinis Minorum.
Patrui sui Francisci vitam.
Floruit circa an. 1340.

DOMINICUS a BUSCHELLO Capuccinus, Umber, scripsit
De Virginis Mariæ invocatione.
Obiit an. 1589. Vide Boverium.

DOMINICUS N. Germanus, e Silesia Strict. Observ. postquam annis multis ad Cœnobinm sancti Petri in Monte Aureo Romæ linguam Arabicam prælegit, unus in Tartaria Missionarius, edidit
Magnum volumen vocabularii ejusdem linguæ, quod *Fabricam linguæ Arabicæ* appellavit. Romæ typis fidei propag. anno 1636. in 4. deinde auctum valde ibidem anno 1639. in fol.

DOMINICUS N. Custodiæ Forolivensis in Æmilia contra hæreticos Inquisitor, compilavit
Tractatum *de Officio Inquisitoris.* Testatur Petrus Rodulphius, se habuisse Romæ ms.

DOMINICUS de PADUA, edidit
Meditationes de vita Christi.

DOMINICUS PANTALEO Florentinus, edidit
Tractatum de Monte communi.
De Conceptione B. Mariæ.
Dialogum de eadem.
De substantia orbis.
De forma consecrationis Sanguinis Christi.
Super Psalmum Miserere.
Obiit anno 1376.

DONATUS a S. AGATHA, provinciæ Æmiliæ, dum in ea esset hæreticæ pravitatis Inquisitor, scripsit
Tractatum adversus hæreticos. Incipit, *Spiritus sancti gratia.*

DONATUS LEXOVIENSIS Galius, tertii Ordinis S. Francisci provinciæ sancti Ivonis, scripsit
Opuscula de devotionis S. Mariæ Vallis Benedictæ.

DONATUS MONOEUS Hibernus, Midensis, provinciæ Hiberniæ Minister, vir doctus, et insignis Concionator, scripsit
Brevem Historiam ejusdem provinciæ, quam habeo penes me ms.

DOROTHEUS BETERRA, Prædicator Capuccinus, Brixiensis, scripsit Italice
Sette ricordi principali necessarii a ciaschedun Cristiano per caminare sicuramente nella via della salute, che conduce al Cielo, compartiti ne' sette giorni della settimana con alcune meditationi, et orationi per la sanctissima Communione. Brixiæ per Vincentium Subbium anno 1590.

DURANDUS CAMPANUS Galius, a Confessionibus Reginæ Galliæ, et Navarræ, scripsit Summam Confessariorum, quæ inscribitur,
Directorium, in quatuor partes distinctam.
In quartum Sententiarum opus insigne, quod extat ms. in Bibliotheca Franciscanorum Bononiæ.
Floruit sub annum 1340.

E

ELEUTHERIUS ALBERGONUS Mediolanensis Ord. Min. Convent. Doctor Theologus, et in Gymnasio Mediolanensi Regens, Episcopus Montis Marani, edidit
Resolutionem doctrinæ Scoticæ, in qua quidquid Doctor subtilis circa singulas, quas excogitat quæstiones, sentiat, etsi oppositum alii opinentur, brevibus ostenditur. Ticini apud Paulum Mejottum an. 1593. in 4. Alia editio prodiit in 8. Lugduni multo correctior anno 1643.
Connexionem Evangeliorum Quadragesimalium, et Psalmorum.
Conciones Sabbatinas de excellentiis B. Mariæ ex Evangeliis, et Cantico Virginis. Romæ 1631.

ELIAS de BOURDEILLE patre Arnaldo Vicecomite de Bourdeille Senescalco, et Prorege in Petragoricis natus, anno decimo ætatis Minorum delegit Institutum, matre valde reluctante. In Cœnobio Tolosano ita diligenter studuit, ut anno ætatis decimonono Theses Theologicas octo dierum spatio propositas in Capitulo generali illic celebrato sustinuerit. A Nicolao V. creatus Episcopus Petragoricensis natus annos dumtaxat viginti quatuor, obicem minoritatis opposuit; sed Pontifex subtatum voluit dispensatione. Inde translatus ad Archiepiscopatum Turonensem, creatus est a Sixto Quarto Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Luciæ in Silice, missusque est galerus, licet absenti, ad cujus aspectum ille nullum lætitiæ edidit signum. Scripsit
De autoritate Papæ tractatus plures, ut refert Petrus de Boismorin in ejus vita.
De Concordato circa beneficia Galliæ.
Pro abrogatione pragmaticæ sanctionis.
Obiit miraculis clarus an. 1484. sepultus in Ecclesia Cathedrali Turonensi.

ELIAS dictus CORTONENSIS, licet in Villa Ossaria Cortonæ vicina natus, ut in Annalibus nostris (*Tom.* 1. *an.* 1221. *num.* 9.) demonstravimus, tametsi non tam adsequaverit suam vitam præscriptæ sibi a sancto Francisco Regulæ; attamen magna fecit, et tanta sapientia præditus fuit, ut ad magna peragenda negotia natus esse videretur: ob idque Principibus charus fuit. Enm S. Francisens Vicarium suum sibi instituit, et in Generalatu habuit successorem. Scripsit ad universas provincias
Epistolam gravem de morte S. Francisci, in qua ejus eruditio in sacris Scripturis apparet, et erga suum Institutorem pietas filialis declaratur. Eam Guilelmus Spoelbergius edidit cum *Speculo vitæ sancti Fran-*

Francisci, et nos juxta exemplar missum ex Conventu Recollectorum Valencenarum in Belgio, ubi originale servatur, pro rei gravitate tomo primo nostrorum Annalium (*An.* 1226. *num.* 44.) additimus.

Obiit anno 1253. Cortonæ, de quo vide tomo secundo Annalium num. 30., extra Ordinem, sed pœnitens. Non est igitur ille, qui sepultus est Vesuntione anno 1285., ut optime Chifletius infert, et duos fuisse suspicatur.

ELIAS de XABINALIS Gallus, provinciæ Aquitaniæ, sacræ Theologiæ Magister, anno 1342., a Clemente VI. tribus insignitus dignitatibus, Archiepiscopatus Nicosiensis, Patriarchatus Jerosolymitani, et Cardinalatus tituli sancti Vitalis, tandem sub Urbano V. factus sacri Collegii Decanus, Episcopus Ostiensis, et Velitrnus. Scripsit

In quatuor libros Sententiarum Commentaria.

In Apocalypsim.

De vita contemplativa, et alia.

Circa cognomen, et tempus ad Cardinalatum assumptionis, titulum, quem abuit, Ecclesias, quas rexit, diem, quo obiit, discordant authores, quorum sententiam examinavimus tom. 3. Annal. (*An.* 1342. *num.* 4.). Ex uno duos facit Possevinus, idem enim est Elias de Annibaldis, et Elias de sancto Heredio; utrumque namque cognomen improprie huic Eliæ Cardinali affigunt aliqui Scriptores.

Obiit Avenione 4. nonas Octobris an. 1363. sepultus ad Minores.

ELIAS PETIOT Gallus, Conventus Engolismensis, doctor Parisiensis, scripsit Gallice

Adversus Lasgarium hæreticum Ministrum Cognacensem.

ELIGIUS BASSEUS Capuccinus provinc. Gallo-Belgicæ, edidit

Flores totius Theologiæ practicæ tum sacramentalis, tum moralis. Antuerpiæ apud Petrum Bellerum anno 1643. in fol.

S. ELISABETHA Hungariæ Regis filia, Ludovico Lantgravio Thuringiæ nupta, Tertii Ordinis S. Francisci, cujus vitam, res gestas, miracula, et canonizationem a Gregorio Nono factam nos tomo primo nostrorum Annalium enarravimus, revelationibus divinis assueta,

Duodecim præcipuas *Revelationes* scriptas reliquit, de quibus nos egimus alias, et quintam circa tempus assumpti corporis Virginis sacratissimæ Mariæ in cœlum examinavimus (*An.* 1227. *num.* 1. et 12.). Ipsas autem Revelationes cum aliis meditationibus ejusdem sanctæ Heroinæ nos habemus mss.

ELZEARIUS DOMBARIENSIS Gallus, Tertii Ordinis Visitatoris generalis socius a secretis, edidit

Collectionem, et compilationem privilegiorum Apostolicorum Fratrum, et Sororum de Pœnitentia Tertii Ordinis sancti Francisci tam Regularis, quam Strict. Observ. Lugduni apud Claud. Morillon. 1614.

EMMANUEL ALCONCHEL Hispanus Strict. Observ. provinciæ S. Gabrielis, scripsit

Tractatum Orationis mentalis. Hispali an. 1612.

EMMANUEL ab INSULA Lusitanus, Strict. Obs. provinciæ S. Antonii in Portugallia, scripsit

Historiam prædictæ provinciæ, tamquam supplementum eorum, quæ desunt in historia Seraphicæ Francisci Gonzagæ. Habeo apud ms.

EMMANUEL a MONTE OLIVETI Lusitanus, Reg. Observ. provinciæ Portugallicæ, sacræ Theologiæ Lector emeritus, et Definitor, scripsit

Historiam prædictæ provinciæ, quam habeo apud me ms.

Practicam Regularem, et Ordinem Judiciarium. Ulyssippone 1633.

EMMANUEL ORCHIUS Italus Novocomensis Capuccinus, edidit Italice

Sermones Quadragesimales, doctos quidem et elegantes. Venetiis apud Juntas et Babam anno 1650.

EMMANUEL RODERICUS Lusitanus, provinciæ sancti Jacobi alumnus, apud Salamanticenses summo in pretio habitus tum propter Juris Canonici, et Theologiæ moralis egregiam notitiam, tum propter disciplinæ regularis constantissimum zelum, et vitæ sanctimoniam; ad eum omnes quotquot aderant recurrebant, et qui aberant, scribebant pro eundandis quibusenmque moralis disciplinæ dubiis, quibus patienter, et prudenter mira mansuetudine satisfaciebat. Nunquam volnit implicari officiis Religionis, his præsertim, quibus cura imminet animarum. Honoris gratia, et libris concilandæ authoritatis causa admisit, ut fieret provincia Definitor, longe fugiens a regiminis offendiculis. Scripsit

Explicationem Pontificii diplomatis, hoc est, Bullæ Cruciatæ, quæ prodiit Salamanticæ apud Joannem Fernandez anno 1594. Ejus autem explicationis pars prima pertinet ad ea, quæ viventibus conceduntur, aut condonantur; secunda ad ea, quæ pro animabus defunctorum; tertia, quæ ad compositionem, ut nominant: denique Motus proprius Pii V. exponitur, quo mulieribus prohibetur introitus in Cœnobiorum, et Religiosorum domos interiores: demum Constitutio ejusdem Pontificis *Cum onus Apostolicæ servitutis*, de institnendis censibus juxta praxim Hispanorum elucidatur. Porro hæc opera declarantur pleraque privilegia, et ejusmodi alia, quæ Episcopis et Confessariis maxime Regularibus plurimum proficient. Opus hoc ex Hispano transtulit in Italicum Julius Cæsar Valentinus Carpineti in Sabinis Plebanus; prodiitque cum additionibus Vincentii Ricci Mossanensis S. Theologiæ, et V. J. D. Panormi anno 1602.

Summam casuum conscientiæ, ordine alphabetico dispositam, Confessariis summe utilem, et facilem quatuor tomis distinctam, seu potius duas Summas, seu duo integra alphabeta casuum conscientiæ, quorum utrumque duos habet tomos. Postquam enim uno volumine integrum absolverat alphabetum, videns multa superesse dicenda, multosque alii propoui casus in illo libro intactos, secundum composuit integro etiam alphabeto distinctum. Primum volumen bis prodiit Salamanticæ; tertio auctius, et castigatius Barcinone apud Laurentium Deu anno 1616. Secundum, quod dedicaverat Fr. Petro Gonçalez de Mendoza Minoritæ tunc Archiepiscopo Granatensi, postea Archiepiscopo. Cæsarangustano, et Episcopo Signtino, impressum est Cæsaraugustæ apud Joannem de Naja et Quartanet anno 1615. Ego, absolutis studiis Theologicis Salamanticæ, ex duobus voluminibus, duobusque alphabetis jussu Superiorum unum satis grande compegi, per sna loca singulis materiis dispositis. Prodiit ibidem 1616. Ubi primum edidit volumen, illud Latinitate donavit Balthazar de Canizal Hispanus Placentinus, et Venetiis excudi curavit an. 1607. in 4.

Opinionum communium circa casus conscientiæ librum unum. Venetiis anno 1610.

Catechismum doctrinæ Christianæ. Salamanticæ 1602. in 4.

Tractatum

Tractatum ordinis judiciarii, quem Ministri Generales, et Provinciales, aliique Judices Ecclesiastici observare debent in suis visitationibus. Prodiit ad finem primi voluminis Summæ prædictæ.

Quæstionum Regularium, et Canonicarum tomos tres, in quibus utrinsque Juris, et privilegiorum Regularium, atque Apostolicarum Constitutionum novæ, et veteres difficultates disperæ, et confusæ miro ordine scholastico per quæstiones, et articulos cinciandantur, Prælatis Ecclesiasticis, et Regularibus, nec non judicibus cujusoumque Tribunalis, et utriusque juris peritis, ac quibuscumque Ecclesiasticis Regular. maxime necessarios. Prodierunt Salamanticæ, aliisque in locis, præsertim Lugduni sumptibus Horatii Cardon anno 1613. quæ editio reliquis prioribus est torsior. et clarior. Opus hoc præ omnium Judicum Ecclesiasticorum manibus habetur, passimque citatur, præsertim in causis Regularium. Patres Recolleti provinciæ S. Andreæ in Belgio ad compendium per aphorismos ordine alphabetico digestum redegerunt. Prodiit Antuerpiæ apud Belleros anno 1622. Aliud insuper copiosius edidit Hieronymus Rodericus Lugduni. Vide verbo *Hieronymus Rodericus*.

Collectionem, et compilationem Privilegiorum Apostolicorum Regularium mendicantium, et non mendicantium, in quibus ipsæ Religiones communicant. In quibus quæ in aliquibus Religionum codicibus dispersa sunt, et sine ordine diffusa, his congesta sunt et quæ ab Urbano II. usque ad Clementem VIII. concessa sunt Regularibus, disposita et ordinata invenianntur, cum quibusdam remissionibus ad marginem, ex quibus cuiosus Lector facile percipiet, quæ horum privilegiorum sint in usu, quæ vero limitata, et moderata, et quæ denum sint omino abrogata. Prodierunt ubique ad finem tomi tertii Quæstionum Regularium.

Vixit anno 1610.

EMMANUEL de TAMAYO Hispanus, vir doctus, et gravis, in provincia Granatensi Lector emeritus, Minister, aliisque præcipuis functus officiis, edidit Hispanice

Discursus Apologeticos de reliquiis Bonosi, Maximiani, aliorumque Sanctorum inventis Arionæ. Baeæ 1635.

EVANGELISTA a BONONIA cognomine Sartonius sacrarum litterarum peritus, et in politicis non mediocriter versatus; proinde vernacule digessit

Civitatem Reipublicæ Regularis.

Exercitium Politicæ magnorum Ecclesiasticorum, et Sæcularium anno 1628.

EVANGELISTA MARCELLINUS Etruscus, Reg. Observ. sincerus, et valde proficuus Ecclesiastes, qui suo humili statu contentus, nunquam aspirare voluit ad dignitates intra, vel extra Ordinem, solum animarum appetens profectum, terram despiciens, cœlum appetens, humilis spiritu, ardens merito, ingenio claruus, scientia plenus, eloquentia profluus, in Urbe continuo nunquam interruptu cursu prædicabat magno auliconum fructu, perpetuo universorum applausu, et numeroso auditorum concursu. Scripsit

Tractatum de conversione peccatoris in Deum. Prodiit Florentiæ, et Mantuæ, deinde Venetiis 1589.

Metamorphosim studiosi viri.

Expositionem in libros Judicum. Venetiis apud Juntas anno 1589 in 8.

In libros Regum.

In Psalmum 67. Exurgat Deus, expositionem mysticam.

In Psalmum 109.

In Cantica. Florentiæ anno 1599.

In Ruht. Ibidem anno 1586.

In Tobiam.

In Danielem Prophetam, Venetiis apud Juntas anno 1588. in 8.

In Habacuch Prophetam. Florentiæ apud Georgium Marescottum an. 1584.

In Jonam Prophetam. Camerini an. 1581.

In Apocalypsim.

In Epistolam ad Hebræos.

Meditationes de quinque diebus creationis mundi.

De virtutibus Lectiones variæ.

Concionem de passione Domini sub titulo septenarii.

De vanitate mundi.

Conciones variæ. Venetiis an. 1596.

Super Cantica Zachariæ, et B. Virginis. Florentiæ anno 1599.

Coronam duodecim Stellarum. Venetiis apud Juntas anno 1589.

Dialogos duodecim virtutum. Florentiæ apud Georgium Marescottum anno 1581.

Sermones 15. in Psalmum 109. Apud eundem anno 1583.

Concionem Florentiæ in majori æde habitam feria 6. in Parascere. Ibid. an. 1585.

Concionem Neapoli in Archiepiscopali Ecclesia habitam eodem die alterius anni. Venetiis apud Juntas 1588.

Obiit Romæ in Cœnobio Aracœli non sine opinione sanctitatis, inquit Possevinus in secunda appendice tomi primi sui Apparatus, anno 1593., quem, et pene moribundum eructantem ad graves morbi dolores ferendos divina Jobi verba se audivisse testatur.

EVANGELISTA de MOMINIO Etruscus, diœcesis Pistoriensis, provinciæ Tusciæ Reg. Observ. olim Minister, et familiæ Cismontanæ Vicarius, et Definitor generalis, vir doctus, et insignis Prædicator, noster olim amicus, magno Etruriæ Duci adeo charus, ut ejus opera, et prudentia usus sit apud Philippum IV. Hispaniarum Regem, ad quem, virum utique solertem, et in rebus peragendis dexterum, destinavit. Scripsit porro

Directorium Superiorum Regularium, et Ecclesiasticorum, quibus Monachorum, aut Sanctimonialium regimen incumbit. Prodiit Pistorii opera Fr. Gregorii Cortonensis apud Petrum Antonium Fortanatum anno 1644. in 4.

Diarium Quadragesimale, seu *Sermones pro singulis diebus Quadragesimæ.* Tomum primum ibid. apud eundem an 1646. in 4.

EUGENIUS ODOWHEE Hibernus, Reg. Obser. insignis Concionator, composuit idiomate Hibernico

Poemata multa sacra, in quibus vatis more multa prædicit. Passim memoritur ab Hibernis recitantur. Vixit sub anno 1600.

EUGENIUS MARTINELLUS de GAVARDO, Italus, Regul. Observ. provinciæ Brixiæ, collegit ex tractatu Andreæ Peruzzini ab Orziano ejusdem Instituti, ot provinciæ de Immaculata Conceptione Mariæ Virginis

Speculum, in quo relucet D. Thomæ sententia, quod B. Virgo fuerit sine peccato concepta. Patavii apud Joan. Baptistam de Martinis, et Livium Pasquatum anno 1628.

EUGENIUS ROGER Recollectus, Gallice edidit

Descriptionem Terræ sanctæ cum tractatu 14. nationum diversæ Religionis eam inhabitantium, et alio tractatu

tractatu de præcipuis articulis Alcorani. Parisiis in 4. anno 1646.

EUPHRASIA ALFARI Perusina, Clarissa Monasterii sanctæ Mariæ Montis Lucis prope mœnia Perusii, scripsit non inconcinne lingua materna

Chronica prædicti Monasterii. Habeo apud me mss.

EUSTACHIUS BONAVENTURA, ut habet Trithemius, qui Eutychius Bonaventura. Vide *S. Bonaventura.*

EUSTACHIUS NORMAVILLUS Anglus, uti scribunt Lelandus, et Ecclestonus, primo artium liberalium Magister, deinde Juris utriusque Doctor, tandem Academiæ Oxoniensis fuit Cancellarius. In Religione legere cepit, quando Rodulphus Colebergus, de quo suo loco, prælegere desivit. Nonnulla doctrinæ suæ monumenta posteris reliquisse, sibi persuadet Pitæus; quæ vel hominum incuria, vel temporum injuria perierunt. Claruit anno 1280.

F

FABIUS SINIS de Monte Regali, provinciæ sancti Francisci, Umber, Minor Conventualis, sacræ Theologiæ Magister, scripsit Italice opusculum inscriptum:

Sei ragionamenti degl'affetti mistici tratti dal Cantico di Salomone. Romæ 1640. apud Andream Phæum; et aliud Latine intitulatum:

Spiritualis industria pro confessione. Romæ 1641. apud Jonumem Baptistam Robiettum.

Opusculum de casibus conscientiæ.

FAUSTINUS DIESTENSIS Belga, Capuccinus, scripsit

Vitam, gesta, et mortem Archangeli Scoti ejusdem Instituti, quem alterum prænominat Alexium, nobili familia oriundum, post varios virtutum agones beata morte consummatum. Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Christophorum an. 1620. in 12.

FAUSTINUS GEDEONUS a Brixia Provincialis provinciæ Brixien. Minorum Capuccinorum, scripsit

Septizonium Mariaunn, hoc est, *De nominibus Deiparæ;* opus novissimum, in septem libros distinctum, anno 1648.

FAUSTINUS TASSUS, alias Jason Venetus, ab incunte ætate vividi exhibuit specimen ingenii, semper aliquid scribens sive soluta oratione, sive carmine, idiomate materno. Puer lusit versibus amatoriis, quos postea damnans, Religionem ingressus Minorum Observantium, alium peperit ingeniosum libellum metricum omni pietate refertum; carmine etiam orationem Jeremiæ Prophetæ explicuit.

Duas habuit *Orationes funebres,* unam Pragæ in Bohemia *in Ferdinandi Imperatoris obitu;* alteram Novariæ *in morte Marchionis Montis Gribelli,* quibus non mediocrem laudem assecutus est.

Libris tredecim res inter Catholicos, et hæreticos gestas complexus est rogatu Philiberti Ducis Sabaudiæ. Scripsit insuper

De conversione peccatorum ad Deum, Italice. Venetiis anno 1578. in 4.

Sermones 12. *in honorem Deiparæ Virginis,* quos ad populum habuerat Venetiis in æde S. Francisci a Vinea. Prodierunt ibidem ex officina Joannis Baptistæ Somasci 1589.

Sermones totidem super canticum Magnificat.

Sermones viginti de sanctissimæ Trinitatis mysterio, et de Adventu Messiæ, Neapoli habitos.

Diversarum concionum lib. unum.

Tractatum de Adventu Messiæ. Venetiis 1585. in 4.

Genue, et Taurini sacras Scripturas professus est: hic onus eas explicandas suscepisset, Philibertus supradictus sibi Concionatorem delegit, cui etiam Niciæ in hoc munere deservivit. Floruit anno 1586.

FAUSTUS de COMMILLIONIBUS Venetus, supradicti Faustini nepos, vir acris ingenii, qui ætatis anno 16. elegantem composuit, et publice recitavit Patavii *Orationem de Dominica Nativitate,* quæ postea prodiit, ac maturioris ætatis alia edidit non contemnenda sui ingenii argumenta.

FEDERICUS PEREGRINUS, idiomate Italico edidit

Discursum in Psalmum 37. *Domine ne in furore tuo.*

Alterum in Psalmum 50. *Miserere.* Prodiit Bononiæ ex officina Rubea anno 1579.

FELIX CIATTUS Ordinis Minorum Conventualium sacræ Theologiæ Magister, edidit Italice

Paradoxum historicum de Origine Ecclesiæ cathedralis Perusinæ, et de primo ejusdem Episcopo, ad Cardinalem Ubaldescum Legatum Bononiensem Episcopum Perusinum. Venetiis apud Sarzinam anno 1634. in 4.

Annalium, et historiarum Perusinarum partem primam. Perusii apud Angelum Bartoli anno 1636.

FELIX PERETTUS Picenus, Ordinis Minorum Conventualium, qui postea S. R. E. Cardinalis, et Summus Pontifex, vide verbo *Sixtus V.*

FERDINANDUS BASACIUS Aquitanus, convertit in linguam Indianam

Varios Sermones, Epistolas, et Evangelia.

FERDINANDUS del CAMPO Hispanus, vir gravis, et doctus, provinciæ sancti Jacobi Minister, Guardianus Salamanticensis, multis suæ religionis functus muneribus, Episcopus Baranceæ in Indiis Occidentalibus Peruanis, edidit

Doctas adnotationes in Evangelia Quadragesimalia. Salmanticæ 1599.

FERDINANDUS DAVILA edidit

Annotationes in Evangelia Adventus. Prodierunt Venetiis apud Franciscum Franciscum Senensem.

FERDINANDUS VINTKIUS Germanus Reg. Observ. edidit

Enarrationes Ecclesiasticas, sive diversarum Ecclesiastici status controversiarum resolutiones. Francofurti in fol. an. 1576.

FIRMANUS CAPITIS, vide *Firminus.*

FLORENTIUS BURGOINUS, aliis Burgonius, Parisiensis, quem aliqui Francisco nominant, addidit

Indicem, et scholia ad opera S. Augustini, in quibus item emendandis laboraverat, anno 1541. Parisiis.

FLORENTIUS CONRIUS Hibernus, Connaciensis, provinciæ Hiberniæ Minister, Collegii S. Antonii de Padua pro Fratribus Hibernis Strict. Observ. apud Lovanienses fundator; a Clemente VIII. in Hiberniam amandatus, ut exercitui a Rege Catholico Philippo II. in subsidium Catholicorum misso suo adesset consilio, mox Archiepiscopus Tuamensis, per Anglos proscriptus, modo in Belgio, modo in Hispania, ubi eum Madriti degentem cognovi, a patria exulabat, subsidio per Hispanum ministrato. In hoc diuturno exilio totum se dedit S. Augustini operibus evolvendis, mentem sanctissimi Doctoris circa gratiæ necessitatem

sitatem, et efficaciam improbo assecutus labore. Universam librorum molem septies perlegit, et vicies quidquid ad gratiæ controversias cum Pelagio, allisque hæreticis spectabat. Ubi herendum erat loci difficultate, vel verborum obscuritate, orationem adhibebat, et jejunium, idque plurium aliquando dierum, donec sibi videretur genuinum sensum attigisse. Scripsit itaque in hoc genere gravissime, et doctissime Augustini sensui, et verbis semper adhærens,

Integrum volumen de Gratia Christi, aliquando, dum Sedis Apostolicæ remota de hac re libros edendi prohibitione licuerit, prodituram. Prodiit tamen Parisiis diu post ejus mortem anno 1646.

Compendium doctrinæ S. Augustini circa Gratiam, ab eo compositum in 4.

Tractatum de statu parvulorum sine Baptismo decedentium ex hac vita justa sensum B. Augustini. Prodiit primo Lovanii anno 1624. et secundo titulem apud Henricum Hasterium anno 1635. tertio Rothomagi anno 1643. Gabrieli Cardinali de Trejo dicatum, doctorum ferme omnium virorum, Academiarum Lovaniensis, et Duacenæ encomiis commendatum.

Alterum de flagellis Justorum, justa mentem ejusdem S. Doctoris, quem ipse citat in initio præcedentis tractatus, quem ego adhuc non vidi.

Tertium de misero statu naturæ lapsæ, de ruinosa reparatione per peccatum inflictis, de remediis necessitate, eoque per Christum adhibito, subjecta pro operis argumento parabola illius, qui descendebat ab Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones, qui dispoliaverunt eum, plagasque imposuerunt. Prænotavit itaque librum hoc titulo: *Peregrinus Jerichontinus*. Parisiis anno 1644.

Quartum de Augustini sensu circa B. Mariæ Virginis Conceptionem, ad Antoninm de Trejo ex Vicario Generali Ordinis Minorum Episcopum Carthaginensem, Philippi III. Hispaniarum Regis ad Paninm V. Oratorem pro defuncta hac controversia. Antuerpiæ apud Joannem Keerbergium anno 1619.

Speculum vitæ Christianæ, nuncupatum *Desiderium*, eruditionis Catholicis Hibernicis perquam opportunum, Hibernice edidit Lovanii in Collegio Minorum anno 1626.

Epistolam diffusam contra eos, qui assensum præbuerunt in Parlamento Hiberniæ proscribendis bonis quorundam Principum Catholicorum, qui pro fide Catholica contra hæreticos Anglos decertarunt: eam exscripsit Philippus Osnlevanus in compendio Historiæ Hiberniæ tomo 4. lib. 12. cap. 9.

Obiit Madriti anno 1631.

FLORENTIUS GRAJUS Hiberuus primum Lovanii ad D. Antonii collegium, deinde Dublinii Theologiæ Lector, scripsit

Grammaticam Hibernicam.

FLORENTIUS ab HANSWYCK Belga, Mechliniensis Capuccinus, provinciæ Flandriæ Definitor, edidit

Coronacopiæ Concionatorum de S. Virginis Mariæ mysteriis tomos duos, Antuerpiæ 1646. in fol. apud Gnilielmum Lesteenium.

FLORENTIUS LEYDANUS Belga Rog. Observ. scripsit

Historiam novorum in Germania inferiori Martyrum Ordinis S. Francisci, cui accedit *Enarratio Martyrii aliorum quorundam ejus Ordinis Religiosorum in partibus Galliarum.* Ingolstadii anno 1582. tipis Wolfgangi Ederi. Vide Molanum in Bibliotheca Materiarum.

FLORENTIUS VOUROPINUS Purisiensis

Opera S. Augustini recognovit, additis, completisque opusculis auxit, sacræ Scripturæ, et rerum Indicem copiosissimum S. Patris doctrinæ sectatoribus gratissimum, et utilissimum attexuit. Parisiis 1541. et Valentiæ 1552.

FORTANERIUS VASSELLI, quem alii Sertorium appellant, Gallus (*Annal. Minor. to.* 3. *et* 4.), Valvensis, Vasco, quem in diœcesi Cadurcensi ortum ait author appendicis Chronici Bernardi Guidonis, et tamen Trithemius, ac Pitseus in Anglia natum adfirmant. In Aquitaniæ Monasterio Gordoniensi Minorum subiit Institutum, Propter multiplicem virtutem, et doctrinam factus est primum Regens Avenionensis, mox, assumpto Fr. Gerardo Odonis Ministro Generali ad Patriarchatum Antiochenum, et administrationem Ecclesiæ Catanensis, designatus est a Clemente VI. Vicarius generalis usque ad futurum Generale Capitulum, in quo electus est totius Ordinis Minister, deinde ab eodem Clemente Archiepiscopus Ravennæ renunciatus est, relicto ei regimine Ordinis sub titulo Vicarii usque ad proxima Comitia generalia; demum translatus est ad Patriarchatum Gradensem. Ante hæc Episcopum fuisse Massiliensem scribunt etsi perperam, Claudius Roberti in sua Gallia Christiana, et Nomenclator Cardinalium. Missus est pacificator ad Venetos, et Genuenses, feralibus odiis dissidentes, ubi cum prudentissime hoc munus obiisset, et res Pontificias in Æmilia promovisset, aliaque egregie in Sedis Apostolicæ obsequium præstitisset, Innocentius VI. anno 1361. 15. kal. Decemb. eum Cardinalem procreavit. Cum vero Avenionem ad galerum suscipiendum proficseretur, obiit Patavii eodem anno, sepultus in D. Antonii Basilica. Scripsit

In omnes ferme sacrorum Bibliorum libros.

Aliquot Augustini libros, præsertim vigesimum secundum de Civitate Dei, graviter exposuit.

Sermonum ad utrumque statum Ecclesiasticum, et secularem, librum unum conscripsit.

Lectionum Theologicarum lib. unum.

Quodlibeta disputata. Petrus Frison in Gallia Purpurata, Eysengrenius.

FORTUNATUS FIDELIS Fortunati filius, Siculus Agyræ, quæ vetusta urbs est diœcesis Catanensis, tertii Ordinis S. Francisci Professor, insignis declamator, edidit

Sermones Quadragesimales. Panormi anno 1636.

Theoremata moralia ex 22. *Psalmo decerpta de Augustinismo Eucharistiæ Sacramento.* Prodierunt Panormi anno 1638.

FORTUNATUS a PERUSIO, Regul. Observ. scripsit

Consilium circa licitam, et justam erectionem Montium Pietatis.

FRANCISCUS de ABBATIBUS Astensis, scripsit

Sermones Dominicarum annuarum. Incipiunt, *Erunt signa in sole.*

Item Quadragesimale.

FRANCISCUS ÆSINUS Piceuus, vir plissimus, et Regul. Observ. studiosissimus, Prædicator Apostolicus, suæ patriæ designatus Episcopus, dignitatem renuit accipere. Scripsit

Circulum divini amoris, vernacule, videlicet qualiter Deus super omnia diligendus sit.

Explicationem doctrinæ Christianæ, a Marcello II. commendatum.

Brevem responsionem ad singulos articulos Capuccinorum Concionatoribus transmissos per Cardinalem Carpensem Ordinis Protectorem, jubente Paulo III. Summo Pontifice.

Ab

Ab Observantibus simul cum Bernardino Astensi transivit ad Capuccinos (*Vide Annal. Capuccinor. an.* 1545 *num.* 4.), inter quos egregium virtutis, et prudentiæ opinionem assecutus, factus est Vicarius Generalis. Obiit Perusii octogenarius, et ultra, anno 1549.

FRANCISCUS de ALCOCER Hispanus, provinciæ sancti Jacobi, scripsit

Confessionarium, seu *Summam casuum conscientiæ*. Cordubæ apud Franc. de Zea an. 1592.

Librum de Ludo. Salamanticæ 1559.

Librum de Ceremoniis Ecclesiasticis.

Vixit anno 1580.

FRANCISCUS ALVATUS Astensis, scripsit

Postillas in Evangelia.

Sermones Quadragesimales. Habeantur omnia ms. in uno codice magno in Bibliotheca Conventus Valdescopesi provinciæ Conceptionis in Hispania.

FRANCISCUS AMPULLUS, sive de Ampullis,

Juris Canonici decreta Commentariis illustravit: cujus authoritate Angelus a Clavasio suam Summam Angelicam comprobandam existimavit.

FRANCISCUS ANDEGAVENSIS, suppresso suo nomine, edidit

Historiam mixtionis Capuccinorum provinciæ Turonensis ad regnum Marrochii in Africa, cura, et ordinatione P. Josephi le Clerc Parisini. Nyorti per Vidnam Joannis Bureau 1641. in 8.

Vitam, et acta ejusdem P. Josephi le Clerc. Parisiis anno 1645.

FRANCISCUS de ANGELIS Hispanus, e Castro Viridi, provinciæ sancti Pauli, edidit Hispanice

Pias considerationes in Antiphonam: Tota pulchra es Maria, a Minoritis solemniter decantari solitam in commendationem Conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ. Madriti anno 1643.

FRANCISCUS ANTONIUS BLONDUS a S. Severino, Italus, Minorum Conventualium Collegii sancti Bonaventuræ in Urbe Regens, noster amicus, ad Episcopatum Caprittanum primo, deinde ad Ortonensem assumptus, scripsit

Disputationes Scoticas, in quibus divinæ prædestinationis, et reprobationis mysterium juxta doctrinam Scoti elucidatur. Bononiæ anno 1625.

Opus de Censuris, et Irregularitate. Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1636. in 4.

FRANCISCUS ANTONIUS CASIMIRIUS Ord. Minor. Convent. edidit opus Theologicum, quod inscripsit:

Scotus dilucidatus in secundum Sententiarum. Neapoli anno 1597.

FRANCISCUS ANTONIUS de LEONIBUS a Rutiliano Convent. sacræ Theol. Magister, scripsit

Italice Pias instructiones pro Chordigeris.

FRANCISCUS ab AQUA PUTRIDA ex regno Neapolitano, provinciæ Terræ Laboris, et Castodiæ Beneventanæ, scripsit

Compendium conclusionum universæ Philosophiæ.

Diadema Philosophorum, in quo recondita naturæ aperit arcana.

Floruit circa annum 1340.

FRANCISCUS de AREGATIIS Italus, Cremonensis, Philippo Mariæ Mediolanensium Duci charissimus, J. U. D. provinciæ Bononiæ, vir in Scholastica, et morali Theologia doctissimus, qui ob præclaras virtutes, et singularem doctrinam assumptus est ad Ecclesiam Bergomensem, eamque rexit annis ferme 25 (*Ann. Min. an.* 1403. *num.* 5.). Obiit Bergomi anno 1427. sepultus in templo S. Francisci. Interfuit Concilio Constantiensi, ubi aliquot habuit *Orationes*.

Alia ejus *opera*, ait Willotus, omnes ambire, pancos frui.

FRANCISCUS ARETINUS Regul. Observ. provinciæ Tusciæ, edidit

Expositionem in Regulam Fratrum Minorum. Florentiæ anno 1594.

FRANCISCUS AROLA sacræ Theologiæ Doctor, composuit

Concordantias majores Bibliorum. Lugduni apud Sebastianum Grifum anno 1551.

FRANCISCUS ASCULANUS, *Doctoris Succinti* nomen sortitus, scripsit

In quatuor libros Sententiarum.

Reportata in eosdem.

Opus contradictionum.

Improbationes quasdam; quæ extant Florentiæ mss. in Bibliotheca S. Crucis.

Hic adhæsit Michaeli de Cesena, et Guilelmo Ochamo contra Joannem XXII. Vide quid de ejus resipiscentia diximus tomo tertio Annalium (*An.* 1344. *num.* 7).

S. FRANCISCUS ASSISIAS aostri Instituti Author, et Rector, Petri Bernardoni, et Picæ lectissimæ feminæ filius, Assisii in Umbria an. 1182., Lucio III. Pontifice, Friderico I. Imperatore, magno rei Christianæ incremento, et Ecclesiæ Christianæ fulcimento satus. Ab ipsis incunabulis Christo Domino cœpit assimilari. Etenim in stabulo natus, impresso per Angelum Crucis signo in humero dextro, ita facto principatu ejus super humerum ejus, Christi Domini vitam, humilitatem, mansuetudinem, paupertatem ardenter æmulatus, acceptis duodecim Sociis, quorum unus Judæ instar disperiit. Crucis Christi vexillum ubique erexit, populos, et regna ad pœnitentiam excitavit, missis per orbem universum discipulis. Gravissime Cardinalis Baronius (*Tom.* 12. *ad annum* 1182.): *Luctuosi mundi Deus miseratus errores, et plane Ecclesiam suam in deterius declinantem, ac collabentem, jam depravata morum disciplina, erigere volens, in conflatorio divini Spiritus Apostolicum hominem formavit Franciscum, et celut norum sydus, quod peccati, erroriaque tenebras depelleret, nasci voluit, confuso, tenebrosoque rerum humanarum, ac misero Ordinis Ecclesiastici statu, per quem e corruptæ vitæ vetustate veluti novus, renascensve mundus exurgeret.* Multis, magnisque quidem rebus in Ecclesiæ reparationem præstitis, demum quino ab ipso Christo Domino accepto vulnere, mundi superatis oblectamentis, rebusque contemptis, nudus humi jacens, terrenis vinculis expeditus in cœlum evolavit IV. nonas Octobris anno Christi 1226., ætatis XLIV., ita ut verissime dixerit Raphael Volaterranus (*l.* 21 *Anthropol.*): *Conservatoris nostri per omnia fere typum gessit*. Secundo post obitum anno tanta solemnitate, quanta alius nunquam, canonizatus est a Gregorio IX. qui viventem amice dilexit, et mortuum eo usque veneratus est, ut Assisium cum universo Cardinalium Collegio profectus sit, et in ipso, in quo jacebat Francisceus, templo, exhumato, et posito in conspectum vegeto, et integro corpore, catalogo Sanctorum adscripserit, mox ei magnificam triplicis templi Basilicam extruxerit, in cujus imo, abditoque recessu

recessu sacratissimum thesaurum, hoc apposito epitaphio, doponi curavit:

VIRO SERAPHICO, CATHOLICO, APOSTOLICO,
FRANCISCI ROMANI, (*)
CELSA HVMILITATE CONSPICVI,
CHRISTIANI ORBIS PVLCIMENTI,
ECCLESIAE REPARATORIS,
CORPORI NEC VIVENTI, NEC MORTVO,
CHRISTI CRVCIFIXI PLAGARVM,
CLAVORVMQVE INSIGNIBVS ADMIRANDO,
PAPA NOVAE POENITENTIAE COLLACHRIMANS
LAETIFICANS, ET EXVLTANS,
IVSSV, MANV, MVNIFICENTIA, POSVIT,
ANNO DOMINI M. CC, XXVIII.
XVI. KAL. AVGVSTI
ANTE OBITVM MORTVVS, POST OBITVM VIVVS

(*) *Ob summam erga Eccles. Romanam reverentiam, et quia Assisium ditionis est Romanæ.*

Etsi plerique indoctum, idiotam, et sacrarum litterarum imperitum judicarint, tantæ tamen hominis virtuti ea insuper accessit excellentia, ut cælesti, et mira quadam disciplina loquaces, et garrulos hujus sæculi superavcrit magistros. Uti a fastu, et superbia erat maxime alienus; ita tumentem, ot vanam usperantus est litterasturam, eamquo adinvenit sapiontiam, vel e superis edoctus monstravit Philosophiam, qua nulla verior, nulla securior, humilitatis scilicet, Evangelicæ paupertatis, mundi contomptus, per quem constanter ipso incessit, ot qua late patet orbis Christianus, discipuli gradiuntur magno virtutis incremento. Novam hanc scholam, Deo institntore, simplioiter, et absque verborum lenocinio aperuit, et virtutum penetralia sincero, candidoquo sermono, nullo obducto fuco, reservavit. Aliquaiem in puoritia usscutus Latini sermonis notitiam, assiduus fuit in sacrorum Bibliorum studio. Post mundi repudium simplicibus verbis, sed ardenti spiritu divinarum rerum amorem efficaciter suadebat, tantaque virtute prædicabat, ut innumeros populos a recto tramite longe aberrantes, ad salutis semitam revocarit. Erant ejus verba ignita, medullas cordis penetrantia, ad divisionem spiritus, et corporis pertingentia. Manifestum hujus rei specimen dedit in collectis a me ipsius Opusculis, quæ Antuerpiæ ex officina Plantiniana anno 1623. adjectis Commentariis prodiorunt, tribus libris distincta.

PRIMUS LIBER CONTINET.

Epistolas septemdecim.
Opuscula varia.
Orationes diversas.
Testamentum.
Laudes Testamenti.

SECUNDUS LIBER.

Regulam primam pro Fratribus Minoribus.
Regulam secundam pro eisdem.
Laudes secundæ Regulæ.
Regulam Clarissarum.
Regulam Fratrum Pœnitentium.

TERTIUS LIBER.

Collationes monasticas viginti octo.
Officium Passionis Dominicæ.
Cantica spiritualia tria.
Apophthegmata.
Familiaria colloquia.
Prophetias.
Parabolas, et exempla.
Benedictiones.
Oracula, et sententias.

APPENDIX DUBIORUM OPUSCULORUM COMPREHENDIT.

Sermones breves septem.
Opuscula duo.
Vitam S. Patriarchæ.
Famam ejus posthumam.
Nicolai Lyrani de S. Francisci gestis contemplationem.

OBSERVATIO PRIMA.

In Epistola 12. ad Sacerdotes sui Ordinis eos hortatur ad unam tantum Missam in die celebrandam in suis Cœnobiis, etsi plures adsint Sacerdotes; quæ verba cum Philippus Melanthon in confirmationem sui erroris de abjurandis Missis privatis in sua pestilenti Apologia confessionis Augustanæ citarit, a fidei speculatoribus monitum est, ut hic locus caute legeretur. Ego ad ea verba longiorem adhibui Commentarium, in quo sanam, et summe Catholicam authoris mentem me attigisse puto.

OBSERVATIO SECUNDA.

Epistola decimaquinta videtur permittere Laicis communionem sub utraque specie. Sed eam illo tempore nilhuc in usu fuisse ex coævis, et posterioribus Doctoribus adjecto ad hunc locum commentario docuimus.

De cælesti, et ntill Francisci doctrina vide gravissimam Gabrielis Cardinalis de Trejo Epistolam opnsculis sanctissimi viri præfixam. Ut vero ipsa opnscula facilius circumforrentur, et præ manibus haberentur, impressu sunt seorsim absque commentariis Mediolani, Alexandriæ Statiellorum, Neapoli, Salamanticæ, Lugduni, et alibi.

FRANCISCUS AURELIANENSIS, Conventus Engolismensis, Guardianus Cenomanensis, scripsit

Historiam Martyrum Japonensium circa annum 1633.

FRANCISCUS BARBARANUS Italus, Vincentinus, Conciomator Capnccinus, edidit

Directorium vitæ Christianæ, et spiritualis, Venetiis apud Costarum anno 1647.

Historiam Ecclesiasticam urbis Vincentiæ. In eadem urbe apud hæredes Francisci Groffi anno 1648. in 4.

FRANCISCUS BARTHOLDUS sacræ Theologiæ Doctor, Assisias, scripsit

De Passione Domini.

Historiam Sanctæ MARIÆ de Portiuncula.

Sermones festivos, et feriales, quos *Refugium pauperum* prænominavit.

FRANCISCUS BELL provinciæ Anglicanæ Definitor, sacræ linguæ professor, primus restaurator pro-

provinciæ Scoticæ Minister, post varios labores in Missione Anglicana toleratos martyrio Londini anno 1643. coronatus, transtulit in linguum suam vernaculam

Vitam venerabilis Sororis Joannæ a Cruce sanctimonia, et plurima virtute illustris. Audomari anno 1625.

Item *sui Institutoris Testamentum Anglice* edidit *cum doctis, ac piis adnotationibus, ex sanctis Patribus, et sacra Scriptura depromptis.* Duaci apud Balthazarem Bellin an. 1632.

FRANCISCUS BONNAL Regul. Observ. edidit Gallice

Panegyricum dicatum Duci Aurelianensi. Parisiis 1644. in 4.

FRANCISCUS BOVILLON sacræ Theologiæ Baccalaureus, edidit Gallice

Vitam, miracula, et Purgatorium S. Patricii. Parisiis in 16. apud Carolum Rovillard anno 1643.

FRANCISCUS BORDONUS Italus, Parmensis, tertii Ordinis Definitor generalis, S. Theologiæ Doctor, et sancti Officii Consultor, vir doctus, varioque scientiarum genere ornatus, edidit

Tractatum de professione Regulari ad leges juris communis, et constitutiones Summorum Pontificum, præsertim Sixti V. Gregorii XIV. Clementis VIII. et Urbani item VIII. Mediolani apud Philippum Ghisulphium anno 1635.

Varias resolutiones, seu consilia regularia, nedum Regularibus personis, verum etiam Prælatis Ecclesiasticis, Sacerdotibus, Judicibus, Advocatis, Causidicis, aliisque in utroque foro versantibus apprime utilia, imo et necessaria. Tomus primus prodiit Venetiis apud Bertanum 1641.

Secundus tomus fuit impressus Parmæ apud Marinm Vignam anno 1648.

Sacrum tribunal Judicum in causis sanctæ fidei contra hæreticos, et de hæresi suspectos, omnibus Episcopis, Inquisitoribus, Consultoribus, Judicibus, Confessariis, Procuratoribus, et Advocatis valde necessarium. Ubi etiam explicantur omnes Bullæ, et decreta spectantia ad S. Inquisitionis Officium hactenus publicata. Romæ apud hæredes Corbelletti anno 1648. in fol.

FRANCISCUS CAMBARIENSIS Gallus, Capucinus, Commissarius generalis provinciæ Sabandiæ, edidit

Regulares, et religiosas Fratrum Capuccinorum exercitationes, in quatuor libros distributas. Lugduni anno 1627. et ibidem apud Ludovicum Muguet anno 1634.

FRANCISCUS de CAMPOS Hispanus, edidit

Compendium, sive *Judicum conceptuum, qui reperiuntur in omnibus operibus Philippi Diez.* Salmanticæ 1588. in 4.

FRANCISCUS e CANDIA *Doctor fertilis* appellatus, scripsit

In quatuor libros Magistri Sententiarum uberes commentarios.

FRANCISCUS CAROPHILUS e Castro Sangrensi Samnites, Reg. Observ. provinciæ S. Angeli, edidit

Quadragesimale. Venetiis anno 1551. Titulum indidit: *Œconomia concionalis.*

FRANCISCUS de CASTILLO Velasco, Regul. Observ. Madritensis, supremæ Inquisitionis Qualificator, Lector Complutensis Jubilatus, et provinciæ Castellæ Custos, inter alia posteris dedit

De præservatione Virginis Mariæ ab originali peccato Tractatum. Antuerpiæ in fol. apud Petrum Bellerum 1642.

Tractatum de divina Incarnatione; quem Egidius de Noble Minorita Gallus ejus discipulus edi curavit Parisiis typis Jacobi Quesnel anno 1642.

De fide, spe, et charitate. Antuerpiæ anno 1642.

FRANCISCUS a S. CLARA bis Minister provinciæ Anglicanæ, a sacris Regiæ Catholicæ Magnæ Britanniæ, olim in Collegio Anglo-Duaceno Lector primarius, et emeritus, post multas cum laude concertationes adversus hæreticos edidit librum Theologicum, quem inscripsit,

Deus, Natura, et Gratia. Lugduni anno 1634. Cum autem hic liber multorum subierit varias tum propitius, tum adversas censuras, facta est alia editio Parisiis cum Epistolio Apologetico, eodem anno; deinde anno sequenti tertia multo auctior prodiit Lugduni.

Epistolium de judiciis Astrologicis. Duaci anno 1626. Ortis demum magnis difficultatibus in Anglia circa ordinem Episcopalem, edidit opus doctum sub titulo

Apologiæ Episcoporum. Coloniæ 1640. Denique opus valde laboriosum, et doctum ex sanctis Patribus tam Latinis, quam Græcis, et ex Rabbinis collegit, cui titulus:

Systema fidei, seu *De authoritate Conciliorum generalium;* ubi egregie in rebus controversis Concilium Tridentinum defendit: cui adjungitur

Appendix de origine Papatus Romani, et an Petrus et Paulus fuerint simul Papæ. Leodii typis Joan. Tournay 1648.

FRANCISCUS CORDUBENSIS Regul. Observ. provinciæ S. Jacobi, Serenissimæ Imperatricis N. a sacris confessionibus, scripsit

De officio Prælatorum. Pragæ anno 1562.

Annotationes Catholicas in Christianæ religionis articulos, ad hæreticorum retundendam pervicaciam; quæ Viennæ Austriæ anno 1567. et Coloniæ apud Maternum Cholinum anno 1572. prodierunt.

Vixit anno 1553.

FRANCISCUS CORIOLANUS Longus, sive Longus e Cioiolano, Capuccinus, vir æque doctus, ac religiosus, meus, dum viveret, amicus, totus studiis addictus, abhorrebat Religionis officia. Scripsit

De casibus reservatis juxta regulam Decreti Clementis VIII. Regularibus præscriptam, cum brevi tractatu *de Judicio Regulari.* Lugduni apud Ludovicum Prost 1618. in 8. et Coloniæ apud Antonium Betzerum anno 1619. in 4.

Summam Theologiæ ad instar Summæ D. Thomæ, ex operibus S. Bonaventuræ compactam, variisque annotationibus illustratam. Romæ 1622.

Summam Conciliorum. Antuerpiæ 1623. et Parisiis cum additionibus in fol.

Breviarium Chronologicum. Lugduni eodem anno in fol. apud Ludovicum Prost.

Horologium spirituale, seu conciones de omnibus festis B. Mariæ Virginis sacris; vide verbum *Michael Angelus de Bergo.*

Exercitium pro salutanda B. Virgine. Venetiis 1621. in 24.

FRANCISCUS CORTESIUS Italus, ex oppido Montis Falci Reg. Observ. provinciæ S. Francisci, edidit libellum, cui titulum præfixit:

Lilium Angelicum. Venetiis anno 1608.

FRANCISCUS DAVILA Cyprius, ob virtutum, et doctrinæ merita promotus ad Episcopatum Asculi in regno Neapolitano, scripsit

Conciones in Quadragesimam, et in festos Sanctorum dies ejusdem temporis. Venetiis anno 1591.

FRAN-

FRANCISCUS DURAND Hispanus, sacræ Theologiæ Lector, Francisco a Sosa Ministro Generali a secretis, provinciæ S. Jacobi Minister, edidit Hispanice

Egregias *instructiones* pro variis hominum statibus, et conditionibus, sub hoc titulo: *Ditamen espiritual, y razones de estado para el discreto Cortesano, que preciende serlo del cielo, con muchos avisos curiosos para todos los estados del hombre, y muchos proverbios para los Predicadores Evangelicos de la palabra de Dios.* Valentiæ 1613. in 4.

Vivebat anno 1620.

FRANCISCUS de EICIA, scripsit opus præmonitum:

Thesaurus Angelorum, in quo pleraque habentur prædicatoribus, et confessoribus utilia. Asturicæ anno 1547. in 4.

FRANCISCUS FABRIANENSIS, vir sanctissimus, et doctissimus, de quo latius egimus tomo 2. et 3. Annalium, multus erat in studiis, et Bibliothecas libris undique coquisitis instruebat; scripsit

Sermones multos.

Artem Prædicantium.

De veritate et excellentia Indulgentiæ S. Mariæ de Portiuncula.

Tractatum de officio, et dignitate Prælati, et Sacerdotis Evangelici. Habeo mss. in nostro Archivo.

Decessit anne 1322 in patria, ubi magna colitur veneratione.

FRANCISCUS FAUNUS Convæntualium Canthianensis, edidit Italice

Monile, seu Coronam 15. *rosarum, in quibus agitur de mysteriis gaudiosis, dolorosis, et gloriosis B. Mariæ.* Venetiis 1622. que clarebat.

FRANCISCUS FELIX Hispanus, Madritensis, sacræ Theologiæ Lector Complntensis emeritus, vir subtilis ingenii, et claræ doctrinæ, provinciæ Castellæ Definitor, edidit disputationes Theologicas, quas vocavit

Tentativa Complutenses in duos tomos divisas. Primus continet materias, *de fine ultimo hominis, de beatitudine, de actibus humanis, bonitate, et malitia humanorum actuum, de conscientia, de habitibus, et virtutibus.* Complati apud Anton. Vazquez anne 1642. in 4.

Secundus tomus in duas partes dividitur, quarum prima complectitur tractatus *de visione Dei, de peccato actuali, de peccato originali, de peccato abituali.* Secunda pars habet tractatus *de gratia, justificatione, et merito,* quem dicavit Petre de Urbino, suo olim magistro, ex Comulssario generali familiæ Ultramontanæ primum Episcopo Cauriensi, nunc Archiepiscopo Valentino, viro doctissimo, et prudentissimo. Ibidem in Officina Muriæ Fernandez 1645.

FRANCISCUS FERNANDEZ Hispanus, Regularis Observ. provinciæ Conceptionis, vir plus, doctus, et prudens, Christianissimæ Galliarum Reginæ a sacr. Confessionibus, scripsit Hispanice, et edidit

Directorium vitæ spiritualis, et exercitia spiritualia. Parisiis apud Anton. Berier an. 1643.

FRANCISCUS FERRARIENSIS edidit

Quadragesimale.

FRANCISCUS FEVARDENTIUS Gallus, sacræ Theologiæ Doctor, Constantiæ Neustriacæ circa unum 1541. natus, Rajocis humaniores litteras edoctus, ibidem Franciscanis nomen dedit. Parisios transiatus firmioris, ætatis labores subivit ex cathedra docens, ex ros tris assidue concionatus. Inde ad præcipuas Galliarum urbes profectus, ubique dogmatice contra exurgentes, et adolescentes hæreses prædicavit, nullo loco non insectatus acriter Calvinistas. Seneqtutis tandem portem Bajocam ipsum, quod juvenilis contentionis illox, et quasi igniculus fuit, humiliter elegit, nullam ambiens aliquando dignitatem inter suos, aut honorem inter exteros. Atqui ibidem non quidem languori, non torpori, uti ipse in epistola nuncupatoria suæ Theomachiæ ad Cardinalem de Ossato præfatur, non inertiæ, desidiæque se dederat, quamvis senem; sed assidua vel meditatione, vel lectione, vel scriptione, aut tonclone reipublicæ Christianæ prodesse stude bat, ut qui mature cæpit prodcere, ad ultimum vitæ spiritum persisteret; et quidem in ultima senectute insigneu, utilemque illum librum Theomachiam Calvinisticam edidit. Cum enim anne 1602., ætatis 63. Turone litteras dedisset ad Antonium Possevinum, et Catalogum a se scripterum librorum instanter poscenti missset, etmmonuit, se tunc dialogos illos adornasse, quibus 600. errores Calvinianorum æfellebantur, et in præcitata epistela ad Cardinalem d'Ossatum suos in illa non tam effœta, quam tremula ætate plos conatus pro Ecclesia Dei contra hæreticos defendendu, et continuos, quos pro ea subivit indefesse labores experiensa: *At ego,* inquit, *qui tot annos, sive melior, sive scribo, sive concionor, quod dare testimonium mei laboris majus meliusque possem, quam si pro virili mea parte conor hocce etiam drliolum meum terreum versare, atque agitare, et aliquatenus hostium irruentium impetum, impressionemque retardare?* Multis, dignisque encomiis hominem, laudat a virtute, a pietate, a doctrina ejus discipulus Henricus Willotu, catalogum etiam attexens editorum ab illo librorum. Eos nes in plures classes, aliorum, suorumque operum, commentariorum iu sacros Bibliorum codices, controversiarum contra hæreticos Gallice scriptorum, et eorum, quæ hactenus edita non sunt, dispertiemus.

OPERA SANCTORUM PATRUM, QUÆ EDIDIT, ET ILLUSTRAVIT.

Irenæi Martyris, cum eruditissimis scholiis. Prime Parisiis anne 1476., postea auctioribus Coloniæ Agrippinæ anu.. 1295., qui per eum quasi revixit; certe est plurimum illustratus.

Ildephonsi Toletani Archiepiscopi ad codices multos mss. collata, et emaculata, maxime vero librum de Virginitate illibata Mariæ emendavit, et auxit. Parisiis apud Sebastianum Nivellium anno 1576., que a Margarino Bignæ in Bibliotheeam veterum Patrum secundæ editionis relata sunt, et in sequentibus editionibus semper apposita.

Ephremi Syri Gallice reddita. Parisiis upud Nivellium, et Somium anno 1583. Iterum apud eosdem an. 1590. Tertio a Chapeleto an. 1602.

In Michaelis Pselli librum de septem Synodis commentarios adhibuit, quibus Præfationem adjunxit, in qua recentiorum hæreticorum cum cacodæmonibus, et Magis convenientiam describit.

QUÆ IN LIBROS SACRÆ SCRIPTURÆ EDIDIT COMMENTARIA.

In totius sacræ Scripturæ glossam ordinariam, et Postillas Nicolai Lyrani, una cum Joanne Dadræo, et eruditis multum, diuquo laboravit, additis ad margiuem authoribus, et locis, e quibus sententiæ fuerunt decer-

decerptæ. Lugduni primum, mox Venetiis, deinde aliis in locis. Sane vero accuratam illam operam integram præstare non potuerunt, urgentibus Typographis editionem, et tumultibus Gallicis litterariam interturbantibus.

Similem impendit laborem simul cum eodem Dadræo, et Gilberto Genebrardo in repurganda, et augenda Bibliotheca veterum Patrum a Margarino de la Bigue : vide impressionem Parisiensem sub signo Navis an. 1589.

In librum Ruth Commentaria, in quibus copiose tractatur quidquid ad historiam, fideique Christianæ, ac morum rationem pertinet. Parisiis apud Sebastianum Nivellium anno 1582. et anno 1585. in 8

In librum Esther Commentarius præcipue concionatoribus accomodatus. Ibidem eodem anno, et Coloniæ apud Mylium an. 1594. et apud Birchmannicum anno 1595. in 8.

In Job, Parisiis apud Chand. Chappelet 1606.

In Jonam Prophetam Commentarius, ex veterum Patrum Hebraeorum, Græcorum, Latinorum scriptis collectus, et Christianis mysteriis, ac concionibus aptatus. Ibidem apud Henricum Falckenburgium anno 1595. in 8.

In Epistolam D. Pauli ad Philemonem. Parisiis, et in Germania anno 1587.

In utramque epistolam D. Petri. Parisiis apud Nivellium an. 1598. et an. 1600. in 8.

In D. Jacobi epistolam plerique ejus auditores calamo ex ore dictantis Parisiis exceperunt : sed dein, ceps ille ecmmentarium ad illam edidit Parisiis apud Michaelem Sonnium anno 1599.

In D. Judæ epistolam facilori methodo. Coloniæ an. 1595. apud Henricum Falckenburgium, in quo Commentario veterum, et recentiorum hæresiarcharum mores ac fata describuntur.

QUÆ CONTRA HÆRETICOS SCRIPSIT.

Appendicem ad libros Alphonsi a Castro contra hæreses, in tres libros distributam ; quibus quadraginta hæreses ab eodem Alphonso vel prætermissæ vel post illius mortem natæ, ac deprehensæ refellantur. Parisiis apud Nivellium, et Sonnium an. 1578. Vide quæ diximus in verbo *Alphonsus a Castro*.

De Virginitate atque invocatione Virginis Mariæ Parisiis apud Michaelem Sonnium 1579.

Dialogus septem, quibus ducenti Calvinistarum errores gravissimi perspicue refelluntur, et solide confutantur. Coloniæ in Officina Birkmanniea anno 1595. in 8. Primo quidem Gallice prodierunt Parisiis apud Nivellum anno 1585. Iterum apud eundem anno 1590.

Secundum hebdomadam dialogorum, quibus examinantur 465. *eorundem errores*. Parisiis apud Sonnium.

Theomachiam Calvinisticam sedecim libris profligatam, quibus mille, et quadringenti hujus sectæ novissimæ errores, quorum magna pars nunc primum e suis latebris emitur, diligenter excutiuntur, et refelluntur. In iis confessio fidei Hugonotticæ, et Catechismus Calvinianus, quæ hactenus intacta gloriari solent hæretici, divinis, Ecclesiasticis, ac ipsorummet hæresiarcharum scriptis reprehenduntur, et confutantur. Parisiis apud Nivellium anno 1604.

Brevem assertionem catholicam. Parisiis apud Claudium Chapellet 1606.

GALLICE SCRIPTA.

Responsiones ad nobilis viri quæstiones, antea quidem hæretici, et postea constantis Catholici. Parisiis apud Nivellium anno 1597.

Examen Catechismi Calvinianorum. Parisiis apud Sonnium, et Nuam anno 1600.

Idem locupletatum *Refutatione adversus hæretici. cum Ministrum, qua convicti sunt Calvinistæ* 660. *errorum*. Ibidem apud eosdem anno 1601.

Amica admonitio Prædicatoribus, et Ministris verbi de 230. *erroribus in eorum fidei confessione contentis*. Parisiis apud eosdem anno 1601.

Interrnanducationes (entremangeries) *ministrales : Responsiones ad Aphorismos Byvraldi prætensi Ministri Charentoni, et prætensæ falsificationes*. Cadomi in Normannia anno 1601. et Parisiis eodem anno.

QUÆ HABEBAT SUB ANNUM 1602. EXAMINATA SED NONDUM PENITUS ADORNATA, NEQUE ADHUC, QUOD SCIAM, EDITA.

Homiliæ in tria priora capita, et ultimum Job.
Homiliæ plures in Psalmos.
Homiliæ in librum Judith.
Homiliæ in Danielem.
Homiliæ in duo priora capita B. Lucæ, in quibus tam Salvatoris nostri, quam Præcursoris ejus miranda conceptio, et Nativitas declaratur.
Commentaria in tres D. Joannis Epistolas.
Expositio Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, et Symboli Apostolorum.
Homiliæ in Quadragesimam.
Homiliæ in Dominicas dies, et Sanctorum festivitates.
Lactantii Firmiani opera cum septem mss. codicibus collata, et ab erroribus vindicata, atque annotationibus ad singula capita illustrata.

FRANCISCUS FEVARDENTIUS minor, præcedentis ex sorore nepos, Doctor Parisiensis, in magno Conventu ejusdem urbis Philosophiam, et Theologiam professus, virtute, et doctrina avunculo simillimus, his verbis a doctissimo viro Joanne de la Haye (in *Ind. auth. in fine to.* 2. *in Genes.*) ejus familiari amico digne commendatur : *Vir fuit* (inquit) *pietate insignis, silentii amantissimus, fide in Deum, fidelitate in proximum clarissimus, solicitudine, ac vigilantia admirandus, consuetudine juvenilissima, moribus integerrimus, charitate eximius, laboribus infractus, humilitate eminentissimus, inferiorum sodalis, discipulorum amor, Prælatis obsequentissimus, in rebus solicitandis fortissimus, modestia singularis, prudentia laudatissimus, castitate eximius, virtutum denique, ac scientiarum genere instructissimus, qui corona Doctorali in alma facultate Parisiensi, cum caput sapientissimum rediimisset, et Theologiam professor primarius in Doctoris Subtilis suggestu per annos aliquot perlegissel, grassante hac, summo omnium bonorum merrore, jubente Deo, scriptis solidissimæ scientiæ relictis aliquando in lucem edendis, peste interiit*, anno Domini 1631. Præ reliquis scripsit

Fidei contraversias contra Calvinistas.
Materias Theologicas in primum Sententiarum.

FRANCISCUS FICHET Italus, Reg. Observ. edidit Italice

Excreitia spiritualia pro impetranda gratia Dei. Lugduni anno 1622.

FRANCISCUS FLORENTINUS, cognomento *Paduanus*, scripsit, quæ Florentiæ in Bibliotheca sanctæ Crucis asservantur,

Christianarum institutionum librum ad Bravium Martelttium.
De excellentia conditionis humanæ.
De divinis item operibus.

De lapsu hominis. Præfatio incipit, *Caperam, amantissime Bravi.*

Librum *de Astrologorum parvipendendis, judiciis, ac de incantationibus, et divinationibus nullo modo ferendis,* ad Inquisitores hæreticæ pravitatis, ad Nicolaum Pontificem Maximum.

Breviloquium, ac de epidemia ad Petrum Cosmi filium.

De insensata cura mortalium ad illusos hujus vitæ amatores. Incipit, *Cum quotidie mecum cogito.*

Tractatus *de floccipendendo vulgo, et contemnendis ejus ineptiis, et de quidditate fortunæ.*

Extant ejusdem *Epistolæ gratulatoriæ ad Sixtum IV. et Petrum Medicem.* Incipiunt, *Felicissime Pastor.*

Præterea *Orationes* coram Summis Pontificibus habitæ. Claruit sub Nicolao V, et subsequentibus Pontificibus usque ad Sixtum IV. apud quos in magna fuit veneratione.

FRANCISCUS FORMA, edidit Hispanice, et Gallice

Novam descriptionem Cataloniæ, et sex Comitatuum illius, cum tabulis. Parisiis in fol. apud Sebastianum Cramoisy anno 1643.

FRANCISCUS de FRANCHIIS, e Vetro, delitioso quidem oppido, ad littus maris Tyrrheni, prope urbem Salernitanam, Capuccinus provinciæ Lucaniæ Definitor, scripsit

Commentaria in Oseam Prophetam. Panormi 1643.

FRANCISCUS FRANCINUS Hispanus, Tertii Ordinis, vir pius, et devotus, totus intentus meditandæ Christi Passioni, sua quotidiana exercitatione ad methodum brevem, chram, et facilem hoc meditandi genus ita reduxit, ut utili quidem libello, phrasi non inculta, illam docuerit. Libri titulus est:

Passio Christi meditata, sive expensa per Franciscum Francinum Tertii Ordinis S. Francisci oblata devotioni Christianæ. Prodiit Romæ apud Franciscum Monetam anno 1641. in 16.

FRANCISCUS de FRAXINO, vulgo *del Fresno,* provinciæ Castellæ, edidit

Commentaria in Universalia Porphyrii, et Prædicamenta Aristotelis. anno 1622. in 4.

FRANCISCUS FRISATUS

B. Jacoponi Ekythmos, et Poemata notis illustravit.

FRANCISCUS GEORGIUS Venetus, variæ eruditionis vir, qui postquam annis multis a juventute, et infirmiori ætate vel publice docuit, vel populis prædicavit, postremum quod supererat ætatis, per otium, et desidiam transigere non est passus. Scripsit itaque in senili ætato

De Harmonia totius mundi Cantica tria. Venetiis apud Bernardinum Vitalem anno 1525. Parisiis apud Andream Bartholim anno 1544. et 1546.

Problematum in sacram Scripturam libros sex (non octo, uti habent Willotus, et Possevinus) in quibus tria millia loca sacræ Scripturæ; atque id genus res alias, uti ipse habet in Epistola præliminari ad Lectorem, explanavit. Venetiis apud Bernardinum Vitalem anno 1536. Parisiis apud Michaelem Sonnium anno 1574.

Platonicæ doctrinæ, et Thalmudicis Hebræorum inanibus arcanis nimis intentus, utrumque opus Cabalistarum, et Pintonicorum placitis ita respersit, ut in Romano Indice prohibita sint, donec expurgentur. Quæ vero corrigenda, aut expurganda erant, minutim adnotavit Index expurgatorius Hispanus. Graviora notarunt Sixtus Senensis, Robertus Cardinalis Bellarminus, Antonius Possevinus, et Murinus Marsenus Ordinis Minimorum in fine commentariorum in Genesim.

Vitam B. Claræ Bugniæ Venetæ Clarissæ, cujus confessiones exoipiebat. Habetur in 4. parte libro 10. Chronicorum Batholomæi Cimarelli.

Carmina spiritualia Italica eo metri genere, quod vocant, *terza rima,* quæ multorum manibus Venetiis teruntur.

Obiisse anno 1540. referunt Willotus, Miræus, et Possevinus, sed cum beata Clara prædicta obierit anno 1514. uti ipse Georgius enarrat, ac Harmoniam Clementi VII. et Problemata Paulo III. ipse dedicaverit, oportet ut circa annum 1540. adhuc vixerit. Ministrum agebat provinc. S. Antonii anno 1525.

FRANCISCUS GONZAGA e serenissima Ducum Mantuæ progenie, Caroli Marchionis Gnazoli filius, adolescentiori ætate spreto mundo, et nulla Philippi II. Regis Hispaniarum, ubi inter pueros Regios educabatur, Compluti religiosissimi cœnobii Franciscani Superiores, verentes Regis indignationem, si ad suum consortium instanter petentem admitterent, vel invitos coëgit, ut sua veste donarent. Absolutis tyrocinio, et studiis omnibus, propter præstantes animi, et corporis dotes, propter singularem virtutem, ot præstantem doctrinam gratissimus, regressus in Italiam, Patribus provinciæ S. Antonii se aggregavit, a quibus paulo post electus est Minister Provincialis; quo in munere ita ejus elucit virtus, constantia, et instauranda Religionis nonnihil inclinatæ studium, ut in Comitiis generalibus anno 1579. Parisiis totius Ordinis Minister Generalis omnium suffragiis sit electus. Per octennium hoc functus ministerio, disciplinæ regulari restituendæ, et erroribus eliminandis totus intentus, nulli pepercit labori. Hec expleto officio, assumptus est ad Cephaludensem in Sicilia Episcopatum, deinde ad Papiensem est translatus, mox Mantuanus renunciatus Episcopus, sanctissime istas gubernavit Ecclesias, eaque virtutis, et sanctitatis opinione decessit, ut de connumerando cœtui Sanctorum hic agatur in Curia Romana. A Clemente VIII. Apostolicæ Sedis Nuncius amandatus in Galliam de pace inter Hispanum, et Gallum acturus, ea præstitit, quæ tam nobilem Dei servum decebant. Multa ei tunc concessa a Rege Christianissimo honorum, et regiæ munificentiæ diplomata penes me conservo. Neque solum ita gloriose operatus est, verum etiam laudabilia transmisit ad posteros sui ingenii monumenta. Scripsit itaque

De Origine Seraphicæ Religionis Franciscanæ, ejusque progressibus. De Regularis Observantiæ institutione, forma administrationis, legibus, ejusque Ordinis propagatione, opus ingens quatuor partibus distinctum, æneis etiam pulcherrimis iconibus illustratum, in quo quasi in tabula unico obtutu status tantæ Religionis aspici posset, et qui in eu militunt, in ea esse familia esse lœtarentur, quam Deus Abrahæ benedictione mirifice multiplicasset. Adjecit insuper quantopere eadem familia fuerit honestata in cœlis copia, præstantiaque Martyrum, Confessorum, Virginum; in terris autem numero Fratrum, dignitatibus Pontificum, Cardinalium, Patriarcharum, Episcoporum, et Doctorum. Quin et ob oculos posuit, quot extent Monasteria, quam antiqua, quibus ornata privilegiis, quæve proxime subsunt Ministro generali. Præterea de numero, fundatione, rebus insignibus Monasteriorum Cismontanorum, quæ proxime subsunt Ministris provincialibus. De Ultramontanis, item de Transmarinis, et ad quos pertinent Monasteria Indiarum Orientalis, Occidentalis

talis, novæ Hispaniæ, et regni Peruani. Opus autem ipsum prodiit Romæ e typographia Dominici Basæ anno domini 1587. cui Author Epistolam inscripsit, qua omnes ad exactam Regulæ Franciscanæ observantiam hortatur.

Statuta vero *generalia*, quæ *Barcinonensia* dicuntur, quod Barcinonæ convocato universo Ordine primum essent condita, ad Concilii Tridentini Canones revocavit, eaque in Monasterio, sive ut vocant, Conventu S. Joannis Regum Toleti, per generalem habitum Congregationem ab omnibus recepta sunt.

Manipulum Fratrum Minorum ejus jussu collectum. Parisiis per Michael. Sonnium 1582. in 4.

Epistolam ad universos Ordinis Superiores de pace, et unione conservanda, anno 1579. Habetur in libro nuncupato *Oculariæ Minorum*, pag. 32.

Epistolam Pastoralem, Lutetiæ exensam, dum in supradicta legatione Gallicana versaretur, misit ad populum, et diœcesim Mantuanam.

Considerationes spirituales ad Sacerdotes, et Parochos suæ diœcesis Mantuanæ. Prodierunt Mantuæ apud Franciscum Osannam anno 1599.

Multis me dignatus est epistolis, ubi percepit vastum Annalium Ordinis opus me scribendum suscepisse, quas in pretio habeo.

FRANCISCUS GOTHUS, Theologiæ Professor, collegit

Compendium Biblicum; singula divinorum librorum capita singulis quatuor dimetris Jambicis perstringens, neglecta tamen pedum, et syllabarum mensura. Incipit. Genes. cap. 1.

Ante fit, lux producitur,
Dividens aquas congregat,
Ornatus factis additur,
Producta Adæ subjugat.

FRANCISCUS GUERRA Hispanus, Reg. Observ. provinc. Conceptionis, sacræ Theologiæ professor emeritus, in scholis argumentator acerrimus, e rostris declamator celeberrimus, varia eruditione insignis, eum Joannes a Campanca totius Ordinis generalis Minister eum a secretis sibi delegisset, et in Ministeriatu successorem eaperet, a Philippo IV. Hispaniarum Rege promotus est ad Episcopatum Cadicensem in Betica. Paratum habet præle eruditum, variæque lectionis opus

De quadripartita locutione B. Virginis Mariæ in Evangelio, ex quo concionatores multa, et singularia depromere possunt Virginis encomia.

Adhuc vivit, et scribit.

FRANCISCUS GUSMANUS, aliis Gotmanus, scripsit

De sacris Ministris altaris, eorumque cælibatu. Opus lectu dignissimum, inquit Author Bibliothecæ Hispanicæ. Toleti 1566.

FRANCISCUS de HERRERA Hispanus, provinc. sancti Jacobi, apud Salmanticenses insignis Theologiæ Professor, Procurator generalis sui Ordinis, Archangelo a Messana Ministro generali postea a secretis, vir religiosissimus, et mitis, scripsit

De Angelis tomum unum. Salamanticæ an. 1595. in fol.

Volumen magnum de peccatis. Salamant. 1600. in fol.

Commentaria in primum, et secundum Sententiarum. Tomi duo Salamant. 1589. 1590. et 1595. fol.

Expositionem in Regulam Minorum.

Institutiones Christianas.

Sermones Quadragesimales.

Manuale Theologicum, et resolutissimum dilucidationem principalium quæstionum, quæ communiter in quatuor libris Sententiarum disputantur. Librum hunc prius Barcinonæ an. 1611. impressum plurimis erroribus scatentem a mendis purgatum Ludovicus Cavalli recudi curavit Lugduni apud Hieronymum de la Garde anno 1642. Vide verbo *Ludovicus Cavalli.*

Obiit Pidcentiæ in Italia.

FRANCISCUS de HEVIA, aliis de Novia, Hispanus, provinciæ sancti Jacobi, scripsit librum eruditum, et plum,

De tribus statibus animæ.

Floruit sub an. 1550.

FRANCISCUS HORANTIUS, sive Orantius, Hispanus, Joanni Austriaco Belgii Gubernatori gloriosissimo Principi a sacris Confessionibus, et consiliis, cujus in castris prope Namurcum mortui corpus in Hispanias ex Ordinum decreto retulit; edidit

Locos Catholicos, et librum de justificatione præcipue adversus hæreticum Joannem Calvinum, ad Carolum Hispaniarum Principem. Parisiis apud Jacobum Macæum anno 1566. Venetiis apud Jordanum Zilettum an. 1564.

Orationem, quam habuit in Tridentina Synodo in festa omnium Sanctorum anno 1561.

Cum vero Philippus II. ingentem, qua major per multa secula iis in regionibus visa non est, classem, copiosumque militem in Elizabetham hæreticam Angliæ Reginam immitteret, universæ Regiæ expeditioni Pontificis auctoritate præfectus est Horantius. Sed cum tunc excitarentur aliquæ controversiæ inter Philippum Marnixium sanct-Aldegondi Abbatem, et Michaelem Bajum Universitatis Lovaniensis Cancellarium circa Ecclesiæ auctoritatem, atque hæc inter eos dubia disceptarentur, videlicet, *an Ecclesia, ejusque Constitutiones, seu traditiones aliud habeant κριτήριον seu judicium, ex quo judicari possint, præter salam consuetudinem eorum, qui se profitentur Romanam sectari Religionem, quam vocant Catholicam? Et an hoc κριτήριον si quid est aliud, constat sola pagina sacræ Scripturæ? an Patrum explanationibus, et commentariis? an Conciliorum decretis? an Romanorum Pontificum placitis? an Scholasticorum prunanciatis? an passim sequantur, ut ait Satyricus, corvos testaque, lutoque? an Ecclesia tribuat auctoritatem verbo Dei, an potius verbum Dei tribuat Ecclesiæ auctoritatem?* et circa hæc variæ inter eos epistolæ dispergerentur, et scripta evulgarentur, consultus circa hæc Horantius, catholicum, et solidum protulit judicium, scripta diffusa epistola, seu mediocri tractatu de his quæstionibus, sugillans Abbatem de quibusdam non adeo catholice prolatis. Prodierunt illorum Epistolæ, et Horantii judicium Coloniæ apud Petrum Gazellum an. 1580.

Obiit Episcopus Ovetensis anno 1584. Assumptus est ad hanc Ecclesiam an. 1581. die 20. Februarii.

FRANCISCUS HURTADO Hispanus, edidit librum spiritualis instructionis, cui titulus:

Lamina aurea. Salamanticæ 1628.

FRANCISCUS KNAJALUS, sive Knajaldus, scripsit

Adversus Druiderum Erasmum Roterodamum, qui, spreta religione Canonicorum Regularium, quam professus fuerat, fureus in Religiosos ex eadem exivorat.

FRANCISCUS KRAVENDONUS, insignis concionator, edidit

Joannis Langespergii Sermones; e quibus etsi life eliminaverit errores permultos, præstat tamen ne legantur,

gantur, cum Langespergius sit prohibitus in Indice Romano, quippe infectus hæresi Lutherana.

Joannes Fero in re Ecclesiast. suffectus Moguntinæ decessit an. 1572.

FRANCISCUS a LAUDA, Theologus, olim sacri Montis Sion Præsul, edidit

Jerosolymæ afflictæ, et humiliatæ deprecationem, ad Philippum IV. Hispaniarum Regem. Mediolani apud hæredes Melchioris Malatestæ an. 1631. in 4.

FRANCISCUS de LEDESMA Hispanus, provinciæ sancti Jacobi, collegit opus illud satis tritum, et necessarium, quodque nostris conficiendis Annalibus, et Emanuelis Rodriguez Quæstionibus Regularibus scribendis magno usui fuit, inscriptum

Monumenta Ordinis, cujus tres sunt impressiones; prima facta est Salamant. per Joannem de Porras an. 1506. in 4. secunda apud eundem an. 1551. tertiam non vidi. Opus hoc quidam tribuunt Antonio del Rincon: quem tamen ego puto primum fuisse compilatorem, hunc vero auctorem, seu librum multis additis monumentis auxisse.

FRANCISCUS LUCAS Brugensis, recognovit, auxit, et edidit tomis tribus

Concordantias Bibliorum. Antuerpiæ 1606. in fol.

FRANCISCUS LUENGUS a S. Bernardino, Hispanus, provinciæ Castellæ, et cœnobii Complutensis ulumnus, ac Salicetani Guardianus, doctus concionator, edidit

Controversias 25. *super Regulam Fratrum Minorum*. Compluti apud Antonium Vasquez an. 1642.

Adhuc vivit.

FRANCISCUS LUGNANUS Regular. Observ. provinciæ sancti Francisci, scripsit Italice, et utridis typis cravit evulgari

Vitam, et acta B. Joannis Buonvisii Lucensis. Lugduni apud Horatium Cardonem an. 1610. in 8.

FRANCISCUS LUCRETUS Brixiensis, felicissimi, et sagacissimi ingenii vir, postquam multis annis sacram legit Theologiam, anno 1518. die 10. Julii Lugduni electus est Minister Generalis. Scripsit

Commentaria in primum, secundum, et tertium scriptum Oxoniense Joannis Scoti. Brixiæ an. 1517.

Quodlibeta ejusdem Scoti magno volumine commentata est. Prodiit Venetiis apud Joannem Pratensem anno 1520. et ibidem apud Joannem, et Andream Zenarum anno 1589. multisque aliis in locis.

Theoremata disputata contra Augustinum Suessanum Neapoli.

Scripsisse etiam *in quartum Sententiarum* Scoti, et in *Metaphysicam*, sæpissime mihi suggestum est, postquam in Urbe hæreo; sed fortissima ratione mihi visum est hanc suggestionem me refellisse, dum ex ejus regesto protuli (*In præfatione ad Metaphys. Scoti*) illius decretum paulo ante mortem jubentis, ut textus Scoti legeretur, et sui ipsius Commentarii in primum, secundum, et tertium, et in Quodlibeta. Quod si in quartum, et Metaphysicam scripsisset, id expressisset. Sed vere scripsisse cogor credere ex Brevi Apostolico Leonis X. qui concedit Paganino de Paganinis Lanoto Brixiensi, librorum impressori privilegium, ne alii typographi intra decennium audeant imprimere dictos Commentarios. Verbo Diplomatis sunt: *Exponi nobis nuper fecisti, quod tu pro commodo, et utilitate Professorum sacræ Paginæ commentaria super novem libros Metaphysicæ, et quartum Sententiarum subtilissimi Doctoris Joannis Scoti a dilecto filio Francisco Lychcto Ordinis Minorum Regul. Observ. et Theologiæ Professore non sine magno labore, ac diutinis vigiliis edita, ne adeo utile, et exultum opus in grave damnum posterorum, et Orthodoxæ fidei jacturam deperiret, elegantissimis litterarum typis sumptibus tuis imprimere cupisti. Verum ne ex hujusmodi tuo laudabili opere incommodum accipias, etc.* Ita ut hinc omnino constet, eum hæc Commentaria scripsisse, eaque imprimi cepta esse, antequam ad Ministeriatum generalem ille ascenderet. Si enim tunc in eo dignitatis gradu esset, id a Pontifice, uti solet, exprimeretur in privilegio. Libri autem non prodierunt, sive quod editio compleri non potuerit propter typographi obitum, aut belliceu tumultus, sive quod infortunio aliquo perierint autographa, vel propter aliam causam penitus ignotam.

FRANCISCUS MACERATENSIS Picenus, adjecit

Argumenta singulorum capitum 7. *libris Josephi de bello Judaico*, quæ pro epitome sunt in fronte Latini Josephi Venetiis olim excusi.

FRANCISCUS MADRY Gallo-Sabaudus Regul. Observ. provincie S. Bonaventuræ Theologus, edidit Gallice

Annotationes super privilegia Fratrum Minorum de Observantia Regulari. Lugduni apud Gulielmum Valfray 1645. in 8.

Item *vertit Gallice ex Latina lingua Opuscula abbreviata S. Francisci*. Ibidem in 8.

FRANCISCUS MANINCONIUS Sominensis, edidit Italice

Concionum librum unum.

FRANCISCUS de MARCHIA Picenus, scripsit

Commentaria in libros naturales Aristotelis.

In Libros Metaphysicorum.

In quatuor libros Sententiarum.

In quatuor Evangelistas.

FRANCISCUS MARIA Insuber, Regul. Observ. edidit

Compendiolum vitæ spiritualis; opusculum quidem iis, qui Christi sequlam profitentur, utile, et brevitate gratissimum. Mediolani apud Joannem Baptistam Bridellum anno 1621. in 24.

FRACISCUS MARIA Pagnetus Placentinus, Italus, edidit

Orationum lib. unum.

FRANCISCUS a S. MARIA Hispanus, patrio idiomate scripsit

Manuale Sacerdotum, et speculum veri Christiani explicatis opportune Missæ ceremoniis. Granatæ 1598.

FRANCISCUS MARZAL Minoricensis, sacræ Theologiæ Lector emeritus, et in Regio Majoricensi Conventu Artis Lullianæ publicus Professor, nuper in Urbem vocatus, ut legat in Cœnobio Aracœlitano, Guardianus religiosi Cœnobii de JESU extra muros Majoricenses, vir religiosus, et doctus, edidit

Artem generalem ultimam venerabilis Magistri, ac Doctoris illuminati Raymundi Lulli Majoricensis Tertii Ordinis S. Francisci, a mendis correctam, distinctivo divisum, notis marginalibus ornatam, atque Indicibus locupletatam. Palmæ Balearis apud hæredes Gabrielis Guasp anno 1645.

FRANCISCUS MATTHÆI Hibernus, Corcagiensis, in sacra Theologia, et Jure Canonico eruditus, Guardianus Collegii Lovan. Fratrum Hibernor. Definitor, et Minister provinciæ Hiberniæ, pro qua post tot persecutionum ærumnas restituenda impigre laboravit, cum audiret quosdam insulsas, insanasque propositiones Regularibus regni Hiberniæ ndscripsisse, et tunquam ab eis prolatas, et protelatas Theologicæ facultati, et Archiepiscopo Parisiensi exhibuisse con-

suran-

surandas, celeriterque ab his latum fuisse judicium; ut a tanta calumnia innocens liberaret, in illorum defensionem librum ediditsub nomine *Edmundi Urnulani*, ita præmotatum:

Examen juridicum censuræ facultatis Theologicæ Parisiensis, et ejusdem Civitatis Archiepiscopi, inter circa quasdam propositiones Regularibus regni Hiberniæ falso impositas, in quo per exceptiones juris, et facti mala accusatoris, et testium fides, propositionum impostura, et præpropera censuræ divulgatio ostenditur.

Tractatum de Stigmatibus sancti Francisci.

Alterum pro defensione privilegiorum eidem sancto Francisco, et Religioni ejus concessorum. Extant apud suos consodales Coreagiæ mss.

Brevem historiam provinciæ Hiberniæ, quam habeo ms.

Occisus est eruditeliter vario tormentorum genere in urbe Corcagiensi ab hæreticis Puritanis, qui Parlamenti Anglicani partes sequebantur, ob suspicionem, quod persuaserit tradi Catholicis civitatem. Mira constantia, et invicta Martyris patientia cruciatus pertulit bis, demum suspensus anno 1644.

FRANCISCUS MAURUS Hispellas, Umber, adulta jam ætate Minorita, prohibente patre, dum vixit, ne in juventute iteret; religiosissime semper vixit, et grandiori ætate Musas resumpsit, quas in juventute coluit, suique Institutoris sancti Francisci vitam, et gesta trolecim libris carmine heroico, nobili stylo decantavit, opposito titulo *Franciscaidos;* divinum, et eruditum opus dixit Franciscus Florentinus, multisque alii laudant encomiis. Libertus Houstheminus Leodius Poeta opus plurimum commendabat, dicere solitus, authorem ingenti lætitia de opere consummato perfunum oblisse. Librum ille dedicavit Cosmo Mediceo Hetruriæ Duci optimo suo Mecenati, a quo etiam laureum reportavit. Pulchrum habeo illius effigiem, originariæ, quæ in nobilissimo tabulario Serenissimorum Hetruriæ Ducum conspicitur, exemplar, corollam a Cosmo Poetarum factore accipientis. Prodiit opus primo Florentiæ anno 1570. deinde Antuerpiæ ex Officina Plantiniana anno 1572. Aliam curavit fieri editionem Rothomagi anno 1634. Fr. Ludovicus Cavalli Gallus, Bolonensis, provinciæ Franciæ Parisiensis alumnus, humaniorisliteraturæ perquam peritus, mihi olim a studiis, et religiosus socius, qui ad singulos libros argumenta, et notas marginales addidit, et in fine operis scholia ad quorundum locorum elucidationem cum periphrasim Poeticarum Indice, præmissa brevi authoris vita, et Epistola nuncupatoria ad Franciscum Harlæum Archiepiscopum Rothomagensem, Neustriæ Primatem.

FRANCISCUS MAURUS e Monte Gramario, edidit librum præmotatum:

Schola Monachalis an. 1578.

FRANCISCUS de MAYRONIS Gallus, oppido Dignæ in Provincia oriundus, licet Bellaminus, et Thomas Demsterus (*Bellarm. de Script. Demster l.* 12, *hist. Scotiæ anno.* 905.) Scotum efformeri, Scoti discipulus, *Doctor illuminatus* nuncupatus, Roberto Regi Siciliæ S. Ludovici Episcopi Tolosani germano fratri apprime charus, cujus intercessione Joannes Vigesimus secundus an. 1323. (*Annal. Min. anno* 1321. 22. *et sequentib.*) scriptis Cancellario Parisiensi, ut el jam ab aliquot annis sacræ Theologiæ Baccalaureo Magistralem honorem deferuli in Theologia liceatham conferret. Vividum, et promptum ei fuisse ingenium probat, quod sub annum 1315. celebrem illum actum, sive certamen Sorbonicum primus in Academiam invexerit, quo in æstate per singulos dies Veneris respondetur a quinta matutina ad septimam vespertinam sine prandio, sine socio, sine prandio, et pasta, sine alia emigratione, in eadem perpetne corporis sede, et animi contentione, donec sanctis opponentibus satisfactum sit, præsertim Baccalaureis primi, et secundi ordinis, qui sunt ad minimum sexaginta, et argumenta circiter centum agitant. Nam singuli primi ordinis duo texunt, primas etiam, quem Priorem appellant, novem. Facinus inexpertis formidabile, et cujus causa nemo hactenus in valetudinis discrimen venerit, plures melius habuerint, sive quia vis audentes divina juvat, sive quia mentis contentio non sinit cogitare de corpore, minus de tempore. Prima dies hujus concertationis Franciscano, ultima Dominicano decreta est; ntque hoc est, quod vulgo dicitur in Gallia, *Franciscanus aperit, Dominicanus Sorbonam claudit.* Huic suus comprovincialis sanctus Elzearius Comes Ariani omnes reatus generali confessione sub vitæ finem exposuit. Fuit vir vere doctus, et in omnibus ferme scientiis, præsertim in Theologicis, et sacra Scriptura versatissimus, quod in tot ab eo conscriptis libris abunde probavit. Catalogum adjicio eorum, qui ad meam pervenerunt notitiam.

Commentarii in Genesim. Incip. *Quia secundum vulgatissimum.* Habetur in Bibliotheca Conventus Leodiensis Ord. Minorum ms.

In quatuor libros Sententiarum. Venet. an. 1520.

Reportata in librum secundum Sententiarum.

Reportata in quartum Sententiarum, quæ penes me habeo nitido charactere exarata usque ad distinctionem 43. Incip. *Samaritanus enimvero apparens.*

Epitome in libros naturales Aristotelis.

Quadragesimale, quod Venetiis a Bernardino Novariensi excusum est anno 1491.

Postilla per annum.

De festivitatibus Beatæ Mariæ sermones.

De festivitatibus Sanctorum sermones. Prodieruut Venetiis apud Peregrinum Pasqualium anno 1493, et habeutur mss. in archivo Servitarum Florentiæ in codice pergamineo simul cum vita Beati Philippi Benitii.

Super Missus est, lib. 1.

Determinatio panpertatis Christi, et Apostolorum, de qua acriter sub supradicti Joannis XXII. tempore disceptabatur.

De virtutibus, et vitiis capitalibus. Incipit, *Circa multiplices mansiones.* Habeo in nostra secretiori Bibliotheca ms.

De articulis fidei. Incipit, *Circa articulos.*

De decem præceptis explicatio. Prodiit Parisiis apud Joannem Freionum anno 1619.

Compendium librorum S. Augustini de Civitate Dei.

Commentaria brevia in ejusdem sancti Doctoris librum Confessionum.

In librum de Mirabilibus sacræ Scripturæ.

In libros Retractationum.

In libros diversarum Quæstionum.

In librum contra Epistolam Fundamenti, et in alios nonnullos.

Commentarii breves in Dionysii Areopagitæ librum de Mystica Theologia; quos, ut adhiberet rogavit supradictus Rex Siciliæ.

Commentarii in aliquot libros D. Anselmi.

Tractatus varii, scilicet

De Baptismo.

De Angelis.

De humilitate.

De

De suffragiis mortuorum.
De pœnitentia.
De Indulgentiis. Istum habeo ms. in quo quidem egregie, et citre hanc materiam pertractat.
De Jejunio.
De Corpore Christi.
De septem donis Spiritus sancti.
De ultimo Judicio.
Commentarius in Orationem Dominicam.
Alius in Canticum Magnificat. Omnes hos tractatus exendit Basileæ Jacobus Pforlzen. an. 1498. Scripsit etiam
Quodlibeta.
Tractatum de formalitatibus.
De primo principio.
De divinorum nominum explanatione.
De univocatione entis. Quæ universim a Mauritio Hibernico correcta prodierunt simul cum Commentariis in quatuor libros Sententiarum Venetiis expensis hæredum Octaviani Scoti anno 1507. secundo 1520. rursus ibidem anno 1569. Composuit insuper opus inscriptum:
Conflatile, id est, *variæ Quæstiones de distinctionibus, relationibus, signis naturæ, et formalitatibus.*
Mille quingentas quæstiones de variis locis sacræ Scripturæ, et dubiis Theologicis. Incipiunt, *Utrum Christus secundum naturam humanam.*
Interrogationes circa varias, difficilesque materias. Incipiunt, *Licet multi probatissimi viri.* Utrumque hoc opus habeo apud me ms. in uno volumine, quod *Fr. Franciscus Ferrariensis* in sua patria exscripsit anno 1456.
Sermones de Sanctis, quos etiam habeo ms. Incipiunt a festo a S. Andreæ, et ab illis verbis, *Ambulans Jesus juxta mare.* Prodierunt Venetiis anno 1493. et Basileæ anno 1598.
Habentur in Bibliotheca Vaticana etiam mss. *Opera varia.*
Obiit Placentiæ anno 1325. Hoc Epitaphium etsi rude apponi curavit Franciscus Samson Minister Generalis:

Conditur obscuro lumen, vas pulchra sepulchro:
Doctrinæ hic sacræ gloria, luxque jacet.
Dogmata fcte, quibus Franciscl de Mayronis
Extremum comitat imposuisse manum.
Vos, quibus arma dedit calcatis, flete Minores:
Eu cecidit vestri firma columna chori;
Qui quanto excellit fulgentia sydera phœbus,
Tanto alios superat luminc: Doctor ave.

OBSERVATIO.

Ab aliquibus taxatur Mayronius, ot severius ab aliis Theologica inuritur censura, quod in 4. dist. 19. quæst. 2. dicatur, in dubium revocare thesaurum supereffluentem meritorum Christi, ot Sanctorum; eum tamen Clemens VI. in Extrav. *Unigenitus*, de Pœnitentiis, et remissionibus, paulo post Mayronii mortem contrarium videatur dobuisse: sed circa hoc nihil definivit Clemens, secntus est dumtaxat opinionem magis receptam inter Theologos, eamque præsupposuit decreto de Jubilei tempore, quod stabilire intendebat. Et quidem Michael de Medina in tractatu de Indulgentiis (*disp.* 8. c. 40.) ad Patres Concilii Tridentini Mayronium ab omni vendicat censura, uti etiam Durandum hnic sententiæ affinem.
FRANCISCUS MELLADO Reg. Observ. provinciæ Angelorum Definitor ex præcepto Andreæ Camacho Ministri provincialis collegit omnia, quæ in Archivis prædictæ provinciæ reperire potuit monumenta, compegitque ex omnibus
Historiam prædictæ provinciæ, quam ad me misit ms.
FRANCISCUS e MENABBIO Etruscus, sacræ Theologiæ Lector, Strict. Observ. edidit lingua vernacula
Compendium mirabilium, quæ Deus operatus est in sacro monte Alvernæ. Florentiæ apud Petrum Nestium 1636.
FRANCISCUS MENEZES Hispanus, quem virum eruditum vocat, et laudat Philippus Labbe e Societate JESU *in Lectore erudito ad mensam*, scripsit
De Accentibus, et quantitate syllabarum. Prodiit Parisiis apud Robertum Stephanum.
FRANCISCUS MILON Conventus Olivarum, provinciæ Colouiensis, primum Philosophiæ Lector, deinde Theologiæ, demum provinciæ Britanniæ Minister provincialis, Francisci Bonaldi Societatis JESU libellum inscriptum
Divinam Ecclesiæ Œconomiam, Latinum fecit.
FRANCISCUS MONACHUS Mechliniensis, scripsit
Epistolam de Orbis situ, ac descriptione, qua de Presbyteri Joannis ditione, deque Paradisi terrestris situ disserit. Antuerpiæ 1565. in 4. apud Withagium.
Regiones Septentrionales in tabulas descripsit, et conspicicndas dedit. Ibid. typis Sylvestri a Parisiis.
FRANCISCUS MORENUS Hispanus, Regularis Observ. provinciæ Angelorum, edidit
De Conceptione B. Mariæ Virginis tomos duos. Hispali per Alfonsum Bonitez anno 1617.
FRANCISCUS NICOLAI vir doctus, sed magis humilis, scripsit
Adversus calumnias Francisci Lamberti in Regulam S. Francisci. Antuerpiæ typis Hillenii anno 1528.
FRANCISCUS de NOVA CURIA, vulgo *Nieuwenhove*, olim Conventus Gandensis, Brugensis, Dunquarkani Guardianus, sacras litteras docuit, et concionatoris munere in amplissimis Flandriæ civitatibus egregie functus, scripsit sermones multos 3. tomis, quorum primo continentur
Sermones in totius anni Dominicas.
Secundo tomo *doctæ Conciones in Evangelia, quæ per annum in Ecclesia proponi solent ad Sanctorum memoriam, cum legendis quorundam Sanctorum.*
Tertio tomo *Conciones in Evangelia Quadragesimalia, cum explanatione Passionis Dominicæ.*
Commentarium in Epistolam Pauli ad Ephesios.
Expositionem Regulæ Fratrum Minorum.
De casibus reservatis Episcopo a Jure, consuetudine, et statutis Synodalibus, saltem Tornacensibus.
Œconomiam Christianam, in qua agit de societate conjugali, herili, et externa.
De septem Ecclesiæ notis sacris, vel Sacramentis axiomata.
In Orationem Dominicam.
In Symbolum Apostolorum.
In Hymnum Evangelicum, Gloria in excelsis Deo.
In Hymnum, Veni Sancte Spiritus.
Collationes quatuor ad Sacerdotes in primitiis.
Tractatum de Virginibus, et vidnis ex utroque Testamento.
De visu, et aspectu Dei.
Sermones in professione Monachorum, et Religiosorum.

De

De septem doloribus gloriosæ Virginis Mariæ.

Tractatum de fructibus spiritus, proposito themate D. Pauli, *Fructus autem spiritus*.

Decessit Gandavi anno 1562. die 8. Junii, sepultus ex adverso Capituli, charus suis, charus cæteris.

FRANCISCUS NAVARRUS Alfariensis, scripsit

Manuale ad usum Chori, juxta ritum Fratrum Minorum. Salamanticæ anno 1606. in 4.

FRANCISCUS NOVARIENSIS, Juris utriusque peritus, edidit

Summam de casibus conscientiæ.

FRANCISCUS NUÑEZ Hispanus, provinciæ S. Jacobi, edidit Hispanice

Simulacrum, seu speculum peccatorum dormientium, seu in peccatis sordes trahentium. Salamanticæ secundo impressum 1571.

Tractatum de filio Prodigo. Ibidem 1575.

Annotationes in Evangelia, quæ cantantur in Adventu.

Advertentias, sive natus in quatuor Christi Evangelia duobus tomis distinctas. Primus prodiit Salamant. an. 1595. secundus 1599.

FRANCISCUS ORTHIUS LUCUS Hispanus, provinciæ Castellæ Definitor, egregius Prædicator, vir, inquit author Bibliothecæ Hispaniæ, spectabilis famæ, et litteraturæ non vulgaris, scripsit

Summam Summarum, seu Instructiones, et documenta pro omnibus statibus. Compluti an. 1595. et Majoricæ 1599.

Expositionem doctissimam in novem priores versiculos psalmi quinquagesimi tom. 1. Madriti ann. 1540. et 1599. et Compluti 1549.

Soliloquium inter Animam, et Deum. Compluti 1551.

Viridarium de quatuor novissimis, et finc vitæ humanæ, in quatuor tractatus divisum; de morte, judicio, inferno, gloria. Madriti apud Michaelem Serranum de Vargas anno 1602.

Viridarium divini amoris. Compluti an. 1589.

Viridarium alterum de *divinis Floribus Sacerdotis Christiani, in quo ostenduntur qualitates, dignitates, et reverentia debita præcellenti huic officio.* Ibidem an. 1601.

Tractatum de Ornatu Animæ. Compluti an. 1540. et 1549.

Expositionem in Regulam Minorum, sive *Compendium declarationum tum Summorum Pontificum, tum etiam aliorum præstantissimorum Doctorum, super Evangelicam Regulam S. Francisci*, secundo correctum, et emendatum. Madriti apud Viduam Alphonsi Gomesii an. 1585. in 8.

Expositionem in Orationem Dominicam a sancto Francisco notis illustratam, et in alia ejusdem S. Viri opuscula. Compluti anno 1551.

Opuscula varia simul impressa tomo 1. Cæsaraugustæ 1552. in 4.

Flores Sanctorum, seu Vitas Jesu Christi, Virginis Mariæ, et Omnium Sanctorum. Madriti an. 1605.

Epistolarum volumen unum. Compluti 1555.

Sexdecim reliquit voluminà mss. variorum *collectaneorum*, in quibus præ reliquis ista continentur:

Quæstiones ad Moniales, utrum possint in particulari aliquid possidere.

Responsa ad Comitem de Miranda circa venationem prohibitam.

Tractatus de homicidio voluntario.

De Commendatoribus Calatravæ conjugium contrahentibus cum dispensatione.

Declarationem clausulæ Bullarum, si Indulgentia plenaria aquiparetur Baptismo?

Tractatum de Baptismo Constantini.

Tractatus de justo pretio, et pensionibus.

Tractatus de absolutione non danda post mortem.

Tractatus circa regulam tributarii simulatorie transeuntis.

Tractatus de dispensatione cum incestuoso.

Responsiones circa quasdam propositiones male sonantes.

De retractione Ludovici Vives.

Decisio circa fidejussorem, et justo pretio.

Decisio circa negotium D. Gastonis de la Corda.

Decisio circa agitationem taurorum ex voto.

Expositio super illud Joannis, Ante sex dies Paschæ.

Alia super C. cum infirmitas, de panit. et remiss.

Objecta quædam contra Abulensem.

Quæstio circa restitutionem captorum in venatione retita.

Dubia circa Mauros conversos in regno Valentiæ.

Responsa ad diversas quæstiones tangentes Dominos vasallorum.

Resolutio super statum Regis Angliorum.

Quæstio super matrimonio Invulnerum.

Resolutio tractatus, An liceat ducere relictam fratris?

Dubia pro infidelibus novæ Hispaniæ.

Resolutiones passuum notabilium, in quibus Lyra, et Burgensis discrepant super Evangelia.

Quædam dubia circa matrimonium cum responsionibus.

Annotationes super aliqua dicta Evangelistarum.

Documenta ex Chrysostomo, et aliis.

Dubia super ultimum caput D. Marci.

Annotationes contra Gregorium Ariminensem, et aliquos alios.

Annotationes contra Adrianum in Quodlibetin, et 4. Sentent.

Annotationes contra canonem Gabrielis.

Annotationes contra Martinum de Magistris.

Annotationem super librum, Oratorium Religiosorum Antonii Guevaræ.

Annotationes super operibus Origenis.

Super operibus Hilarii.

Super operibus Chrysostomi.

Super operibus Augustini.

Passus difficiles B. Hieronymi, et super omnibus operibus ejus.

Passus dubii, et difficiles in operibus B. Ambrosii.

Tractatus brevis de temporibus, et gestis Conciliorum.

Tabula alphabetica resolutiva Conciliorum.

Sermones de Adventu.

Alii in Quadragesima.

Alii tres de purissima Virgine.

Alii tres in Sexagesima, et Quinquagesima.

Super illud Exodi 33. Est locus apud me.

Quæstio an Christus ut homo fuerit Rex temporalis? cum aliis quæstionibus.

Quæ-

Quædam extracta super materia septem peccatorum mortalium.

Super Psalm. 14. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo.*

Lex amoris.

Quædam summaria Annotatio eorum, de quibus potest in Quadragesima prædicari.

Annotationes super mysticam Theologiam Henrici Herpii.

Annotationes super libros, qui dicuntur Differentia librorum, et Agonia mortis, a D. Vanegas editos.

FRANCISCUS ab OSSUNA Hispanus Bæticus, vir doctrinæ, et pietate insignis, scripsit Hispanice

Abecedarium, seu *Alphabetum spirituale, aque pium, ac doctum*, tomis, seu partibus senis constans. Impressum est opus partim Cæsaraugustæ, partim Burgis anno 1551. et seqq.

Tomum primum fecit Italicum Franciscus Moneta, natus in urce ditionis Venetæ nuncupata Urbei novi, eumque omisit e typographia Franciscl Ziletti Venetiis anno 1553.

Allegorias Evangeliorum totius anni. Cæsaraugustæ 1549.

Cynosuram omnium statuum hominum, Hispanice. Burgis 1550. in 4.

Sermones septem de B. Maria Virgine, quos habuit diebus Sabbati, super illud Lucæ, *Beatus venter, qui te portavit.* Tolosæ apud Jacob Colloniers anno 1533.

Sanctuarium Biblicum cum octo concionibus Deiparæ. Tolosæ 1533. in 4.

Commentarium super Evangelium Missus est. Antuerpiæ 1535.

Sermonum Quadragesimalium partem Occidentalem, editam Cæsaraugustæ 1549. Lugduni 1560. et Venetiis apud Jacobum Simbenum anno 1572. et Antuerpiæ 1536.

Sermonum in Evangelia totius anni partem Meridionalem, tomis duobus. Cæsaraugustæ 1546. et Romæ apud Dominicum Basam an. 1591. in 8.

In Psalmum 50. *Miserere mei Deus.*

Opus magnum de Passione Domini.

Tractatum de Eucharistia.

Trilogium Evangelicum Animæ. Antuerpiæ anno 1535. et Parisiis 1536.

FRANCISCUS de OVANDO Mogollonius, de Paredes, Hispanus, Reg. Observ. Cacerensis in Extremadura, Minister provinciæ S. Michaelis, scripsit

Breviloquium Scholasticæ Theologiæ. Prodiit Salamanticæ apud Hæredes Matthæi Gastii anno 1584. et Madriti anno 1587.

Commentaria in 4. librum Sententiarum. Madriti apud Petrum Madrigal eodem anno.

FRANCISCUS PALUDANUS Antuerpiensis, provinciæ Germaniæ inferioris, sæpe Guardianus, aliquando Commissarius, Visitator, et provinciæ Definitor, ac tandem Minister, edidit magna Belgica

Manuale Chordæ, sive Cinguli sancti Francisci, cum aliquot meditationibus, et documentis piis. Lovanii apud Bernardinum Masium an. 1613.

Vitam sanctæ Elizabethæ Reginæ Portugalliæ Flandrice, ac Gallice.

Stemmata, seu Genealogias duarum sanctarum Reginarum, videlicet Elizabethæ Portugalliæ, et Joannæ Valesiæ Franciæ, delineavit æri incisa. Antuerpiæ.

Relationem ad Regem Hispaniarum super conversione nori Mexici, Gallice. Bruxellis apud Franciscum Vivien an. 1631.

Obiit Antuerpiæ ultimo die triennii expleti sui Provincialatus anno 1631. die 21. Septembris.

FRANCISCUS PANIGAROLA Mediolani nobilibus parentibus, Gabriele viro Senatorio, et Eleonora Casata inenute anno 1548. progenitus, in puerilia specimen dedit futuræ virtutis. Florentiæ anno 1567. suscepto Minorum Instituto in tyrocinio Magistrum habuit virum religiosissimum Magni Ducis Hetruriæ Confessarium, ab Aloysio Puteo Ministro Generali huic muneri designatum. Eum mox fecit in litteris profectum, ut spem magnam Superioribus ingesserit præclari nominis, ingentisque honoris sibi, sueque Instituto comparandi. Pius V., qui ex familiari colloquio, habitisque in Urbe magno omnium applausu sermonibus, perspectam habuit adolescentis fecundissimam indolem, ut Lutetiam Parisiorum iret studia Theologica diligentius prosecuturus, lumanissime persuasit, jussitque, ut Cardinalis Alexandrinus suus nepos, qui tunc in Galliam Sedis Apostolicæ Legatus mittebatur, eum haberet *in* comitatu. Lutetiæ mirum in modum profecit in studio linguarum, Hebraicæ præsertim, et Græcæ, in perquirendis sacræ Scripturæ sensibus, in evolvendis Conciliis Œcumenicis, et sanctis Patribus, in legendis historiis Ecclesiasticis, et seligendis Christianæ eloquentiæ puris ornamentis. Hinc docte, graviter, et vennste cœpit dechmare, adeoque universis placere, ut ipsos sæpe Reges Christianissimos habuerit auditores. In Italiam regrediens anno 1579., per obvias civitates, in quibus præsertim versabantur Itali mercatores, doctissimas habuit concliones, quarum fama in patriam, Florentium, in Urbem, ubi potissimum nosscbatur, sedulo prævolavit. Atque eam minime quidem innanem fuisse probavit ubique, dum ad Superiorum imperium, et Principum vota in optimis quibusque Italiæ civitatibus maxime sui Sodalitii nomine, et animarum lucro prædicaret. Ea fuit in dicendo vis, et energia, ut quocunque vellet, audientium animos flecteret; ea venustas, et gratia, ut semper placeret; ea prudentia, ut quos corripiebat, non exacerbaret. Crescente quotidie viri fama, et dicendi venustate, quam speciosa vultus forma, pulchra totius corporis structura, vox suavis, et sonora plurimum juvabat, audire cœpit: *Demosthenes Christianus, Italus Chrysostomus, Leo vulgaris, Concionatorum norma, cœus Catholici delitiæ, Lyra suggesti.* Adeo gratus fuit aniæ Romanæ, ut eum optimi quique Italiæ Principes eum sibi ad prædicandum mitti a Gregorio XIII. ardenter exposcerent, Pontifex respondere soleret, non debere se, ut aliis urbibus placeret, Romæ displicere, et Urbem hanc omnium potissimam tanto spoliare ornamento, ut alias illustraret. Concionatorum itaqne fuctum magistrum, et prædicantium normam omnes imitari cupiebant, sed non assequebantur; omnes eloquentiam præferre, sed non pertingebant; atque file quidem se Prædicatorem dici putabat, qui Panigarolæ posset censeri discipulus. Fuit in Urbe unus, qui inter reliquos propius accedero videbatur, et venustus Panigarolæ dicendi modum præferebat, ad quem audiendum tanquam Panigarolæ comparandum dum Hieronymus Cardinalis Albanus invitaretur, scite respondit, *neminem debere exemplar Prototypo præferre, neque Magistro neglecto discipulum audire.* Prædicabam simul in Urbe Franciscus Toletus Societatis Jesu, Alphonsus Lupus Hispanus Minorita, et Panigarola. Primus doctissime, secundus vehementissimo, tertius facundissime prædicabat, ita ut in vulgarem abjerit sententiam: *Toletus docet, Lupus movet, Panigarola delectat.* Monitus file, Toletum sibi doctrina, Lupum spiritu motionis præferri, rogatusque, ut oratorios missos faceret ornatus, integro Quadragesimali cur-

curriculo ea dixit doctrina, et spiritu compunctionis, ut utrique palmam in iis, in quibus excellebant, præripuisse sit judicatum. Unde nobilis in Curia Prælatus, qui dicentem semper audiebat, ita cecinit:

Roma quid exquiris? qui delectare solebat,
Panigarola docet, Panigarola movet.

Quanta vis inerat dicendi, vel inde probatur, quod peccatores in vitiis senescentes ad pœnitentiam, pellices ad continentiam, fœneratores ad restituendum, in sæculo finetnantes ad religionis portum feliciter attraxerit, hæreticos plurimos, eosque Magnates in Gallia, et Sabaudia ad fidem perduxerit, Neapoli una duntaxat concione aureorum duodecim millia pro Xenodochio Incurabilium collegerit, Sodalitatem immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ a se institutam anuno redditu quatuor aureorum millium locupletarit, Ecclesiam Italorum Antuerpiæ, Cœnobii Gemmensis suorum Confratrum potissimum partem, excelsam, pulchramque turrim campanarium Conventus Veneti *a Vineis* nuncupati fabricari, domos Mediolanenses duas S. Angeli, et Viridarii, Taurinensem, aliasque partim refici, partim magnis incrementis fecerit ædificari. Nulla ferme erat Italiæ civitas, quæ a Panigarolæ concionibus fructus non perciperet copiosos, nullus locus, in quo non eupseretur audiri, nullus Europæ angulus, ad quem nomen, et fama non penetrarit. Tandem ad celsiorem vocatus gradum anno 1586. creatus est Episcopus Christopolitanus, et Ferrariensis Suffraganeus, unox anno sequenti, rogante Duce Sabaudiæ, promotus est ad Ecclesiam Astensem. Dum hanc prudentissime et religiosissime gubernat, a Cardinale Cajetano, jubente Sixto V. Romam evocatur, atque inde mittitur cum eodem Cardinale, Galliarum Legato pro confirmandis, et juvandis Catholicis contra hæreticos per universum illud regnum dominari cupientes designato. Compositis in Gallia rebus, et Henrico IV. post abjuratam hæresim ad regnum admisso, regressus Panigarola ad suam Ecclesiam, omnes boni Prælati partes exercens, omnibus charus, omnibus venerandus, moritur anno ætatis quadragesimo sexto, Christi 1594. prid. kal. Junias, sepultus in sua Ecclesia hoc humili, a se in ultimis tabulis præscripto, adjecto epitaphio.

HIC JACET
FRANCISCVS PANIGAROLA
EPISCOPVS ASTENSIS
EIVS ANIMA SIT
IN BENEDICTIONE.

Multa variæ eruditionis scripsit opera, et transmisit ad posteros: ea nos dividemus in quinque classes, primam eorum, quæ Latine sunt edita, secundam de Italicis, tertium de Latinis nondum exensis, quartam de Italicis aliquando prodituris, quintam de operibus imperfectis.

LATINE IMPRESSA.

Homiliæ pro Dominicis post Pentecosten usque ad Adventum, et principalibus illius temporis solemnitatibus, ab authore Romæ habitæ anno 1580. Impressæ Venetiis apud Jacobum Vincentium, et Ricciardum Amadinum anno 1600. cura, et diligentia Joannis Armii ejusdem Instituti.

S. Petri vita per modum auxeæ catenæ contexta.

Oratio habita in die Cinerum ad templum S. Sabinæ coram summo Pontifice, et Cardinalibus.

Theses generales singulari methodo ex universa Theologia desumptæ, quæ, consentiente Francisco Gonzaga Mantuano totius Ordinis Minorum generali Ministro, Parisiis in ejusdem Ordinis generali Capitulo disputatæ sunt, cui interfuere 1600. præstantiores Patres ex omnibus nationibus etiam Indicis, et iis, qui Jerosolyma advenerant. Ingolstudii anno 1581.

ITALICE EXCUSA.

Brevis paraphrasis in Psalmos. Venetii apud Zoppinos anno 1586. Romæ 1587. iterum Venetiis apud Gerardum, et Josephum Imbertos anno 1627.

Commentarii litterales, et mystici in Canticа.

Paraphrasis, et Annotationes in Lamentationes Jeremiæ. Veronæ apud Hieronymum Discipulum anno 1583. et Romæ apud Joannem Osmerinum Giliottum 1586.

De ratione componendæ concionis. Cremonæ apud Christophorum Draconem anno 1584. et Romæ eodem anno.

Prædicator, sive *Paraphrasis in Demetrium Phalereum*. Venetiis an. 1609.

Conciones aliquot in illa verba, quæ Christus protulit in Cruce.

Conciones tres habitæ Parisiis.

Conciones pro Dominicis post Pentecosten. Venetiis anno 1604.

Concionum centum supra Christi Passionem quatuor voluminа, culto quidem sermone, quarum viginti quinque a Gabriele Cappuys Gallice sunt redditæ. Venetiis 1592.

Conciones in Evangelia Quadragesimæ, et festorum Paschalium, duabus partibus distinctæ. Venet. apud Robertum Meeettum anno 1584. et Taurini anno 1598.

Concionum variarum de quibusdam Dominicis, et festis anni, tomus unus. Venet. 1596.

Conceptus sacri. Mediolani an. 1625.

Speculum militare, sive *de bello.* Mediolani 1601.

Lectiones, sive *disceptationes octodecim tripartitæ contra Calcinianorum dogmata*, quas coram serenissimo Duce Sabaudiæ recitavit anno 1582. Venetiis impressæ apud Petrum Dusinellum an. 1584. In Latinum conversæ a Joanne Tonso Mediolanensi Patritio impressæ sunt Mediolani apud Pueificum Pontium anno 1594.

Orationes funebres duæ in mortem B. Caroli Borromæi Cardinalis S. Præxedis. Bononiæ apud Alexandrum Benaccium anno 1584.

Synodi duæ, quas in sua Ecclesia Astensi celebravit, additis Epistolis Pastoralibus.

Epistola insignis Pastoralis ad suos diœcesanos ex Gallia scripta eo die, quo Parisiensis obsidio soluta fuit.

Compendium Tomi primi Annalium Cardinalis Baronii. Venet. anno 1593.

De titulis Cardinalium.

De peste.

De obsidione Parisiensi.

LATINA NONDUM EDITA.

Paraphrasis in libros Physicorum Aristotelis.

Volumina quinque Commentariorum in Scotum.

Apparatus in Theses supradictas Parisienses.

Tractatus de scandalis sacræ Scripturæ.

Chronologia Biblica.

Cru-

Censura in Constitutiones Parisienses Molinæi.

Censura in varia opera contenta in Bibliotheca veterum Patrum.

Volumen magnum visitationum Antesinum.

Libri duo pro instituendis eis, qui visitaturi sunt diœceses.

Apologia contra Gebennenses.

Oratio habita in Comitiis Grenevalibus habitis Romæ ad Aramœali.

Compendium secundi tomi, et dimidium tertii Annalium Cardinalis Baronii.

Compendium Manualis Navarri.

ITALICA NONDUM EDITA.

Grammatica Italo-gallica.

Tractatus de memoria locali.

Narratio concionatoria quadripartita victoriæ navalis sub Pio V. habitæ contra Turcas ad Echinadas.

Tractatus contra Atheismum.

Lectiones vigiliæ duæ super Catechismo ad Parochos recitatæ Florentiæ.

Lectiones variæ in caput primum Jeremiæ.

Tomus magnus Epistolarum ab eo scriptarum in libros sex divisus.

Translatio operum S. Gregorii Nazianzeni in idioma Italicum.

Compendium omnium operum spiritualium Ludovici Granatensis.

Annotationes, sive declarationes copiosæ in varia loca Cornelii Taciti pro instructione Christianorum Principum.

Sermones Quadragesimales per sex annos Romæ habiti.

Sermones variorum argumentorum absque ordine soluti.

Undecim supra centum loca sacræ Scripturæ ab eo explicata.

OPERA INCHOATA, SED IMPERFECTA.

Lectiones aliquot in Jeremiam recitatæ in Urbe ad sancti Laurentii in Damaso.

Sylva omnium librorum Sapientialium ad varia capita reducturum pro formanda arte Ethica, Politica, et Œconomica Christianos.

Discursus centum supra Passionem Christi Domini, a centum concionibus supra citatis in eandem Passionem distincti. Ex his triginta tantum sunt completi.

Vita Davidis Prophetæ per lectiones explicata in Ecclesia Minorum Regular. Observ. Mediolanensi, annexpata Viridarii.

Oratorium medicinæ spiritualis ibidem explicatum.

Phrases selectæ Petrarchæ, et Tassi Poetarum.

Expositio litteralis libri Job.

Theologia Davidica in plures libros distinguenda: primus est absolutus.

Omnia ferme hæc opera edenda asservabantur penes Alexandrum Panigarolam authoris nepotem. Ejus vitam scripsit, et edidit Mediolani apud Bidelium anno 1617. Fr. Bonagratia de Varena ejusdem Instituti. Intentarunt plerique aliquot ejus opera in alias linguas transferre, sed vensstatem, et energiam ejus non potuerunt exprimere; unde non immerito el appropriaverim verba illa Hieronymi de Isaia Propheta (*in prolog. ad Isaiam*): *erat vir nobilis, et urbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam rusticitatis admistum: unde accidit, ut præ ceteris florem sermonis ejus translatio non potuerit conservare.*

Illustre de eo habet testimonium Federicus Borromæus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, et Archiepiscopus Mediolanensis lib. 2. operis, quod de sac. nostrorum temporum scripsit Oratoribus: *Habuit*, inquit, *hæc ætas Franciscum Panigarolam, qui excessit fama sui nominis Italiæ fines, et domi, forisque clarus fuit, Congenerat in eum tantum e suis muneribus natura favore largo, ac profuso, ut minime dubitoi possit, quin ea primus tenuerit in hoc Oratore, longeque superpraxus industriam, et artem, quasi petere sibi dominatum videretur. Nam quidquid gratiæ, quidquid venustatis fuerat aliis elargita, id omne in hoc Panigarola conjunctum cernebatur. Frons, oculi, vultus, dignitas oris, actio nativa, verborum copia, quæ non posset exhauriri, suavitas in pronunciando plena leporum omnium, cunctis erant admirationi; ideo fama eum est aventa portentosæ memoriæ, quæ tamen contigerat naturæ sorte, non, sicuti plerique arbitrabantur, artis instrumento.* Et infra: *De hoc Oratore possumus affirmare, neminem fuisse per eos annos majori fama, neque id ob concionum tantummodo gloriam, sed propter liberalem, et in communi consuetudine modum agendi, quo multorum privatim animos alliciebat. In id habuit ille tantum artis, tolque laqueos, et retia ad capiendas hominum voluntates, ut cupidissime asscitarentur eum nobiles, obscuri, docti pariter, et indocti; neque solum ubi moraretur urpiam, sed etiam ex itinere divertentem aliquo, ac transeuntem forte per urbes.*

FRANCISCUS PAREXA Hispanus, edidit in Indiis

Confessionarium, sive Methodum confitendi. In urbe Mexicana anno 1612. in 8.

Cathechismum in lingua Hispanica, et Timuquana. Ibid. 1614. in 8.

Grammaticam, et artem pronuncindi in eadem lingua Timuquana. Ibidem eodem anno.

FRANCISCUS PENNEMAN Gandavensis, splendidæ familiæ, egregius Concionator, et vir admodum doctus, qui cum Silusensis Conventus esset Guardianus, et ad pagum celeberrimum D. Laurentio sacrum, verbum Dei pro more concionaturus proficiscereturr, ab impiis hæreticis crudeliter interfectus fuit anno 1575. (*Anton. Sander. Gand pag.* 435.). Quidquid ex SS. PP. fontibus suxerat, ex historiarum variarum lectione hauserat, posteris propinavit,

In locos communes multis voluminibus conscripti.

FRANCISCUS PICARDUS, Theologus Parisiensis, edidit

Homilias Gallice in Evangelia totius anni; quæ spirant, inquit Possevinus, insignem pietatem: vir fuit, subjungit idem author, nostra ætate celebris, quinque multa passus est ob sinceram Evangelii prædicationem. Porro qui eas legerit, intelliget, ad eum illa Ezechielis verba posse pertinere (*1. v. 12*): *Et ubi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur.*

FRANCISCUS de PITIGIANIS Etrusens, Aretinus, Reg. Observ. provinciæ Tusciæ, sacræ Theologiæ Lector, et Pater emeritus, serenissimi Ferdinandi Gonzagæ Mantuæ, Montisque Ferrati Ducis Theologus, edidit

Summam Theologiæ speculativæ, et Moralis, ac Commentaria Scholastica in tertium, et quartum Sententiarum libros Joannis Scoti, in quatuor partes distributam, complectentem explicationem eorum, quæ de Verbi divini Incarnatione, Passione, Morte, Resurrec-

rectione, fide, Ecclesia, Papa, Conciliis, spe, et charitate, de virtutibus moralibus, donis Spiritus sancti, ac præceptis divinis, atque de Sacramentis in genere, de Sacramento Baptismi, Confirmationis, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, et Extremæ unctionis tractantur; in qua illaserendo nedum Scoti sententia declaratur, et contra Thomistas, et cæteros contradictores pro viribus defenditur, verum etiam multorum Theologorum, et Juristarum tam priscі, quam nostri temporis opiniones conciliantur. Opus, in quo resolvuntur, atque enucleantur quamplurimæ quæstiones, et dubitationes non solum Scholasticam Theologiam concernentes, verum etiam ad sacrorum Canonum, Conciliorum, et casuum conscientiæ perfectam cognitionem valde utile, et necessarium. Prima pars, et secunda prodierunt Venetiis anno 1581. et denuo apud Joannem Guerilium anno 1622. in fol.

Pars tertia, quæ prima est in quartum Sententiarum, in qua de *Sacramentis in genere, et de Sacramento Baptismi, Confirmationis, et Eucharistiæ a prima usque ad tertiamdecimam distinctionem inclusive disseritur*, prodiit apud eundem typographum anno 1618. in fol.

Pars quarta, quæ secunda est in quartum, in qua *de Sacramentis Pœnitentiæ, et Extremæ unctionis a 13. distinctione usque ad 23. inclusive disseritur*, ibidem apud eundem eodem anno in fol.

Criminalem Canonicum, quæ secundo prodiit auctior, et castigatior enra Hilarionis Sacchetti Florentini ejusdem Instituti, et provinciæ. Venetiis apud Joannem Baptistam Ciottum anno 1621. in 8.

Libros octo Physicorum sub nomine Scoti edidit, adjectis a *se Commentariis, sive adnotationibus*. An vero opus hoc Scoti sit, nostrum protulimus judicium tomo 2. operum Scoti a nobis editorum, in præfatione illius libri.

FRANCISCUS de PLATEA Bononiensis, in Jure Canonico perquam eruditus, scripsit

De restitutionibus. Incipit, *Utrum restitutio sit de necessitate salutis*. Venetiis 1494.

De censuris, et præsertim de excommunicatione. Incipit, *Quærn qui sunt casus excommunicationis majoris?*

De usuris. Incipit, *Usura primo, scilicet in contractu mutui*. Hæc tria opuscula habeo penes me mss.

De actu matrimoniali.

De censura Ecclesiastica, et de usuris liber alter; qui impressi sunt Patavii anno 1473.

Summam mysteriorum Christianæ fidei.

Sermones varios.

Clarnit anno 1442.

FRANCISCUS POLYGRANUS Germanus, fervantissimus verbi divini præco contra omnes fidei hostes, qui Germaniam infestant, scripsit

Assertiones quorundam Ecclesiæ dogmatum, ab aliis quondam, a Lutheranis denuo in dubium revocatorum. Incipiunt, *Si separaveris pretiosum a vili*. Editæ sunt Coloniæ apud Joannem Birchmannum anno 1571. in 8. sed prohibitæ sunt in Romano Indice, donec expurgentur.

In Evangelia postillas, seu commentarios, in quatuor partes divisos. Incipiunt, *Hæc sacri*. Lugduni anno 1561. in 8.

In Epistolas Pauli librum unum. Qui utramque. Coloniæ 1570.

Sermones de Sanctis. Hæc lectione.

In Passionem Domini eruditos, et elegantes commentarios. Coloniæ anno 1560.

FRANCISCUS a PONTE LONGO Faventinus Conventualium S. Theologiæ Magister, edidit

Commentaria in Logicam Aristotelis.

FRANCISCUS PRADIEL Baccalaureus Licentiatus, Concionator Regius Ludovici XIII. et XIV. et castrorum regiorum Ecclesiasyndicus, scripsit Gallice

Tractatum de voluntate Dei in Sacramento Altaris adversus Petrum Molinæum hæreticum Ministrum, anno 1617.

Triumphum Verbi Dei pro defensione fidei Catholicæ contra Ministros hæreticos, anno 1618.

De excellentia, et dignitate orationis, an. 1620.

Tabulam historicam, anno 1623.

Edidit Latine *De fraterna concordia ad Ludovicum XIII.*

Triumphum Verbi Dei præ dictum ex Gallico Latinum fecit.

Alia quædam habet præla parata, quæ polliceatur, se in lucem emissurum.

FRANCISCUM QUARESMIUS Insuber, Laudensis, vir pius, et religiosæ conversationis, sacræ Theologiæ Lector, Guardianus Jerosolymitanus, et Commissarius Terræ sanctæ, provinciæ Mediolanensis Minister, et Ordinis Procurator generalis, dum hæc scribo, edidit duo magna volumina

Elucidationis Terræ Sanctæ, historicæ, Theologicæ, et moralis. Prodierunt Antuerpiæ apud Balthazarem Moretum anno 1639.

De quinque sacratissimis Christi vulneribus, de eorundem vulnerum præelestinatione, figuris, prophetiis, causis, circumstantiis, et admirandis effectibus tomis quinque. Venetiis apud Joannem Baptistam Combum hoc anno 1647. quo ista scribo.

Apparatum pro reductione Chaldæorum ad Catholicam fidem. Nondum prodiit.

Jerosolymæ afflictæ, et humilitate deprecationem ad Philippum IV. Regem Catholicum, ut libertatem ex Turcarum tyrannide consequatur. Mediolani apud hæredes Melchioris Malatestæ an. 1631.

FRANCISCUS QUINONIUS, sive Regularі more *ab Angelis* nuncupatus, Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Angelorum, vir illustri prosapia filius Comitis de Luna, qui per omnes Religionis gradus ad Generalatus supremum doctrinæ, et virtutis merito conscendit, atque inde postquam multis itineribus, et laboribus pacem inter Clementem Septimum et Carolum V. firmaverat, et Pontificem a multis tribulationibus liberaverat, ad Cardinalatum an. 1527. assumptus, titulos obtinuit S. Pancratii, S. Praxedis, S. Crucis in Jerusalem. ac demum Episcopus Praenestinus. An. 1540. postquam multa præclara gessit in Cardinalatu, decessit apud Veralas, atque inde translatus sepulturam accepit in templo S. Crucis, quod ipse variis picturis, et fabricis exornavit. Scripsit

Registrum accuratissimum sui Generalatus, quod nitido characterе apud me ms. asservatur.

Breviarum Romanum a Pauio III. commendatum, et approbatum, Clementis VII. hortatu a se brevi, et grata proemii forma compositum edidit Romæ anno 1536, quod pierisque aliis in locis frequenter prodiit, coliandantibus passim omnibus Cardinalis pium in hac re conatum: et quidem plerique doluerunt Breviarium isoe a Pio V. fuisse suppressum, atque alii etiamnum cuperent restitutum. Addo hic recentis authoris de ipso opere judicium: « Quinonius in suo « Breviario multa præstitit docte, et prudenter. Pri- « mum enim pleraque Responsoria, Versus, Antipho- « nas, utque alia ejusmodi, quæ vel male cohærebant, vel

« vel nihil, aut parum significabant, omnino austu-
« lerat, et si quæ alia substituerat, ea demum præce-
« dentibus tam apposite conjuxerat, ut nbique sen-
« sus congruentem, concordemque referret. Deinde
« Psalterium universum ita digesserat, ut per unam-
« quamque hebdomadam, etium si festa intervenient,
« absque ulla repetitione quotidiana, eaque tædiosa,
« qualis nunc contingit, recitaretur. Quo pacto sensim
« ab Ecclesiasticis, quibus olim universum illud te-
« neri memoriter injunctum erat, absque ullo etiam
« studio discebatur. Scripturæ vero sacræ Lectiones
« ita distinxerat, ut ipsa uno ordine, unaque serie
« quotidie perlecta quolibet anno tota absolveretur;
« quo pacto Ecclesiastici historias ipsius integras
« absque divertienlo fuelle, suaviterque cognoscere
« poterant. Nec interim Sanctorum vitas omiserat,
« sed eas in ultima Lectione paucis explicaverat, ita
« ut eorum solemnitatibus celebrandis, et audientium,
« et legentium animis instruendis satis esset. Hym-
« nos vero, cæterasque luenbrationes humanas ali-
« quatenus expollerat, ne satis Latinas fecerat. Hæc
« autem omnia ita coaptaverat, ut istud officium, licet
« universa, quæ necessaria sunt, atque etiam amplius
« quam illud, quo nunc utimur, contineret, multo
« tamen brevius, atque compendiosius esset; unde nec
« insipidum propter prolixitatem haberi poterat. Qui-
« bus de causis non tantum a multis Theologis, illsque
« eruditis, atque prudentibus, et a summis Pontifici-
« bus Clemente VII. ac Paulo III. comprobatum est,
« sed etiam promulgatum. Nec video, quare deinde
« prohibitum fuerit. nisi forte, quod ea, quæ sunt
« optima, propter leves, ac nullius pene momenti
« causas multis haud raro displicent, veinti istud of-
« ficium. » Ita auctor consultationis de reformandis horis Canonicis cap. 6.

Compilationem omnium privilegiorum Minoribus concessorum fieri curavit, quæ prodiit Hispali 1530.

FRANCISCUS RABELESIUS Gallus, e Chinone Turonum oppido propre Ligerim, et Vigennam, in Pictonibus habitu suscepto Minorum, urbana dicacitate plus æque delectatus, in ridendis hominum sectionibus, et exhilarandis sociis totus fuit. Cum pro ea, qua pollebat linguarum, et medicinæ scientia, multa graviter, et erudite posset scribere, reliquit tantum, quod ego sciam,

Hippocratis Aphorismos ab illo casta fide tradctos.

Epistolas aliquot nitido stylo conscriptas.

Lucianum æmulatus ea sermone patrio finxit, quæ meræ quidem nugæ sunt; sed eiusmodi tamen sunt, ut lectorem quemlibet eruditum capiant, et incredibili quadam voluptate perfundant. Neque solum erat in scribendo salis, et facetiarum plenus, verum et eaudem jocandi libertatem apud quemlibet, et in omni sermone retinebat, adeo ut Romam cum Joanne Bellajo Cardinale profectus, et in Pauli III. conspectum venire jussus, ne ipsi quidem Pontifici Maximo pepercerit. Merito itaque in Indice expurgatorio librorum proscriptus.

Mortuus est extra claustrum apud Medonium vicum agri Parisiensis ad quartum ab urbe lapidem, ubi tenue Sacerdotium Cardinalis beneficio possidebat. Scævola Sammarthanus in Elogiis.

FRANCISCUS RACOLIUS scripsit

De Stigmatibus S. Francisci. Pisauri lubetur.

FRANCISCUS RAGATIUS Cremonensis, J. U. D. qui adfuit Concilio Constantiensi, et in Episcopatu Bergomensi administrando annos 24. transegit, scripsit

Homilias Dominicales totius anni, et alia plurima, quæ desiderantur.

Obiit anno Domini 1470.

FRANCISCUS RAGGIUS Capuccinus, nobilis Genuensis, Octaviani Cardinalis Raggii germanus frater, et Laurentii itidem Raggii Cardinalis patruus, sac. Theologiæ Lector, vir doctus, noster amicus, cum plerusque abusus ab electionibus quarundam Religionum eliminari vehementer cuperet, eos libere perstrinxit, et rimellia palam proposuit, atque hæc facilius præstare liceret, numeu, quo audiebat in sæculo, et cognomen *Raggius* sub anagrammate *Giragus* præposuit libro, quem inscripsit:

Dubiorum centuria de regimine Regularium, in tres partes distributa. In prima incommoda electionum, quæ inter Regulares oriri possunt, nec usque in hunc diem pravis subjecta fuere, enucleantur. In secunda remedia assignantur. In tertia nonnulla selecta elucidantur. Lugduni 1646.

FRANCISCUS REGIUS Belga, Theologus, et Ecclesiastes insiguis, a Carolo V. Imperatore libenter auditus, scripsit Gallico sermone

Commentarium in Orationem Dominicam.

Sermones varios.

Nivellis rebus humanis exemptus, cujus loci Canonbimm Principum, quibus erat a sacris concionibus, eleemosynis a fundamentis erexit. Vir insigni pietate, virtute, morumque humanitate prædituis.

FRANCISCUS RICARDUS Gallus, recognovit, correxit, et edidit

Textum Petri Lombardi in lib. 4. Sententiarum. Parisiis 1541.

FRANCISCUS RIVOLLIANUS provinciæ S. Jacobi, edidit Hispanice

Seraphycam Hierarchiam Sanctorum Ordinis Minorum. 1632.

FRANCISCUS de ROBLES Hispanus, provinciæ Castellæ, edidit

Tractatum de accentibus linguæ Latinæ, et Hebraicæ. Compluti apud Michaelem de Eglia an. 1533.

FRANCISCUS a RODRASEM Polonus, Capuccinus, Missionarius Apostolicus in Bohemia, composuit Latine

Tractatum de quibusdam controversiis, seu Responsiones ad septuaginta objectiones ab hæreticis confictas. Prodiit secundo lingua Bohemica Randonicii anno 1627. typis Pauli Sessii. Edidit etiam Bohemica lingua

Directorium pro noviter ad fidem Catholicam conversis. In Moravia anno 1633. typis Nicolai Aradecæli.

Scalam spiritualem. Ibid. apud eundem an. 1636.

Vitam sancti Antonii de Padua, cum diversis doctrinis, et resolutionibus difficultatum pro satisfactione vulgi. Pragæ anno 1646. typis Georgii Zypars.

Exercitia spiritualia pro captu omnium statuum, et conditionum. Ibid. apud eundem an. 1647.

FRANCISCUS de ROJAS Toletanus provinciæ Castellæ, sanctæ Inquisitionis Censor, edidit librum cui titulus,

Vesperlinæ conciones de opprobriis Christi. Madriti typis Regiis 1634. in 4.

Concordiam Evangelicam juxta translationes litterales, anagogicos, morales, et allegoricos sensus, pro arcanis Sanctorum totius anni, tomis 2. Madriti1621. in fol.

Sermones Quadragesimales. Ibidem 1628.

Theatrum funerale Ecclesiæ Catholicæ. Ibidem 1636.

FRAN-

FRANCISCUS le ROY Gallus, Guardianus Conventus sancti Quintini provinciæ Franciæ, et Definitor generalis Ordinis, dum Parisiis legeret, scripsit

Expositiones super multa Aristotelis axiomata.

FRANCISCUS RUBEUS de Pignano, Picenus, scripsit

Commentaria in primum Sententiarum Scoti.

Floruit circa an. 1300.

FRANCISCUS de RIVERE Savonensis, Ligur, vir doctus, qui ad Summum Pontificatum, sub nomine Sixti IV. assumptus est. Vide verbo *Sixtus IV.*

FRANCISCUS SALAZAR Episcopus Salaminiensis, edidit

Orationem habitam in exequiis Marcelli Card. Crescentii.

FRANCISCUS SAMPSON NANIS Brixianus, ex Magistro Collegii Bononiensis Minister Terræ sanctæ, et provinciæ Tusciæ, demum Urbini anno 1475. Minister Generalis electus est (*Vide to. 6. Annal.*); edidit

Commentaria in Ethicam Aristotelis.

Quæstiones quasdam in octo libr. Physicorum, imperfectas, incipiunt, *Recollecta forma Quæstionum.*

Obiit Florentiæ anno 1499. ætatis suæ 85.

FRANCISCUS SANCHEZ a Campo, Hispanus, scripsit librum, cui titulus:

Passio duorum. Compluti 1597.

FRANCISCUS de SANCTIS Hispanus, Segobiensis, sæpe Guardianus, et Definitor provinciæ S. Pauli, scripsit, non tamen edidit,

Commentaria in Evangelium Sancti Joannis.

FRANCISCUS a SANCTO SIMONE Pisanus, dictus *de Empoli*, emisit

Determinationes, et glossas ad Constitutiones regni Siciliæ, et ad ritus magnæ Curiæ Vicariæ ejusdem regni. Extant in grandi volumine glossarum ejusdem regni. Dubitat Possevinus, an hæ glossæ, quippe quæ videantur alienæ a studio, et professione Monachali, sint hujus Francisci, an alterius.

Floruit sub annum 1550. Oxonii in Anglia.

FRANCISCUS SANTORATIUS, edidit

Medullam Aristotelis. Romæ anno 1619.

FRANCISCUS SANZOLES Hispanus, provinciæ S. Jacobi, scripsit

Funerale, seu *Sermones pro exequiis Defunctorum.*

Indices, et Repertoria ad omnia opera Ludovici Granatensis.

Vixit anno 1590.

FRANCISCUS a SECLI, sacræ Theologiæ Lector, provinciæ Reformatæ sancti Nicolai primus Custos, deinde Minister, descripsit Italice

Iter Jerosolymitanum, additis distincta, perfectaque notitia locorum sacrorum, quæ in Terra sancta sub cultu Christiano conservantur, et descriptione regionum Syriæ, et Palestinæ, nec non breviculo tractatu de ritibus, erroribus, et moribus quarundam nationum infidelium, et schismaticorum, et modo ad fidem Catholicam reducendarum. Prodiit Licii apud Petrum Michelinum anno 1639.

FRANCISCUS SEGUNTINUS Hispanus, Strict. Observ. provinciæ S. Josephi, edidit Hispanice

Expositionem breeem in Regulam sancti Francisci. Prodiit primum Madriti apud Ludovicum Sanchez an. 1613. in 4. et postea Italice reddita Venet. apud Joannem Baptistam Combi anno 1627, in 16.

FRANCISCUS de SOSA Hispanus, Toletanus, provinciæ sancti Jacobi, vir nobilis, et doctus, promptissimi, et solidissimi quidem ingenii, qui per annos multos sacram Theologiam Salamanticæ professus, tandem creatus est totius Ordinis Generalis Minister, mox Episcopus Camericnsis; deinde Uxmensis, demum Segobiensis, designatusque a Philippo III. Hispaniarum Rege ad Paulum V. Regius Orator, at controversiam circa puritatem Conceptionis Virginis Mariæ tandem dirimeret; sed morte præventus, non potuit hac fungi legatione, in qua substitutus est Antonius a Trejo ejusdem Instituti, et provinciæ ex Vicario generali totius Ordinis Episcopus Carthaginensis. Scripsit varios tractatus, et quidem doctissimos, sed lingua vernacula:

Expositionem in Constitutionem Clementis VIII. de largitione munerum. Salamanti. apud Joan. Fernandez anno 1596.

Mysterium Conceptionis Virginis esse definibile.

Informationem circa statum hujus controversiæ ad Philippum III. Regem Hispaniarum.

Responsionem ad Orationem Doctoris Mexiæ de la Cerda, de hoc eodem argumento.

Encomia, et decora ejusdem Conceptionis.

Consensus, seu Judicium circa libr. venerabilis Sororis Joannæ a Cruce.

Regulam, seu professionem Fratrum Tertii Ordinis non obligare illos ad peccatum mortale.

Institutum hoc, seu Sodalitium esse vere Ordinem, non vero Confraternitatem.

Non esse multiplicandas Religiones in Hispania.

Responsionem ad duos tractatus emissos pro Republica Veneta Pauli V. mandatis, et censuris olim refragante. Omnia prodierunt Salamant. ex Officina Antonii Vasquez an. 1623. in 4.

Tractatum de iis, ad quæ obligantur Episcopi ex Regularibus assumpti. Madriti anno 1631.

Obiit Madriti anno 1617.

FRANCISCUS a SOTO Hispanus, edidit

Expositionem in Lamentationes Jeremiæ Prophetæ.

Tractatulum super Præconium paschale, Exultet, quo in Sabbato sancto benedicitur Cereus Paschalis.

Contemplationes de Jesu Christo Cruci affixo, et universa ejus Passione.

Meditationes de doloribus, quos beata Virgo Maria passa est ad pedem Crucis in conspectu Filii in ea confixi.

FRANCISCUS SPINELLUS, Capuccinus Italus, scripsit

De Epistola B. Mariæ ad Messanenses. Messanæ 1634.

FRANCISCUS SPINETI ab Aquapartida regni Neapolitani vico, scripsit

Quæstiones in quartum Sententiarum.

FRANCISCUS STEPHANI, scripsit

Breves Commentarios in quartum lib. Sententiarum S. Bonaventuræ. Venet. apud Lazarum Sandis an. 1504. in fol.

FRANCISCUS SURIANUS Venetus post alios Ordinis Præfecturas Jerosolymis fuit Guardianus Conventus Montis Sion, ubi etiam scripsit

Historiam Terræ Sanctæ vernacula sermone, quam ego penes me habeo ms.

Indulgentias explicit Latine, *quas lucrantur accedentes ad templum B. Mariæ de Portiuncula in planitie Assisii a primis Vesperis kalendarum Augusti usque ad occasum solis diei sequentis.* Initium est *Indulgentiam ipsius fusis lachrymis postulemus.*

FRANCISCUS TAMAYUS Hispanus, Regular. Observan. explicit Hispanice.

Majestatem, et dignitatem Christi. Madriti anno 1610.

FRAN-

FRANCISCUS TANTIUS Belga, urbis Brugensis, et Conventus alumnus, Dunkerkensis, et Dupronsis Guardianus, Parisiis aliquot annos Philosophiæ, et sacræ Theologiæ impendit cum magno fructu; scripsit

In Magistrum Sententiarum.

Ætate floruit ad feliciorem vitam migravit anno 1602.

FRANCISCUS TIRADO Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Aragoniæ, edidit lingua vernacula

Artem bene moriendi. an. 1612.

FRANCISCUS TTELMANUS, natus Hasselti, quod agri Leodiensis oppidum est, Lovanii ita diligenter bonis litteris operam navavit, at 16. ætatis anno omnium ingeniorum artium disciplinam, nec non Hebraicæ, Chaldaicæ, et Græcæ notitiam perfecte videretur assecutus. Suscepto Minorum apud Lovanienses Instituto, in id totus incubuit, ut quam sibi proposuerat vitæ normam, perfecte observaret. Adjuncta itaque scientiarum peritia, quam antea fuerat adeptus, cum regulari disciplina, aliis inter suos apparuit, ut dignus videretur, qui, studiorum absoluto curriculo, Philosophiam, et Theologiam publice profiteretur. Rexit itaque annis multis ea in urbe Cathedram modo alios docens, modo contra hæreticos, subdolosque hostes scribens, energiæ rationum miram immiscens pietatem. Multa, eaque perutilia scripsit opera.

De consideratione Dialectica libr. 6. Paris. 1544. et Coloniæ 1546. Lugduni 1565.

Compendium naturalis Philosophiæ, sive *de consideratione rerum naturalium, earumque ad unum creatorem reductione libros* 12. Parisiis 1647. et Lugduni 1596.

Paraphrasticam elucidationem cum adnotationibus in librum Jobi. Parisiis an. 1550. et Lugduni apud Gabriel. Robillium 1554. Antuerpiæ 1547.

In omnes Psalmos Davidicos, cum amplioribus adnotationibus, quæ pro Commentariis censeri possunt. Parisiis 1540. et 1546. et Antuerpiæ 1567. et Lugduni 1573. apud Robillium.

In Cantica Canticorum cum adnotationibus ex Hebræo, Chaldæo, et Græco textu. Ibidem 1547. Parisiis 1550. et Antuerpiæ apud Joannem Stelium eodem anno.

In libruw Ecclesiastes. Parisiis anno 1549. 1552.

In Evangelium Matthæi. Ibid. 1546. Antuerpiæ 1545. et Lugduni 1556.

In Evangelium Marci. Antuerpiæ anno 1543.

In Evangelium Joannis, additis adnotationibus in loca difficiliora. Ibid.

Elucidationem in omnes Epistolas Apostolicas, una cum textu suo loco ad marginem translato. Parisiis an. 1553. et 1543. Compluti 1543.

Collationem in Epistolam ad Romanos contra Erasmum Roterodamum, et Jacobum Fabrum. Antuerpiæ 1529.

De autoritate Apocalypsis lib. 2. *ad Erasmum.* Antuerpiæ in 8.

Collationes pro editione vulgata sacræ Scripturæ.

Epistolam apologeticam pro opere suarum collationum ad Erasmum.

Commentarios in Hymnos Ecclesiasticos.

Summam mysteriorum Christianæ fidei, sive *de triginta tribus mysteriis fidei.* Lugduni 1547. et ibidem apud Joannem Franciscum de Gaviano an. 1555.

Commentarium in tractatum de septem verbis Domini Arnoldi Carnotensis Abb. D. Bernardo familiaris. Antuerpiæ apud Martinum Cæsarem anno 1532.

Expositionem Missæ cæremoniarum. Antuerpiæ 1528. et Lugduni anno 1556.

Expositionem sacri Canonis Missæ per modum supplementi ad Expositionem Odonis Episcopi Cameracensis. Ibidem.

Expositionem officii de superbenedicta Trinitate. Antuerpiæ typis Hillenii anno 1530. et Lugduni anno 1558. Officium hoc composuit Joannes Pechanus Minorita Archiepiscopus Cantuariensis, cujus vitæ compendium in fine officii addidit Titelmanus, et elogium in principio.

Meditationes sacras dictas in distinctiones septem, juxta numerum dierum hebdomadæ. Antuerpiæ, et Lugduni.

De exercitiis Religiosorum.

De præmatura morte bonorum.

Tractatus plures de Sacramentis.

De fide, religione, et moribus Æthiopum. Antuerpiæ apud Simonem Coenum an. 1534.

Thesaurum Christianæ fidei; tractatum utilissimum, quem scripsit Tentonice.

Strictioris observantiæ regularis cupidus transivit anno 1535. ad Congregationem Capuccinorum, inter quos summa in humilitate infirmorum curæ, humilibusque deditus officiis, electus in Vicarium provinciæ Romanæ, obiit sanctissime post biennium a sua transmigratione ad Capuccinos, Anticoli an. 1537. Qui Scriptores recensent Ecclesiasticos, Sixtus Senensis, Bellarminus, Possevinus, et nostri, hujus viri scripta summopere ob eruditionem, et pietate commendant.

FRANCISCUS a Tolosa Cantaber, scripsit

Demonstrationes Catholicas. Juliobrigæ anno 1622.

FRANCISCUS TORALIUS Hispanus, Reg. Observ. Episcopus Jucatani apud Indos Occidentales, primus omnium advenarum didicit linguam Popoloeam regionis Tecamachaici, in eaque edidit

Grammaticam.

Dictionarium.

Varia Opuscula Catechesis Christianæ.

FRANCISCUS de TORANO Neapolitanus, provinciæ Romanæ, Strict. Observ. Definitor, et generalis Theologiæ in Conventu S. Francisci trans Tyberim Lector, edidit

Firmamentum Virginum. Editioni parabat

Immaculatæ Deiparæ Biblia, in quibus per singulos sacri codicis libros, librorumque capita perpetuam, ac illibatam ejusdem Deiparæ puritatem volebat perspicuam.

FRANCISCUS TORNIELLUS a Novaria, Institutor Reformationis provinciæ Mediolanensis anno 1588. ætatis suæ 90. Scripsit

Tractatum de Unitate Ecclesiæ contra Lutheranos. Habetur ms. in Biblioth. Trivilii, ubi obiit anno ætatis 99.

FRANCISCUS de TORRES Hispanus, Tarraconensis, provinciæ Aragoniæ, scripsit

De Mysterio Conceptionis Immaculatæ Mariæ Virginis tract. 1. Cæsaraugustæ anno 1620.

FRANCISCUS TRESATHUS a Luguano, illustravit

Librum B. Jacoponi Commentariis.

FRANCISCUS de VALENTIA Padi, edidit

Quæstiones in Metaphysicam Aristotelis.

FRANCISCUS VERVOORDT provinciæ Germaniæ inferioris Minister, Concionator eloquentissimus, scripsit libellum, cui titulus:

Vestis nuptialis amoris Dei, quem Henricus Pipinus provinciæ Minister correxit, et edi curavit.

De-

Devixit Mechliniæ post natum Servatorem anno Domini 1555. Novembris 24.

FRANCISCUS VICEDOMINUS Ferrariensis, quem *Francischinum* nominabant, egregia indole, ingenioque prompto ad quaslibet serias disciplinas capessendas; ab ineunte juventute Latinis, Græcis, et Hebraïs litteris ornatus, Magisterii suscepto inter Patres Conventuales honore, celeberrimi Collegii Bononiensis, necnon aliorum factus est moderator. Vir fuit integerrimæ vitæ, ingenii sublimis, eruditionis, et eloquentiæ summæ, decimator sacrarum concionum tota Italia celebris, et veluti Demosthenes alter, invita, ac prorsus reluctante natura, præstantissimus orator redditus. Nam cum ei lingua, et vox naturali quodam, ac perpetuo effondicuio ita interrumperetur, hæreretque loquenti, ut prima dictionum syllabas in privatis colloquiis iterum atque iterum anhelando repetere cogeretur, sic tamen repugnantis naturæ malignitatem fortissimo linterum robore, et validissimo spiritumm omnium conatu domuit, et expugnavit, ut miraculum sit, quomodo vir lingua hæsitans, et in familiari congressu vix sublimissa voce verba referens potuerit in publicis declamationibus expeditissima lingua exactissime, gratissimeque loqui, et quod mirabilius est, concitatissimo cursu ab exordio usque ad finem concionando inoffensa lingua decurrere eodem semper netionis impetu. Sic igitur priscum illum concionandi morem Basilio Magno, Gregorio, et Chrysostomo, cæterisque eloquentissimis Patribus olim in Ecclesia Dei usitatum, et multis postea sæculis remissum primus apud Itnios revocavit, editis Latina, et Etrusca lingua in omnes fere divinæ Scripturæ libros eruditissimis, disertissimisque juxta litteram, ac tropologicam intelligentiam sermonibus. Multa scripsit, quorum aliqua, ipso adhuc vivente, alia post mortem prodierunt.

Homilias decem de Spiritu sancto Italice habitas, nuncis effinglatinibus, edi permisit Venetiis per Hieronymum Scotum anno 1565.

Homilias multas ejusdem Latinas *de Adventu, de Quadragesima, et de Catechismi Romani expositione* edi enravit in eadem officina anno 1576. Fr. Bernardinus Seraphinus ejusdem Instituti, sed fede a typographis innumeris mendis vitiatas.

Homilias pro reliquo totius anni tempore.

Homilias in Psalmos Davidis, ac præcipue in septem Psalmos pœnitentiales.

In Isaiam.

In Evangelium S. Joannis.

In Epistolam D. Pauli ad Colossenses.

In Epistolam D. Petri primam.

Disputationes aliquot de rebus fidei, quas in Concilio Tridentino habuit cum hæreticis.

In eodem Concilio habuit disertissimum *Orationem* Dominica 24. post Pentecosten anno 1562. cui titulus, *De duplici mysterio, abominationis uno, desolationis altero.* Prodiit Brixiæ eodem anno apud Damianum Turlinum.

Homilias de panis, et suffragiis animarum.

Homilias de sanctissima Trinitate.

Homilias de imitatione Christi, anno 1562.

Hunc Cornelius Musaus Episcopus Bitunlinus *suggesti delicias, et citharam nostræ ætatis* appellare consueverat. Vita excessit anno 1573. die 29. Octobris, pronuncians illa verba: *Me expectant justi, donec retribuas mihi.*

Pulchrum de eo habet elogium Federicus Borromeus Cardinalis Archiepiscopus Mediolanensis libro primo sui operis, *De sacris nostrorum temporum Oratoribus*, Bononiæ in domo PP. Conventualium hoc ejus legitur Epitaphium:

FRANCISCO VICEDOMINO FERR.
VIRO LIBERALIVM ARTIVM SCIENTIA, THEOLOGIA,
SACRARVMQVE CONCIONVM FACVLTATE,
QVAS AGGRESSVS A PVERO PERPETVO CONSTANTISSIMA,
SVMMAQVE CVM OMNIVM ITALIAE CIVITATVM
ADMIRATIONE HABVIT, PRAESTANTISSIMO,
QVI PROVINCIA BONON. MIRABILITER ADMINISTRATA,
HONESTISQVE MYNERIBVS
PRO RELIGIONE PERFVNCTVS, PIE FELICITEREQVE
OBDORMIVIT ANNO AETATIS SVAE LIX.
DIE XXIX. OCTOB. M. D. LXXIII.

FRANCISCUS VILLALUPENSIS Hispanus scripsit

Commentarios in historiam naturalem Plinii. Compluti 1524. in fol.

FRANCISCUS VITA Polyntius, Siculus, e civitate Paetarum oriundus, scripsit

De justificatione.

De Sacramento Eucharistiæ. Utrumque opus libris tribus prodiit Venetiis ad signum Spei anno 1548.

Interfuit Concilio Tridentino, suamque operam præstitit apud Petrum de Aragonia Cardinalem Archiepiscopum Panormitanum.

Nescio, an hic ille *Franciscus Minorita*, an alius quispiam qui Antuerpiæ edidit

Epistolam de Orbis situ, et descriptione ad Panormitanum Archiepiscopum.

FRANCISCUS a VITERIO Capuccinus, edidit

Commentarios in Jonam Prophetam, duobus tomis distinctos. Panormi 2. Neapoli 1645.

FRANCISCUS a WALONCAPELLA Audomarensis, et Episcopus Namurcensis, Alexandro Farnesio Parmæ Duci gratissimus, sacras ad populum habuit conciones maxima cum admiratione. Moritur anno Christiano 1592. 17. Februarii plenus dierum, cum sedisset annos 12. Scripsit

De Stationibus Romæ librum.

FRANCISCUS WILLER Germanus, homo sua ætate inter primos eloquentissimus judicatus, vitæ religiosissimæ, scripsit

Repertorium Epistolarum D. Hieronymi.

De Remediis scrupulosarum concientiarum.

De vitiis, et virtutibus.

De Passione Domini.

Sermones ad populum.

Epistolas ad diversos.

Unum uberem, qui libellum magnitudine æquat, pro purissima Conceptione B. Virginis Mariæ.

De Musica, ejusque laudibus varia syntagmata.

Floruit an. 1495.

FRANCISCUS XIMENIUS e CISNEROS Hispanus, Cardinalis, et Archiepiscopus Toletanus, Archicancellarius, Inquisitor, et Gubernator Hispaniarum, omnium ibidem Religionum reformator, edidit

Universum vetus, ac novum Testamentum multiplici lingua, hoc est, Hebraica, Chaldaica, Græca, Latinaque, immensis sumptibus, laboribus, ac vigiliis, maxime cum diligentia in urbe Complutensi impressum, accitis ad hoc operis undique terrarum tum in linguarum cognitione doctissimis viris, tum exemplaribus castigatissimis, ac vetustissimis ex Vaticana, et Medicea Bibliotheca desumptis, vel a Venetorum Senatu trans-

transmissis, aut aliunde, nulla expensarum, aut laborum habita ratione, comquisitis. Hujus tum magni operis dispositio sic se habet. Pentateuchus tripliceni habet editionem, Hebraicam videlicet, Chaldaicam, et Græcum LXX. Interpretum, cui connexæ sunt tres Latinæ editiones, videlicet Latina Hieronymi Hebraicæ veritati respondens; Chaldaïcæ alia Latina respondet de verbo ad verbum a viris ejus linguæ peritissimis elaborata; Græcæ autem LXX. Interpretum correspondet interlinearis Latina traductio. Hagiographi, et Prophetici libri duplici lingua exensi sunt, Hebræa, et Græca, cum aliis duobus Latinis translationibus illis correspondentibus. Chaldaica vero omissa est, quod in cæteris libris, præterquam in Pentatencho, corrupta sit aliquibus in locis, et fabulis, mcrisque Thalmudistarum nugis conspersa, et indigna prorsus, quæ in sacris Codicibus inseratur. Libri vero, qui extra Canonem sunt Hebræorum, quos Ecclesia ad edificationem legit, Græcam tantum habent scriptnram, sed cum duplici translatione, Hieronymi scilicet, et altera interlineari de verbo ad verbum. At novum Testamentum Græcum habet contextum cum Hieronymi versione, nudis tantum litteris conscriptum, sine ullis, aut tonorum, aut spirituum notis, ad instar antiquissimorum Græcorum, quos absque hisce accentibus, fastigiisque litterarum scriptitasse, Callimachi poemata vetustissima, et Sibyllina carmina et marmorum vetustissima fragmenta indicant. Nam eum universum novum Testamentum Græce scriptum fuerit, voluit author priscam in eo linguæ illius vetustatem, majestatemque intactam retinere, et ad imaginem antiquarum scripturarum publicare, ne rei tam sanctæ auctoritati, ac venerandæ majestati adjectitiis, novitiisque rebus detrimentum afferri videretur. Cæterum, no alieni dubium aliquod posset occurrere, in qua videlicet syllabn accentum oporteat collocari, simplicem tantum apicem in polysyllabis dictionibus adjecit, et hunc quidem non tunquam Græcum accentum, sed tanquam notnlam, signumque, quo dirigi possit Lector, ne in prolatione, modulationeve dictionum aliquando labatur. Apposuit ultimo loco in fine totius operis copiosissimum dictionarium Hebraorum, Chaldæorum, Græcorumque vocabulorum, in quo simplices non modo dictionum interpretationes tam primitivarum, quam derivatarum continentur, sed, quod omnium operosissimum fuit, quot locis in veteri Testamento unaquæque Hebraica dictio propter linguæ illius fœcunditatem multiplicet significata, adjectis quam plurimis concordantiis, continuo subjungitur. Perfecta sunt autem hæc nobilissima exemplaria, quæ vulgo *Complutensia* appellantur, sub Leone X. Pont. Max. totoque Christianorum orbe summa cum laude invulgata; et ex horum auctoritate multi postea tam Hebræi, quam Græci, et Latini codices in integrum restituti.

Officium Mistarabum, corrupte Mozarabum, a S. Isidoro Hispalensi, aliisque præclaris viris institutum, longa desuetudine jam interitarum restituit, ibrosque omnes, quibus sacra illa continentur, Gothicis characteribus conscriptos, in vulgaris litteraturæ formam redigendos, impressorisque formis cudendos sedulo curavit. Quibus non sine magna impensa in exemplaria innumera vulgatis, ad extremum Cathedralis Tolctani templi partem in ædicula, quæ *Corporis Christi* dicebatur, sacellum elegantis structura ædificavit, in quo Sacerdotum collegium instituit, et idoneis proventibus locupletavit, ut illic perpetuo ritus Mozarabes conservarentur.

Constitutiones gravissimas edidit pro sua Complutensi Academia, præsertim pro Collegio majori sancti Ildefonsi. Prodierunt eu in urbe anno 1560.

Mortuus Complnti, ubi insignem, ubique celeberrimam fundavit Universitatem, et multn construxit Collegia, sepultus est ante summum aram, sarcophago inscnlpto hoc epitaphio:

Condideram munis Franciscus grande Lyceum:
Condor in exiguo nunc ego sarcophago.
Præterlaus vivri sacco, galeamque galero,
Frater, Dux, Præsul, Cardinalisque Puter.
Quin virtute mea junctum est diadema cucullo;
Cum mihi regnanti parvit Hesperia.

Ejus sumptibus testamento legatis facta est Venetiis prima impressio operum Alphonsi Tostati Episcopi Abulensis, cui præfnit Alphonsus Polus Canonicus Concbensis. — (*Ex appendice*). Sed in epistola præluminari, qua Collegii S. Bartholomæi Salamanticensis alumni Ximenio dedicant commentarios Tostati in historiam Eusebii, illi gratiæ perquam maximæ habentur, quod prædicta opera Tostati edi curaverit. Et quidem Ximenio adhuc superstiti Joannes Baptista Ignatius volumen primum Tostati in Matthæum nuncupavit. Vide alia verbo *Angela Fulginas*.

FRANCISCUS XIMENIUS alter Girundensis, Catalanus, non Valentinus, ut aliqui autumant (*Vide Escolan. l. 5. hist. Valent. c. 7.*), Episcopus Elnensis, et Patrinrcha Hierosolymitanus, scripsit

De natura Angelica librum insignem. Complnti anno 1527.

De Scala Dei. Barcinone 1501. Pro instructione Episcoporum, et Superiorum scripsit librum nunenpatum

Pastorale. Barcinone 1495. in fol.

Alia *opera* multa lingua patria Lemosina, quæ reperiuntur in Biblioth. Cœnobii S. Mariæ de Jesu prope civitatem Barcinouensem, allisque multis in locis principatus Catalouiæ.

Ab Abulensi in opnsculo contra Clericos concubinarios citatur opus ejus *de vita Christiana*, quod quidem doctissime scripsit, et in quatuor partes divisit. Prodiit Valentiæ 1481. et Granatæ anno 1496.

Petrus Salazar in Chronicis provinciæ Castellæ (*tom. 2. c. 23.*) refert, ultra librum *de vita Angelica*, scripsisse de vitis Sanctorum copiose sub titulo *Flos Sanctorum*.

Multos, et valde orulitos libros composuisse ait Escolanus, et floruisse narrat circa annum 1400. sed in eo errat, quod Patriarcham nuncupat *Alexandrinum*.

FRANCISCUS XIMENIUS tertius, duodecim Patrum, qui India Evangelii lucem primi intulerunt, decimus, provinciæ S. Gabrielis, juris Pontificii studiosissimus, Episcopatu Tavasei Indorum a Carolo V. oblato constanter recusato, elegit potius in testamento snorum Patrum quod reliquum erat vitæ, transigere. Guardiunatu tamen in Quauhnavat suscepto, Mexicanum idioma cum optime calleret, scripsit

Dictionarium illius linguæ.

Libros omnes Mexicana lingua ab aliis editos jussu Superiorum evolvit, et recensuit.

De natura, et virtutibus arborum, plantarum, et animalium noræ Hispaniæ, et præsertim regionis Mexicanæ, quorum usus est in medicina, libros quatuor in urbe Mexicana impressos, et a Joanne de Lact in suo opere *De noro orbe* passim commendatos.

Vitam B. P. Martini de Valentia accurate scripsit anno ab illius morte tertio, quæ tamen temporis injuria exeidit, unico quaternione reservato.

In

In Conventu Mexicano S. Francisci magna virtutis opinione jacet. De illo hoc memorabile scribit Gonzaga hist. Seraph. 4. parte in descriptione provinciæ S. Evangelii, in vita ejusdem, *primum hunc Sacerdotum fuisse, qui inter ornentas hostias incruentam Unigeniti Dei sobolem primitiis suis Patri æterno litaverit.*

FRANCISCUS ZAMORA vir doctus, et prudens Aquilæ anno 1559. creatus Minister Generalis, sub Paulo, et Pio IV. Ordinem rexit sexennio. Scripsit

Homilias in singulos versus Psalmi quinquagesimi numero viginti quinque.

Opuscula omnia S. Bonaventuræ tomis duobus distincta, a se correcta edi curavit. Venetiis 1564. in fol.

Ejusdem jam Generalis Ministri *Oratio habita in Tridentina Synodo Dominica 2. Quadragesimæ* anno 1562. Lovanii cum reliquis edita an. 1567. in fol.

FRANCISCUS ZENUS provinciæ Mediolanen. et Observantiam Cismontanorum Vicarius generalis, (*Vide to.* S. *Annal.*) edidit

Thesaurum Theologorum; et

Super quartum Sententiarum.

FRANCISCUS ZICHEMIUS, aliis Zichenus, Brabantinus a patria urbecula, quæ Diestemio abest altero lapide, dictus, Machliniensis, et Trajectensis Cœnobii Guardianus dignissimus, scripsit

Explicationem septem verborum Christi in Cruce. Antuerpiæ anno 1556.

Enarrationem in Prophetam Jeremiam. Coloniæ anno 1559.

Concionem de eleemosynæ efficacia. Antuerpiæ typis Belleri anno 1556.

Exhortationem laconicam ad mortem. Trajecti ad Mosam anno 1554. in 8.

FREMINUS, vel potius *Firminus*, Capitis, Gallus, Doctor Parisiensis, vir doctus, præsertim in controversiis fidei contra hæreticos, scripsit Galliee librum prænotatum:

La Sauvegarde, et protection de la foy Catholique contre les principaux heretiques de nostre temps, hoc est: *Caleus conductus, et protectio fidei Catholicæ contra præcipuos hæreticos nostri temporis.* Prodiit in lucem Rhenis in Galliæ Campania anno 1579.

Commentaria in Genesim. Parisiis anno 1567.

Commentaria in Exodum. Ibidem 1579.

De Immaculatia Conceptione Virginis Mariæ. Ibidem eodem anno.

G

GABRIEL BARONUS scripsit

Vitam Abbatis Joachimi, quæ una cum illius prophetiis exensa est Venetiis anno 1600.

GABRIEL BARRIUS Italus, Calaber, in re Geographica, et stylo Latino peritus, sub Pio V. dedit ad Bernardinum Santo-Severinum Principem Besinianensium

De antiquitate, et situ Calabriæ libros quinque, qui inter authores Italiæ illustratæ circumferuntur, et quos author primum edidit Romæ anno 1571. apud Josephum de Angelis in 8. et postea auctius ibidem in 4. Sunt qui hnic authori istud opus invideant, et Cardinali Syrleto præstantis doctrinæ, et exacta studiorum disciplina celebri illud ascribant, quod et insinuavit Paulus Æmilius Sanctorius in limine suæ historiæ monasterii Carbonensis; sed qui fieri poterit, ut opus esset Syrleti, quod Barrius sub ipsos Cardinalis oculos Romæ anno 1571. publicavit? degebat enim tunc Syrletus in Urbe, nec nonnisi anno 1585. decessit ibidem sepultus ad sanum titulum S. Laurentii *in Pane, et Perna,* qui hodie Clarissarum est Monasterium, ubi Syrleti conspicitur Epitaphium annum hunc præferens mortis.

GABRIEL BRUNUS Venetus, provinciæ Terræ Sanctæ Minister, collegit

Indicem Alphabeticum ex singulis libris, et capitibus tam novi, quam veteris Testamenti, qui multis ad Bibliorum accuratam cognitionem pertingere cupientibus usui futurus erat opportunissime, nisi Conradus Pellicanus, et Robertus Stephanus novis, necessionibus sua zizania infarcirí curassent; impressum Basileæ anno 1544. adjunctumque illud Biblilis apud Joannem Frobenium. Alium Gabrielem Bajenum Venetum Minoritum hunc eundem Indicem, seu Tabulam alphabeticam scripsisse refert Possevinus ex Francisco Sansovino.

Opus illud notissimum Gulielmi Durandi inscriptum: *Rationale divinorum officiorum,* recognovit, suo calculo approbavit, et misit ad Franciscum Samsonem Ministrum generalem, qui illud imprimi curavit impensis Ferdinandi a Talavera Granatensis Archiepiscopi Granatæ 1504.

Clarnit anno 1490.

GABRIEL FABER Gallus, Ordinis Minorum Conventualium Procurator Generalis scripsit

Opus Panegiryeum sacræ Assisiensis Ecclesiæ Minoritici Instituti Basilicæ, in qua jacet corpus S. Francisci. Romæ apud Jacobum Mascardum anno 1627. in 4.

Speculum, in quo Franciscanæ religionis exprimitur status, et justa Conventualium detritio, et primatu præcensio repræsentatur. Parisiis apud Josephum Bovillerot anno 1626.

Memoriale antiquarum provinciarum Ord. S. Francisci in Gallüis. Parisiis apud Joannem Laquehay 1625. in 8.

Confutationem Responsionis, quam in lite præcedentiæ inter Conventuales et Observantes quidam Anonymus exhibuit sacræ Cardinalium Congregationi. Astæ ex typographia Fratrum do Zangrandis 1629. in 4.

GABRIEL de MATA Hispanus tomis duobus metro Hispano edidit sub emblemate Equitis Assisiatis

Vitam et gesta S. Francisci. Primus tomus prodiit Flaviobrigæ anno 1587. Secundus ibidem 1589.

Vitam S. Didaci. Madriti 1598. in 4.

GABRIEL de RIBERA, Hispanus, provinciæ S. Michaelis Minister, scripsit Hispanice

Conciones Quadragesimales a Dominica Septuagesimæ usque ad Paschæ, scilicet *pro singulis Dominicis, quartis, et sextis feriis, quibus sacro illo tempore sermones haberi solent ad populum in Hispania.* Salamanticæ anno 1603. et 1605. in 4.

Ejusdem argumenti repetitum opus, *Secundum* scilicet *Quadragesimale.* Ibidem eodem anno.

GABRIEL TAURENSIS, sive de TORO, Hispanus, provinciæ S. Jacobi Minister, Regibus Lusitaniæ a sacris Conciliis, a Carolo V. Imperatore designatus Visitator, seu Inquisitor Senatus, sive Consilii Regii Castellæ, scripsit Hispanice librum, quem prænotavit

Thesaurum misericordiæ divinæ, et humanæ, in quo multa pie, et docte disserit de eleemosyna. Salamanticæ anno 1536.

Ebernit sub annum 1536.

GABRIEL VACCA Hispanus, edidit librum, quem intitulavit

Ser-

Sermonarium Quadragesimale medicinale. Vallisoleti per Sebastianum Martinez an. 1553. in fol.

GABRIEL de *VERONA*, ita diu nuncupatus, verius autem *Mutinensis* a patria, uti nos admonemus tom. 7. Annal. (*An.* 1478. *num.* 68.), B. Joannis Capistrani discipulus, et socius, provinciæ Austriæ Vicarius Matthe Hungariæ Regi gratissimus, Episcopus Albiensis, sive Transilvanus, deinde Agriensis, demum S. R. E. Cardinalis tit. S8. Sergii et Bacchi a Sixto IV. creatus, vir insignis, classi contra Turcas Hydruntum occupantes immissæ Præfectus, scripsit

Vitam sui Magistri prædicti *Joannis a Capistrano.*

Epistolas multas ad diversos Principes.

Obiit Romæ anno 1486. mense Octobri, sepultus ad Aram-cœli.

GALFREDUS, vel GODEFRIDUS, de Fontibus, Anglus, n morum gravitate cognominatus *Doctor reverendus*, vir egregia præstans authoritate ad regendum, eruditione ad docendum. Fuit Guardianus Parisiensis, ubi etiam publice prælegit. Scripsit

In Magistrum Sententiarum libros quatuor.

Quodlibeta multa.

Expositionem in Regulas sancti Francisci.

De infantia S. Edmundi Habetur ms. Cantabrigiæ in publica Bibliotheca.

GALFREDUS LINGIUS Anglus, Conventus Norvicensis alumnus, vir historiarum lectione, et investigandis patriis antiquitatibus mirifice delectatus. Cum longo tempore, et multo labore pene omnes melioris notæ, qui de rebus his agunt, pervolvisset authores, animum ad scribendum appulit, et, uti testes sunt Guillelmus Botonerus in suis Antiquitatibus, et Willotus in suis Athenis, exorsus ab origine mundi, licet Pitseus opinetur exordium sumpsisse ab ingressu Briti in Britanniam, scripsit

Chronicorum librum unum. Anno a creatione mundi. Claruit anno 1390.

GALFRIDUS o HOGAIN Hibernus, Cœnobii Nenaghiensis in agro Typperariensi alumnus, scripsit

Annales sui temporis, ab anno scilicet Domini 1336. usque ad annum 1370. Extant mss. apud Minoritas illius regionis.

GALIANUS de MANTINA Italus scripsit

Summam brevem casuum conscientiæ.

GARGANUS SENENSIS scripsit

De authoritate Protectoria Ordinis libros duos.

Floruit anno 1507.

GARSIAS de CISNEROS provinciæ S. Gabrielis, septimus inter duodecim illos Patres, qui ad Indos Mexicanos navigarunt, vir prudens, et circumspectus; ut in promovenda illorum salute nestuabat, absens eis prodesse studens, pleraque Mexicano idiomate ubs se conscriptas conciones sui in eos amoris mnemosynon reliquit, quas illorum peritiores festivis diebus, convocato fidelium cœtu, perlegerent. Instituto a se Collegio S. Jacobi de Tatibulco, ubi Mexicanorum pueri instituerentur, et prima elementa caperent, et deinceps necessariis disciplinis excolerentur, doctos sui Instituti viros præfecit.

Floruit Carolo V. Imperatore; sepultus est in Cœnobii Mexicani templo.

GARSIAS alius ignoti cognominis, edidit

Compendium de Observantia Regulæ Minorum.

GASPAR a S. BERNARDINO Lusitanus, scripsit

Itinerarium Indiæ Orientalis. Ulyssipponæ 1611.

GASPAR de FONTE vulgo *de la Fuente*, Hispanus, Toletanus, provinciæ Castellæ, Reg. Observ. vir doctus, quem ego ex Collegio Complutensi curavi evocari in Urbem, ut in Cœnobio S. Petri Montis Aurei in Janiculo delectis adolescentibus cursum legeret artium liberalium. Eo absoluto, transferri feci in hoc nostrum S. Isidori Collegium, ut Theologiam simul cum doctissimo viro Antonio Hiquneo, de quo suo loco dictum est, in ipso Collegii exordio prælegeret. Hinc transiatus Complutum in eadem prælegenda facultate emeritus, Cœnobium illius urbis celeberrimum per triennium rexit, ornavit, et auxit. Inde adscitus ad Ordinis secreta excipienda sub Joanne Merinero Generali Ministro, factus Consilii supremi S. Inquisitionis in Hispania Qualificator, tandem delectus est suæ provinciæ Minister, et Ordinis Definitor generalis. Ingenio pollet prompto, et claro, ex suggesto facundus concionator, et in scholis acerrimus disputator, nobis a multis annis in paucis charissimus. Nostro hortatu edidit

Quæstiones Dialecticas, et Physicam ad mentem subtilissimi Doctoris Joannis Duns Scoti. Prodierunt Lugduni sumptibus Jacobi, et Andreæ Prost anno 1631.

Historiam Capituli generalis Toletani celebrati anno 1633. Madriti eodem anno.

Magnum volumen, cui titulus: *Armamentarium Seraphicum, et Regestum universale tacuto titulo Inmaculatæ Conceptionis*, collatu opera cum doctis et industriis viris Petro de Valvas, Petro de Alba et Astorga, et Joanne Gutierrez, dedicavit Philippo IV. Hispaniarum Regi. Prodiit Madriti ex typographia Regia anno 1649.

Vivit adhuc, et si vita superstes, plura dabit fœcundi sui ingenii argumenta.

GASPAR GARCIA de CRUCE Hispanus ex urbe Huetensi, laicus provinciæ Castellæ, scripsit librum inscriptum:

Patria Filii Dei; quo suadet expeditionem Jerosolymitanam. Madriti apud Franciscum Martinez. 1642.

GASPAR de LEON Hispanus, provinciæ S. Jacobi, insignis Concionator, scripsit

Homilias, et Sermones pro singulis Dominicis, et diebus festivis totius anni. Salamanticæ anno 1554. in 4.

Floruit anno 1546.

GASPAR a S. MICHAELE Indus Orientalis, Concionator, atque Indicæ linguæ Magister, scripsit, deditque in ipsas Philippi III. Regis Hispaniarum manus, ut imprimi juberet, libros duos Indice conscriptos, quos ille ad supremum suum de rebus Indicis Consilium remisit. Primus liber continet

In Symbolum Apostolorum explicationem dialogisticam, facili metro traditam, ut facilius neophytis inhæreret, in qua præcipuos quosque doctrinæ Catholicæ articulos expressit, et gentilium superstitiones, ac idololatriam refutavit.

Secundus liber agit *de miseriis humanis, de pondere peccati, de quatuor novissimis, et beneficiis divinis.* Adhuc sub obscura illa, et Europeis imperceptibili lingua hi libri lucem expectant.

GASPAR SASGERUS alias *Schatzgerus*, vel *Hargerus*, vel *Scaugerus*, Germanus scripsit

Scrutinium divinæ Scripturæ. Incipit, *S. Jacobus Apostolus.*

Replicum contra periculosa scripta. Incipit, *Zorobabel supremo.*

Examen novarum doctrinarum. Inc. *S. Paulus.*

De Vita Christiana, et Monastica. Incip. *Ut mandatum.*

De-

De sacrificio Missæ. Incipit, *Sanctus Propheta.*

De libertate Evangelica. Incip. *Servator noster.*

De Sanctorum imploratione. Incipit, *Servator noster benedictus.*

Traductionem Satanæ. Incip. *S. Jacob.*

De justitia fidei. Incip. *Quamquam in alio opere.*

De Justitia operum. Incip. *Justitiam hominis.*

De septem Sacramentis. Incipit. *Baptismi nomen.*

De vita contemplativa. Incip. *Prima purgatio est.*

De fide, spe, et charitate, contra Joannem Baronem Swarsemberg.

De doctrina Christiana.

De dissolubilitate matrimonii narrationem contra Lutherum. Incip. *Celebrato inter conjuges.*

De præceptis. et legibus.

De operibus meritoriis.

De vero Dei cultu.

De potestate Ecclesiastica.

Charuit Imperat. Carolo V. anno 1525. in Cœnobio Monachi Bavariæ.

GASPAR SGERRA Panormitanus Conventualium scripsit

De Deo trino, et uno Opusculo Scotica.

GASPAR TRULLENCK Germanus Ordinis Minorum Conventualium Doctor Theologus, scripsit opus, cui titulum præfixit:

Solida, et modesta Responsio Apologiæ fratris Alexandri Arioti, cujus est inscriptio: Elucidatio rationabilis separationis Fratrum Minorum de Observantia ab aliis Fratribus ejusdem Ordinis. Francofurti typis Joannis Fachrii in 8.

GASPAR do VERGERA Hispanus scripsit

Discursus de Conceptione Virginis MARIÆ. Cordubæ 1624.

GASPAR a VIGACHOAGA Hispanus, Reg. Observ. provinciæ D. Jacobi conciountor, Guardianus Salamanticensis, aliquot provinciarum Hispaniæ Commissarius visitator, ab Ordinis secretis, edidit

Sermonem de S. Francisco, quem in solemni consessu habuit Salamanticæ. Ibidem apud Didacum Cussium anno 1619. Collegit et edidit,

Doctorum virorum conciones habitas de Conceptione immaculata Virginis MARIÆ. Ibidem eodem anno.

GASPAR de UZEDA Hispanus, Definitor provinciæ S. Jacobi, per annos multos Theologiam Salamanticæ professus, scripsit

In Epistolam ad Hebræos commentarios eruditos nondum editos. Asserviantur in quibusdam Bibliothecis prædictæ provinciæ.

Vixit sub annum 1580.

GENTILIS CINGULANUS, inquit Possevinus *e Græco* reddidit

Joannem Climacum; quod alias nos scripsimus, de Angelo Chareno ad Cinguli oppidum nato.

Suspicor circa Gentilis nomen aliquem esse errorem.

GENTILIS a MONTE FLORUM Piceuus, ex Lectore sacri Palatii S. R. E. Cardinalis, qui honorificam postea obivit legationem in Hungariam, et Bonifacium VIII. defendit acriter contra Philippum Pulchrum (*An.* 1291. *n.* 4. *anno* 1308. *n.* 1. *anno* 1312. *num.* 2. *et* 10.). Scripsit, uti refert Eysengrenius,

Homilias habitas ad populum.

Obiit Avenione anno 1312. Relatus in Italiam, sepultus est in æde S. Francisci Assisiatis.

GEORGIUS AMBIANENSIS Capuccinus provinciæ Parisiensis sac. Theologiæ Professor, edidit *Opera omnia Tertulliani cum notis, et Commentariis,* tribus tomis distincta, quibus hunc præmisit titulum:

Tertullianus redivivus, scholiis, et adnotationibus illustratus; in quo utriusque juris forma ad originem suam reconcatur, et avitus pietatis amatoribus inquirendis norma præscribitur. Parisiis anno 1646 in fol.

GEORGIUS ANTONIUS BRIXANTS, Hispanus provinciæ Conceptionis, Lector emeritus, et S. Officii Censor, scripsit

De Hierarchia Seraphica fœlicitatum, quæ celebrantur apud Minores. Madriti 1640.

Discursus morales pro diebus Quadragesimæ. Ibidem 1641.

GEORGIUS BENIGNUS Ragusæus, Archiepiscopus Nazaræanus, edidit

Quæstiones de natura Angelica, quæ extant Florentiæ in Bibliotheca sancti Marci.

Volumen grande de Dialectica.

Librum præinsertum: *Vexillum Christianæ victoriæ.*

De Assumptione B. Virginis Mariæ.

Defensiones pro Joannis Reuchlini dialogo, an scilicet libri Judæorum, quos Thalmud vocant, sint supprimendi?

Floruit circa annum 1460.

GEORGIUS a S. GULIELMO bis Anglicanæ provinciæ Minister, magna erga suos Confratres charitate commendabilis, transtulit ex Italico in Anglicum idioma librum Bartholomæi a Salutio plissimi Minoritæ, cui titulus:

Septem Tubæ. Dnaci anno 1628. Item edidit Anglice

Directorium spirituale, quod ipse ex variis authoribus docte collegit. Ibidem.

GEORGIUS de PERA, quæ est a conspectu Byzantii, provinciæ S. Angeli, edidit

Quæstiones in Metaphysicam.

GERARDUS, sive Giraldus, alias *Guido* e Brianzone Gallus, provinciæ Aquitaniæ, Doctor Parisiensis, sacræ Theologiæ Magister, et Lector Tolosanus, scripsit

In quatuor libros Sententiarum ad mentem Scoti. Parisiis per Stephanum Baluat anno 1512. et 1517. Habentur mss. in Conventu Murallensi prædictæ provinciæ.

In septem Psalmos Pœnitentiales.

In Dionysium Areopagitam de cœlesti Hierarchia.

GERARDUS BURGUNDUS, sacræ Theologiæ Magister, scripsit

Commentaria in Aristotelis Logicam.

Floruit post annum 1330.

GERARDUS EMPOLIUS Belga, provinciæ S. Joseph in Comitatu Flandriæ Definitor, et postea Minister, edidit

Examen cursus mystico-historici Ordinis S. Francisci a quodam Conventuali editi, a Petro Marchantio compositum. Gandavi apud Joannem Kerkovium anno 1631. Vide verbo *Petrus Marchant.*

GERARDUS, sive Geraldus, Oddonis Gallus, Ruthenensis, de Castro Rodulphi, Minister Generalis Parisiis anno 1329., Jouani XXII. perquam familiaris, a quo legatus est semel in Siciliam, seeundo in Angliam, tertio in Bosnam Croatiæ, ex qua plurimos pepulit hæreticos, quarto iterum in Siciliam, et demum creatus Patriarcha Antiochenus, atque Administrator perpetuus Ecclesiæ Catanensis in Sicilia. Multa scripsit, præsertim in moralibus, unde et *Doctor moralis* nuncupatus. Sæpe ejus inedit mentio in tomo 3. nostrorum Annalium. Scripsit

Quæ-

Quæstiones variæ in Logicam.

Commentarios in libros decem Ethicorum, impressos Venetiis anno 1500. per Simonem de Luere impensis Andreæ Torresani: et mss. habentur in Bibliotheca Vaticana.

In quatuor libros Sententiarum.

In varios libros sacrorum Bibliorum.

De figuris Bibliorum. Habentur in cœnobio Mirapicensi ms.

Sermones de Tempore.

Officium de stigmatibus S. Francisci, quod hodie a Minoritis recitatur.

Habetur etiam in Bibliotheca Vaticana ms. *Quæstio, utrum lumen augeatur per adventum novæ partis ad partem, utraque remanente*, et alia *Quæstio, utrum continuum componatur ex indivisibilibus, et resolvatur in indivisibilia.*

Citatur a Petro Tatareto lib. 2. Senten. distin. 3. q. 4.

Obiit Catanæ anno 1349. sepultus in Ecclesia Cathedrali in tumulo marmoreo absque ullo epitaphio.

GERARDUS VERWST, alias *Verrorstius*, Flander, quem perperam Antonius Sanderus lib. 2. de Scriptoribus Flandriæ *Georgium* appellat, Brugis professus, Gandavi, Ipris, et Dunkerkæ aliquando Guardianus, lingua patria disertissimus, ab hæreticis Flandriam expugnantibus multa passus, scripsit

In Passionem Dominicam conciones tres doctas; sed perbreves. Antuerpiæ 1594. apud Joannem Keerbergium in 8.

De præstantibus nori Testamenti donis. Lovanii anno 1595.

Conciones tres de gloriosa Resurrectione Domini, et latabunda resurrectione justorum hominum, et de jucundissimis glorificandorum corporum dotibus. Lovanii typis Masii anno 1593.

In Orationem Dominicam. Antuerpiæ 1594. in 8.

Vitam terminavit Furnis in Flandria an. 1596. apud suos sepultus.

GERMANUS cognomento incognito, scripsit

Centurias insignium mendaciorum Lutheranorum.

Conciones sex egregias, scilicet *De Matrimonio, De vita Monastica, De vitiis utriusque vitæ, De Oratione Dominica, De discrimine veteris, et novæ fidei, De summa præcipuorum capitum fidei.*

GILBERTUS NICOLAI Gallus, Aquitanus, Regul. Observ. provinciæ Aquitaniæ antiquioris sæpius Minister, sui Ordinis Definitor generalis, Cismontanæ familiæ bis Vicarius, semel Commissarius generalis, in Theologia Scolasticu, et Morali eruditus, qui licet diu legerit, et Magistri Sententiarum libros exposuerit, ob summam humilitatem nobilit ad Doctoratus gradum promoveri. Leoni X. Summo Pontifici valde charus, et familiaris oblatos Episcopatus honores sæpe recusavit. Joannam Valesiam Ludovici XI. Galliarum Regis filiam, Ludovici XII. conjugem, Caroli VIII. sororem, reatus conditentem annis multis audivit, in fundatione Ordinis Annunciatarum adjuvit, et rexit. In Comitiis generalibus sui Ordinis prædictæ Religionis Sororum perpetuus institutus Visitator, Romam septies profectus Religionis approbationem, magnisque gratiis, et privilegiis ut communiretur, impetravit. Fervorem, et spiritum hominis in promovendo Mariæ ab Angelo Annunciatæ Institutum Leo X admiratus, jussit, ut *Gabriel Maria* deinceps nuncuparetur; atque hoc ei nomen semper adhæsit. Mirum quales, et quantos labores in Gallia subjerit, et in Belgio, ut Ordinem hunc propagaret. Etsi vero diuturno, et ferme perpetuo Fratrum, vel Sororum fuerit distractus regimine, multa scripsit, et edidit pia opuscula:

Regulam Ordinis Annunciatarum, impressam Lovanii apud Bernardinum Musium anno 1614. Antuerpiæ apud Balthasarem Moretum anno 1645. et alibi sæpe.

Declarationem super eandem Regulam. Antuerpiæ in Officina Plantiniana an. 1617.

Statuta generalia pro eodem Ordine. Ibidem.

Testamentum, quod sub vitæ finem scripsit hujus Instituti Sororibus. Tolosæ an. 1627.

Tractatum de triplici devotione Beatæ Joannæ Valesiæ ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ad quinque plagas Christi, ad decem Evangelicas virtutes Deiparæ Virginis. Norimbergæ an. 1513.

Tractatum in Regulam sancti Francisci de decem plagis pauperlatis; ab aliquibus dictus est *Pastor bonus.* Lindingi an. 1626.

Quæstiones super Regulam S. Francisci ad litteram, mss.

Decem Sermones morales super decem virtutes Evangelicas Diræ Virginis, mss.

Documenta varia præstantissima ad Sororum Annunciatarum institutionem, mss.

Tractatum de tribus coronis, vel de tribus Ordinibus Virginis Mariæ. Antuerpiæ apud Moretum in Officina Plantiniana an. 1645.

Magna sanctitatis opinione, et cœlestibus indiciis obiit Ruthenæ in Gallia anno 1532. die 27. Augusti.

GILBERTUS, quibusdam *Guilbertus*, aliis *Gisbertus*, de Tornaco Theologus Parisiensis, lingua patria disertus, scripsit

Rudimenta doctrinæ Christianæ lib. 3.

Sermones de diebus Dominicis, et Sanctis. Librum hunc Alexandro IV. Summo Pontifici, qui eum ad scribendum excitavit, misit, septuaginta duos continentem sermones. Primus prologus incip. *Rogatus pluries.* Secundus, *Sanctissime Pater.*

Tractatum de Officio Episcopi, deque Ecclesiæ cæremoniis. Coloniæ anno 1571. Librum hunc dedicavit Guilelmo de Bussia Episcopo Aurelianensi. Prodiit primum opera, et labore D. Theodori Coisfeldii Coloniensis Ordinis sancti Autonii, et habetur tomo 13. Biblioth. veterum Patrum editionis postremæ Coloniensis.

Sermones de statibus hominum variis. Lovanii, Lugduni, et Parisiis. Incipit, *Elegi David servum meum.*

Vitam S. Eleutherii Episcopi Tornacensis.

Sermones super Ave Maria, mss. Coloniæ apud Minores.

De Virginitate.

De verbis Domini in Cruce.

Hodoporicon primæ profectionis sancti Ludovici Galliarum Regis in Syriam, texto Henrico de Gundavo, cap. 54.

De nomine JESU.

Quodlibetum.

De voto, in viridi Valle apud Bruxellam ms.

Chronicon, ms. in Monasterio Septem Fontium juxta Bruxellam.

De reformatione pacis.

De pace, et animi tranquillitate. Prodiit in to. 15. Biblioth. vet. Patrum editionis Coloniensis.

Regulam Regum ad B. Ludovicum Galliæ Regem.

Vixit sub annum 1258. necnon sub an. 1263.

GO-

GODEFRIDUS, vide *Gualtridus*.

GOMETIUS, quem *Cometium* quidam appellant, Hispanus, scripsit

De conjunctione scientiæ, ac præsertim naturalis subjecto.

GONDISALVUS ignoti cognominis, multa collegit monumenta Ordinis Minorum, et simul edidit uno libro, quem inscripsit

Speculum Fratrum Minorum. Hispali 1531.

GONDISALVUS de VALLEBONA Gallæcus, etsi Willot, et ex eo Possevinus Lusitanum Ulyssipponensem dicant, provinciæ sancti Jacobi alumnus, et prov. Castellæ Minister, Assisii anno 1304. electus Minister generalis (*Vide Annal. anno* 1304. *et seqq.*). Egregio Ordinem rexit, et sapienter reformavit, vir solide pius, et prudens; scripsit

Tractatum de præceptis eminentibus Regulæ, et

De Æquipollentibus: habetur in Enchiridio Minorum impresso Hispali anno 1535.

Obiit Parisiis anno 1313.

GONSALVUS SAURATI transtulit

Multos libros ex Latino in linguam Armenum.

GRATIANUS BRIXIANUS sacræ Theologiæ Doctor, in Academia Patavina publicus Professor, edidit

Lecturam eruditam super librum secundum Sententiarum Scoti, quem excudi curavit Carpi an. 1506. suc. Theologiæ Magister Joannes Montesdocca Hispanus, delicavitque Alberto Pio Carpensium Principi, cui Gratianus erat valde familiaris. Incipit, *Utrum primaria.* Sed et idem Montesdocca in fine hujus voluminis promittit, se propediem daturum ejusdem Gratiani

Commentaria in tertium, et quartum Sententiarum, et

Quodlibeta.

GRATIANUS MONFORTIUS Capuccinus, primus provincialis Comitatus Burgundiæ, evulgavit

Axiomata Philosophica, quæ passim ex Aristotele circumferri, et in disputationum circulis ventilari solent, multiplici distinctionum genere, variaque eruditionis supellectile illustrata. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana apud Balthazarem Moretum, et Viduam Joannis Moreti, et Joannem Meursium an. 1626.

Librum Controversiarum filei inscriptum: *Tarantula simiæ Genuensis contra Christophorum Guenard apostatam hæreticum.* Apud sanctum Michaelem in Lotharingia per Franciscum du Bois anno 1620.

GREGORIUS ARCHANGELUS LESLÆUS Scotus. Capuccinus Theologus, scripsit

De potestate Papæ in Principes seculares, tractatus duos.

GREGORIUS GALICANUS Regul. Observ. provinciæ Mediolanensis, scripsit

Mariale seu *Apophthegmata sanctorum Patrum in omnibus Deiparæ festivitatibus.* Brixiæ apud Bartholomæum Fontanam ann. 1624. in 8. Hoc tamen opus notatum est a sacra Congregatione Indicis anno 1636. die 13. Augusti, donec corrigatur.

Quadragesimale.

Rhetoricam Ecclesiasticam.

GEORGIUS HURTADO de Mendoza Lusitanus, Reg. Observ. prov. Cataloniæ, sacræ Scripturæ interpres, edidit

Annotationum in Evangelia totius anni tam Dominicarum, quam festivitatum partem primam. Barcelonæ apud Petrum la Cavalleria anno 1638. in fol.

GREGORIUS MIRAULT edidit in lucem

Vitam B. Joannæ Reginæ Franciæ Virginis.

GREGORIUS a MONTE-CORVINO, regni Neapolitani notissimo oppido, Reg. Observ. provinciæ Principatus bis Minister, vir religiosus, doctus, et pius, scripsit

Conciones Quadragesimales 56. Neapoli typis Secundi Roncalioli anno 1618. in 4.

GREGORIUS NEAPOLITANUS Capuccinus, edidit

Enchiridion Ecclesiasticum. Venetiis apud Hieronymum Paulum anno 1583.

Expositionem in Regulam Minorum cum declarationibus Summorum Pontificum. Ibidem apud eundem an. 1589. et Romæ an. 1587. in 4.

Alterum in Regulam Clarissarum. Ibidem.

Meditationes martis ad pie moriendum. Venetiis anno 1603.

GREGORIUS PETROCHA Mantuanus, Regul. Observ. provinciæ S. Antonii, vir vere doctus, religiosæ, gravisque conversationis, qui annis multis sacram prælegit Theologiam in Urbe ad celeberrimum Araceeli Cœnobium, tandem assumptus est ad Episcopatum Albæ Pompeiæ in Subalpinis; scripsit

Theologica opuscula, quæ nondum prodierunt.

Orationem disertissimam in sacro Cardinalium Senatu ad Paulum V. de Legatione Japonica per Ludovicum Soletum ejusdem Instituti virum gravissimum, et nobilem Philippum Fauccuran equitem nomine Idatis Maximunis Vozani Regis peracta, quam Paulus de Angelis in sua de Basilica Liberiana historia vulgavit. Vide verbo *Ludovicus Soletus.*

GREGORIUS RUIZ Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Conceptionis, scripsit

Commentaria in lib. 4. *Sententiarum.* Vallisoleti 1613. et 1615.

GREGORIUS VALENTIANUS Siculus a Marsalia, Congregationis Capuccinorum, sacræ Theologiæ Professor, scripsit

Hymnodiam SS. PP. quæ a Romana Ecclesia per annum decantari solet, commentariis uberrimis explicatam, ad Gasparem de Teves et Guzman Marchionem. Venetiis apud Combium anno 1646.

GRIPHON Flander, Theologus Parisiensis, din multumque laborans in regione Palæstinæ, uti alias (*In Annal. an.* 1475. *num.* 18.) diffusius narravimus, Maronitas Montis-Libani incolas Catholicis ritibus diligenter instruxit; quo veræ pietatis officio tantam apud Callistum III. Pont. Max. obtinuit, ut regionem illarum constitutus sit Patriarcha. E multis unum, aut alterum extat illius opusculum.

Itinerarium, sive *Typographia Terræ sanctæ.* Incipit, *Jerusalem sancta Dei urbs electa.*

Opusculum de B. Mariæ laudibus.

Multa scripsit Syriace, et traduxit opuscula in eandem linguam ad Maronitarum institutionem.

Obiit anno 1475.

GUALTERUS BRUGESIS Flander, e Provinciali Turonice creatur Episcopus Pictavorum a Nicolao III., etsi invitus, vir doctus, et sanctus, jubente Alexandro IV. scripsit

Commentarios in librum Sententiarum, mss. Brugis, et Ipris apud Minores.

Quodlibeta Theologica.

Rudimenta pro Concionatoribus.

Sermones per annum, et de Beata Virgine.

Ceterum alia ejusdem opera recensentur a Bandenio in Indice lib. mss. per Belgium, videlicet

Tabula originalium nominum super universam Scripturam, ms. in Boidevensi Monasterio, et in Bibliotheca

bliotheca Toletana Minorum. Incipit, *Abel est nomen significans*. In fine codicis Toletani ita habetur: *Explicit tabula Fr. Gualterii super totam Scripturam.*

Tractatus de Paenitentia, olim Ipris apud Tertiarios, nempe et

Quaestiones disputatae.

Migravit in caelum an. 1307. die 22. Januarii. Vide Moyerum lib. 11. Annal. et Annales Minorum anno 1279. num. 13. Citatur intendum in Summa Angelica.

GUALTERUS BRINKELIUS Anglus, quem Willotus alicubi *Doctorem Bonum*, alicubi *antiquum Doctorem, et Sophistam* vocat, et duos, ut opinor, non recte facit, videlicet Brinckelum unum, alterum Walterum Brinkel; sed unum et eundem fuisse existimo. Erat autem sacrae Theologiae Doctor Oxoniensis, et ibidem inter suos in eadem facultate professor. Ejus sane scripta satis indicant, hominem fuisse acuti, et subtilis ingenii, et qui argutias Scholasticas tum in Philosophia, tum etiam in Theologia ponitiore oculo inspexerit, imo penetraverit longe acutius quam vulgus Doctorum. Nec solum ipse mysteria Theologica mentis acumine percepit, verum etiam tantam habuit in iisdem explicandis perspicuitatis gratiam, ut difficilia quaeque clare exponendo suis auditoribus redderit pleramque opinione faciliora. Scripsit autem

Super Magistrum Sententiarum libros quatuor. Incip. *Utrum per aliquam disciplinam.*

Distinctiones Scholasticas, lib. unum. Incipit, *Ad scientiam primam originem.*

Determinationes, librum unum. Incip. *An sit aliqua conclusio Theolog.*

In varia opera Aristotelis accuratos commentarios, et *alia* quaedam.

Claruit sub an. 1330.

GUALTERUS CATTONUS, sive *Gathonus*, Anglus, Coenobii Norvicensis, ob multiplicem rerum scientium, et eximias virtutes magnum sibi nomen acquisiverat. Erat enim, teste Lelando, in omni tum humana, tum etiam divina Philosophia versatissimus, Mathematicarum scientiarum non ignarus, in quibus abusus quosdam acerrime reprehendit, et Astrologiam judiciariam tanquam Deo odibilem, et inventum plane diabolicum damnavit. Porro successu temporis in tantum crevit fama virtutis, et eruditionis, ut Avenionem vocatus, Summi Pontificis Joannis XXII. Poenitentiarius fuerit constitutus. Scripsit itaquo

Super Magistrum Sententiarum libr. quatuor.

Resolutiones Quaestionum librum unum.

De paupertate Evangelica librum unum.

Contra Astrologos Judiciarios librum unum.

Obiit Avenione anno 1343. Gualterum quendam Ceptonum etiam Anglum in libros Magistri Sententiarum scripsisse affirmant Willotus, et Pitseus; sed ipse idem est, ac Cattonus. Scriptoris vitio tribuenda est diversitas.

GUALTERUS WIBURNUS Anglus, quem Leland us plusquam vulgariter laudat a librorum, quos scripsit, elegantia. Erat enim, sive carmina respicias, sive orationem solutam, disertus, et facundus, pius etiam in Deum, et Sanctos. Edidit tum heroico carmine, tum versiculis rhythmicis

De Virgine Maria carmine hexametro lib. unum.

De eadem, et ejus Filio libr. unum. Mariae quondam carmina hexametra.

Fucomium Christiparae, libr. unum.

Proprietates Terrae sanctae, lib. I. Pulsatis Fratrum.

Carminum diversi generis, lib. 1.

Claruit post an. 1307.

GUIDO BONATTUS Florentinus, ut habet Poeciantius, et ob diuturnam exilium, ae domicilium Forolivii ab illa cognominatus civitate, quem tamen Christophorus Landinus statim citmdus Forolivienses affirmat, diu operam dedit studiis Astrologicis, et judiciariis praenominationibus, in quibus tantum adeptus est cognitionem, ut Guido Montefeltrensis militari gloria tunc in Italia celeberrimus castra movere, aut quidquam operosum intentare non auderet, nisi syderali praeonnte disciplina, id prius iste Guido approbarct. Sed Montefeltrio propter multa illata Ecclesiae damna paenitentia ducto, et Ordinem Minorum, ut suo loco (*Vide Annal. Min. an.* 1296. num. 8.) narravimus ingresso, hic otium idem amplexus est Institutum. Aetate jam provecta, scripsit

Integrum librum de rebus Astrologicis; uti testatur Landinus (*Comment. in cant. Dantis de Inferno cantu* 20.)

Tractatum de projectione partima; uti auctor est Andreas Tiraquellus.

Dantes Poeta Etrnscus celeberrimus in cantico de Inferno, cantu vigesimo, non secundo, ut habet Possevinus, fingit se vidisse penas luentem Bonattum. Sed male Dantis versiculum ita citat Poeciantius:

Viddi Guido Bonatti, viddi ardeute.

Etenim sic habet Dantes:

Vedi Guido Bonatti, vedi Asdente,
Che haver atteso al chujo, e allo spago
Hora vorrebbe, ma invarno se pente.

Non enim *ardentem* in inferno dicit se vidisse Guidonem, ut verbum *ardente* significet apud Poeciantium; sed Guidoni poenas luentem jungit alterum ejusdem professionis *Asdentem Parmensem Sutorem veteramentarium*, qui nulla praeditus litteratura voluit etiam Astrologum agere judiciarinm, de quo Landinus in Commentariis ad citatum locum Dantis Poetae.

Fuerunt tamen, qui Bonattum in hoc genere praedicendi laudaverunt, maxime Hugolinus Verinus in opere metrico de *Illustratione urbis Florentiae*, in quo praecipuos illius urbis viros commemorat, ubi de Guidone ita cecinit:

Clarus et Astronomus Guido de stirpe Bonatti.

Obiit circa an. 1300.

GUIDO BRIANSONIUS vide *Gerardus Briansonius.*

GUIDO FULGINAS, reliquit

Sermones Anniversarios Festorum. Incipiunt, *Hoc opus est.*

Claruit circa an. 1300.

GUIDO de MARCHIA Picenus, quem tamen Pitseus Anglum facit, scripsit rhythmice contra obtrectatores Religionis. Opusculum praefigitur operibus sancti Bernardini, et propterea a quibusdam ei adscribitur. Incip. *O Christi Vicarie Monarcha terrarum.*

GULIELMUS ALMOINUS, edidit

Quaestiones viginti octo rerum variarum, quarum initium est, *Utrum gaudium accidentale.*

In Apocalypsin Commentarios. Incip. *Spiritu magno vidit.*

GULIELMUS ALWEVICUS Anglus, Northumb. ex oppido Alwevico olim contra Scotos munitissimo, in sacra Theologia Doctor, et Professor Oxoniensis, vir pietatis, et doctrinae titulis insignis, et tum in sacris, tum in profanis litteris optime versatus. Hunc *Almoic* cognominat Willotus. Non desunt, qui scribant, istum Alwevicum Italiam in aetate matura peragrasse, et in ea regni Neapolitani provincia, quae *Terra Laboris* dicitur, Episcopum fuisse. Scripsit

Super

Super Magistrum Sententiarum libr. quatuor.

Registrum quoddam, lib. 1. ms. Cantabr. in Collegio S. Benedicti.

In Physicam Aristotelis lib. 8.

Sophismatum Elenchos, librum unum.

In Bibliotheca Vaticana habetur ms. *Quodlibetum unum.*

Obiit Avenione circa an. 1332. Willotus usque ad annum 1360. ejus vitam produxit.

GULIELMUS AUGERUS Anglus, in Oxoniensi Academia multo tempore bonis litteris utilem operam navavit, et multum in studiis, plus in pietate profecit. Decreto suorum inde vocatus est in Comitatum Somersetensem, et apud Pontem Uzadieri, vulgo Anglice *Bridgecrafter*, Guardianus Conventui præfuitur; quam quietem nactus, cœpit iterato illa tranquille ruminare, quæ jam sæpe legerat, aut in scholis disputaverat; scripsitque, teste Lelando,

Commentarium in Evangelium sancti Lucæ.

Mortuus, et sepultus est in prædicto suo Monasterio anno 1404.

GULIELMUS BERNARDI Belga, singulari pietate, ac inculpatissimis moribus, in antiquitatibus Ecclesiasticis egregie versatus, scripsit

De sacrarum litterarum communicatione, et sensu. Parisiis 1544.

De Ritibus Catholicæ Ecclesiæ.

De Sepulturis. Parisiis anno 1547. in 8.

GULIELMUS BRITONUS antiquorum Britonum stirpe in Cumbria natus, vir pius, et bonus, a teneris annis in studiis bonarum litterarum semper educatus, evasit Poeta, Rhetor, Philosophus, denique Theologus insignis. Nam in his scientiis ita floruit, ut suo tempore paucos sibi pares habuerit, et vix quemquam superiorem. Doctissimis sui sæculi viris doctrinæ intuitu charus erat, ejusque scripta, authore adhuc vivente, non solum in Anglia, sed etiam in Gallia, et Italia multis magno erant in pretio. Quædam ejus opera tum Oxonii in Bibliotheca publica, tum in aliis privatis Angliæ, Galliæ, Italiæ reperiri adhuc dicuntur. Erat autem et in rebus sacris, et in profanis explicandis solicitus vocabulorum interpres, multum interesse dictitans, ut quis cujusque verbi proprium, et nativam significandi vim intelligat. Nam licet metaphoris, et aliis figuratis locutionibus uti possimus, tamen proprietatem sermonis ignorare nequaquam debemus. Multa igitur vocabula in sacris maxime Bibliis difficilis interpretatione charicra reddidit. Quo in genere vidisse se testatur Pitseus quoddam opus ejus ms. in pergameno in Bibliotheca Augustinianorum Prioratus Montis sancti in Lotharingia, quod opus agit quasi de etymologiis vocabulorum sacræ Scripturæ, et licet prosa scriptum sit, tamen initium, seu proœmium habet versu rhythmico hexametro. Scripsit itaque

Summam, vel expositiones vocabulorum Bibliorum. lib. 1. Incipit,

Difficiles studeo partes, quas Biblia gestat,
Pandere; sed nequeo, latebras nisi qui manifestat,
Auxiliante Deo, qui cum vult singula præstat,
Dante jucamen eo, nihil insuperabile restat,
etc.

In Prologum Bibliorum lib. 1. Incipit, *Ad evidentiam hujus opus.*

Bibliothecam sanctorum Patrum lib. 1. ms. Oxonii in Collegio Balliolensi.

Idem opus abbreviatum ms. Cantabriæ in Collegio S. Benedicti.

In divisiones Boethii lib. 1.

In dicta quædam, et alia opera Alexandri Neccam lib. 1.

Grammaticalia quædam, lib. 1.

In Isagogen Porphyrii lib. 1.

In Prædicamenta Aristotelis libros tres.

In lib. Perihermenias libros duos.

In Elenchos Aristotelis libros duos. Incipit, *De sophisticis autem elenchis.*

Quæstiones elenchorum lib. 2.

In xv Principia lib. 1.

Obiit apud Grimmesby anno 1356.

GULIELMUS BUTLERUS Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, et Professor Oxoniensis, vir doctrina, et pietate celebris, prudentia, judicio, auctoritate ita apud omnes pollens, ut a præstantissimis quibusque viris, ubi se offerret occasio, plurimum his nominibus laudetur. Illum variis encomiis afficit Lelandus. Facta, et scripta illius approbat Alexander Papa V. quem insuper præcipuum Universitatis suæ florem reputaverunt olim Oxonienses, et sui consodales idoneum, cui regimen committeretur provinciæ Anglicanæ. Ejus tempore translata fuerunt sacr. Biblia in linguam Anglicam, et promiscue in manus rusticorum, artificum, mulierculanum venerunt, ita ut jam quicumque legere potuerit, intelligere se putaret. Hinc magnus divinorum mysteriorum contemptus, hinc infiniti exorti errores, stultissimæ interpretationes, absurdæ intolerabiles, scandala gravissima. Tot, tantisque malis ut tempestive remedium adhiberetur, adscitis in partem laboris aliis doctis viris, strenue laboravit Butlerus, factumque est publicum edictum, ut omnia illa Biblia Anglice translata comburerentur, ne imperita multitudo inde per se hauriret animarum suarum venenum, unde, Pastorum suorum unctum secuta, haurire posset salutem. Combustis igitur illis libris, rationem facti Gulielmus in scriptis reddidit, emisitque in lucem eruditum opus, cui titulum præfixit:

Contra fraudulationem Anglicam lib. 1. Incipit, *Utrum sacræ Scripturæ Canon,* ms. Oxonii in Collegio Metronensi.

Super Magistrum Sententiarum lib. 4.

De Indulgentiis Pontificiis lib. 1. Articulus pro finali cessatione.

Quæstionum variarum lib. 1. et ejusmodi alia non panca.

Rhendingæ tandem inter suos mortuus, et sepultus est circa an. 1410.

GULIELMUS CATTONUS Anglus, uti suspicatur Pitseus, sacræ Theologiæ Doctor, et Professor, vir in Theologicis illis disceptationibus, quas *Scholasticas* vocant, exercitatissimus, unde et percrudite scripsit

Super Magistrum Sententiarum lib. quatuor.

Quæstionum Theologicarum lib. 1.

Vixit anno 1530.

GULIELMUS de CENTUARIA Italus, Cremonensis, insignis Theologus, publicus in Academia Ticinensi professor, ob insignes virtutes assumptus ad Episcopatum Placentinum, deinde translatus ad Papiensem (*Annal. Minor. an.* 1383. *n.* 3.), scripsit

Commentaria in 4. *libros Sententiarum;* servata mss. apud Fr. Paulum Fagranum pervenisse ad Fratrem Aurelium Novarinum Cremonensem, habent monumenta mss. provinciæ Mediolanensis.

Obiit Cremonæ apud Minores sepultus circa an. 1404.

GU-

GULIELMUS CHAURBES scripsit

Introductionem ad Logicam, etc

Declarationem in librum 1. *Sententiarum Scoti.*

GULIELMUS de CONCHIS, sive potius de Combis, de quo ita scribit Possevinus: « Hunc fuisse « Franciscani Ordinis, magis conjicio, quam scio, *tri-* « *ginta tres libros super opere sex dierum composuit*, « qui et Patrum nostrorum memoria exeusus est. To- « mum autem, quo decimus nonus liber usque ad tri- « gesimum tertium continetur, legi tantum, quoniam « alii tomi ad me non pervenerunt. Et quidem volu- « men hoc e Conobio sancti Francisci, quod est in « oppido Pera e regione Byzantii, delatum, missum « est ad me ab Illustrissimo Aquilejæ Patriarcha « Francisco Barbaro, mutilum in fine, ut quis fuerit « illius Typographus, reseiri non potuerit. At ipsum « opus e Theologis, atque Philosophis conflatum ube- « rem supellectilem habet, dignam, quæ legatur. Nam « et post creaturarum, quæ in mundo sunt, hominis- « que tractationem, tertius decimus tandem liber agit « de loris homini habitabilibus, deque temporibus sex « ætatum mundi usque ad Anti-Christum, et de imo- « vatione mundi ».

GULIELMUS EDON scripsit

Compendium Theolog. veritatis, distinctum ab illo, quod inter opera sancti Bonaventuræ circumfertur.

Adaptationem thematum prædicabilium, per totum annum ad materias Compendii Theologicæ veritatis. Extat mss. in Bibliotheca Columnensi, quæ olim fuit Cardinalis Sycteli.

GULIELMUS ESBRAM Strict. Observ. composuit

Oden in honorem sancti Ludovici Regis Franciæ, et alia varia *carmina*.

GULIELMUS de FALGARIO Tolosanus, provinciæ Aquitaniæ Minister, per obitum Bonagratiæ Ministri Generalis electus Vicarius Generalis, deinde Lector sacri Palatii, et demum Episcopus Vivarien-sis, sancto Ludovico Episcopo Tolosati perquam familiaris.

Commentarios sancti Bonaventuræ in quatuor libros Sententiarum ad epitomen reduxit.

Contra Opera Ferri Joannis Olivi scripsit diffuse.

Vixit adhuc sub anno 1290. Sæpe ejus laudat mentio tomo 2. Annalium.

GULIELMUS FARINERIUS Gallus, provinciæ Aquitaniæ, vir doctus, Tolosæ lauream doctoratus accepit anno 1344. et per promotionem Fortanerii Vasselli ad Cardinalatum factus est totius Ordin. Ministor Generalis anno 1348. deinde ab Innocentio VI. anno 1356. creatus Cardinalis presbyter tit. sanctorum Petri, et Marcellini (*Vide to.* 3. *et* 4. *Annal.*); Legatus in Hispaniam, pacificavit Reges Castellæ, et Aragoniæ. Scripsit

Commentaria in varios libros profanos, et sacros.

Sermones varios.

Libellum de mutuatitia negotiatione, rogatu Ægidii Cardinalis Albornotii, ex quo facile possit intelligi, quot ex nundinarum pretiis numui in singula centena permutationis nomine exigi, et quando possit.

Obiit anno 1361. 8. kal. Septembris, sepultus in templo Minorum Avenionensi.

GULIELMUS FOLVILLUS Anglus, Lincolniensis, sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, quem virum religiosæ vitæ, et multiplicis eruditionis titulis non lucelebrem, indicant Lelandus, et Willotus. Ægre tulerunt iis temporibus Academici Cantabrigienses, quod Fratres, præsertim Minores, in Ordinem suum passim admitterent adolescentes, imo ere pueros, feceruntque statutum, ne quis ab iis reciperetur ante annum ætatis 18.; quod decretum contra eorum privilegia factum ferre noluerunt religiosi Ordines, et Folvillus nomine suæ Religionis contra dictum statutum scripsit

Pro pueris indnendis librum unum. Hæc est sententia Fratrum Minorum.

Obiit, et sepultus est apud suos Stanfordiæ anno 1384.

GULIELMUS FORLEO Britannus, Theologus Parisiensi Convent. quem in divinis litteris eruditissimum, et in humanis egregie doctum vocat Trithemius, Parisiis insigniter enituit: discipulum habuit Stephanum Brulifernm (*In Annal. an.* 1470. *n.* 11.). Edidit

Decisiones Regulares, præsertim circa vitam, et Regulam Minorum. Parisiis apud Joan. Parvum anno 1471.

Opusculo doctissima in sacram Scripturam.

Commentarios in quartum libr. Sententiarum.

Quæstiones varias, et alia complura.

Claruit sub Paulo II., et Sixto IV.

GULIELMUS FULGINAS Umber, teste Volaterrano, in compendium redegit

Opera D. Bonaventuræ.

GULIELMUS GAINESBURGUS Anglus, sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, et in eadem Academia professor vigesimus quintus, qui ex Ordine Minorum illic Theologiam docuerut, vir pietate, prudentia, omnique melioris doctrinæ genere instructus; quibus nominibus apud Magnates, et Principes bene cognitus, et magis extitit dilectus. Hunc Eduardus Primus Angliæ Rex cum Ugone Manchestrio Ordinis sancti Dominici in legatione misit ad Philippum Francorum Regem de componendis in Aquitania rebus, ubi strenue se gessit, et negotium sibi commissum pro votis confecit, de quo vide Thomam Walsinghamum ad an. 1295. in Eduardo I. Romæ etiam sacri Palatii prælectorem fuisse testatur Thomas Ecclestonus. Propter perspicuitatem in legendo, et explicando, subtilitatem in disputando, et distinguendo, elegantium, et fervorem in concionando magnum apud omnes nomen habuit. Tandem anno Domini 1310. a Bonifacio Papa VIII. ad Episcopatum Wigorniensem evectus est. Scripsit, teste Lelando,

Sermonum ad Clerum lib. 1.

Quæstionum subtilium lib. 1.

Disceptationum lib. unum; et ejusmodi *alia* non panca. De tempore, quo floruit, extant hæc carmina:

Milleno vigni post partum Virginis anno,
Si ter centenos adjeris, atque decem.

GULIELMUS GORRIS Reg. Observ. reduxit

Opera Scoti in Compendium ad faciliorem usum, et minori pretio comparanda, inscripto libro hoc titulo: *Scotus pauperum*. Vetusta satis est impressio absque loco, aut typographi mentione in 8. majori.

GULIELMUS a GOUDA Theologus, magnæ vir religionis, et virtutis, scripsit

Expositionem mysteriorum Missæ. Daventiæ anno 1504. et Antuerpiæ in fol. apud Matthæum Goesium.

GULIELMUS HERBERTUS, *Herbettum* corrupte vocant aliqui, illustri Britonum familia in Wallia natus. Hic post imbibitas bonas artes, et religionis amorem, observantiæ Regulæ S. Francisci se obstrinxit apud Minoritas Herefordenses. Missus ad Academiam

niam Oxoniensem studiorum causa, adeo tum in sacra, tum in profana Philosophia profecit, ut in publicis disputationibus, et sacris concionibus mire floruerit et successu temporis supremam Doctoratus Theologici lauream fuerit consecutus, necnon apud suos ibidem sacræ Theologiæ Prælector quadragesimus tertius extiterit. Ita Pitseus partim ex Joanne Lelando, partim ex Thoma Ecclestono. Porro scripsit eruditos Commentarios,

In Deuteronomium lib. unum.
In Apocalypsim lib. unum.
Quodlibeta Scholastica lib. unum.

Obiit Herefordiæ anno 1333. apud suos sepultus.

GULIELMUS HOLMUS Anglus, Regul. Observ. quem a virtutis, pietatis; et bonarum litterarum studiis multum, nec immerito, commendat Lelandus, necnon Henricus Willotus; postquam publica sua studia consummasset, demum ad suum Conventum reversus, intra privatos parietes rei medicæ dedit operam, ut non solum ægris hominum animabus, sed etiam infirmis corporibus mederi salubriter posset. Neque certe sine bonis fructuumentis processit, neque infeliciter ei res successit. Peritiam, hujus artis hausit ex naturalium rerum cognitione, quam in Philosophia probe didicerat, sed, quod rei caput est, uti ex effectis colligere licet, accepérat a Deo donum curationis. Erat igitur in omni hac praxi mire felix, morbos, qui videbantur aliis incurabiles, curavit sæpissime, nullius vel viliissimi hominis refugit tenuitatem, divites, et pauperes, summos, et infimos, quæ erat ejus charitas, indifferenter admisit, pari solicitudine pro cujusque infirmitate quemque tractavit, et omnes, quos potuit, gratis curavit. His nominibus erat non solum populo, sed etiam proceribus, ipsique regni primis Principibus mire gratus, et acceptus, et ne posteros sua scientia fraudaret, sed potius et mortuus alios e mortis periculis eriperet, lisque vitam prorogaret, egregium opus sub hoc titulo eluboravit:

De simplicibus medicamentis, lib. 1. ms. Cantabrigiæ in Collegio S. Petri. De aliis ejus *operibus* nihil reperitur. Claruit sub an. 1416.

GULIELMUS HUETUS, Rodulpho *Hicetus*, quem Pitseus opinatur Anglum fuisse, et doctorem Theologum vocat Willotus, scripsit opus, quod intitulavit

Serpentem antiquum, de septem peccatis mortalibus lib. 1.

GULIELMUS LEMSTERUS, vel *Lemster* Anglus, patria Herefordensis, sac. Theologiæ Doctor Oxoniensis, vir in omni tum profana, tum sacra Philosophia insigniter eruditus, multa in utroque genere scripsisse prohibetur, quæ olim Oxoniensibus, et Londinensibus fuerunt admodum familiaria, quorum tamen postea vel ipsi tituli pleriqne interciderunt; num concinnasse dicitur

Collationes in Magistrum Sententiarum, lib. 4.
Quæstiones Theologicas, lib. unum, et alia plura his similia.

GULIELMUS LETARDUS Gallus, Reg. Observ. prov. Aquitaniæ, edidit

Formularium Confessionis, super decem præcepta Decalogi.

GULIELMUS LISSEJUS, vel *Limoriu*, aut *de Lisio*, cognominatus *Doctor eximius*: hic omnem fere ætatem, ut autor est Willotus, in oraculis Prophetarum perscrutandis, et illustrandis consumptis; nec aliud eum scripsisse invenio, nisi in Prophetas. Erat in suis scriptis multum eruditus, at parum elegans, et qui nervos rerum, neglecto fuco verborum, strenue sectabatur. Edidit postillas

In Jeremiam lib. 1. Direxit opus curium.
In ejus Threnos lib. unum. Quis dubit capiti meo.
In Baruch lib. unum. Post lamentationem et fletum.
In Oseam lib. unum. Ossa duodecim Prophetarum.
In Joelem lib. unum. S. Joel apud Hebræos.
In Amos librum unum. Amos Propheta ille est.
In Abdiam librum unum. Jacob Patriarchu sanctus.
In Jonam librum unum. Sanctum Jonam.
In Michæam lib. unum. Temporibus Joachim.
In Nahum lib. unum. Nahum Propheta ante.
In Abacuch librum unum. Quatuor Prophetæ.
In Sophoniam librum unum. Tradunt Hebræi.
In Aggæum librum unum. Jeremia Propheta.
In Zachariam lib. unum. Anno secundo Darii.
In Malachiam lib. unum. Omnis verbi Domini.
Ejus Postilla super duodecim Prophetas minores, habetur ms. Oxonii in Collegio Mertonensi.

In aliis sacræ Scripturæ libros dicunt commentarios plures scripsisse.

Claruit sub annum 1340.

GULIELMUS de MARA, sive *de Maria*, ut habet Willotus, juris insigniter peritus, ac magnus Theologus, citatus in Summa Angelica inter Theologos, et Summistas, scripsit

Summam Juris valde celebrem.
Epistolas, et Orationes, excusas Parisiis a Franciseo Regnault anno 1514.

GULIELMUS de la MARE, Trithemius, et Willotus Lamarensem cognominant, Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, et Professor Oxoniensis, vir ingenio, et eruditione celebris, et vitæ sanctimonia conspicuus, diligens D. Bonaventuræ sectator, in multis opinionibus S. Thomæ de Aquino adversabatur. Nomen suum his scriptis posteritati commendavit; scripsit enim

Super Magistrum Sententiarum libros quatuor.
Lecturas scholasticas, librum unum.
Reprehensorium D. Thomæ, librum unum, contra quod scripsit Ægidius Romanus librum, quem inscripsit, *Defensorium S. Thomæ.* Prodiit Coloniæ anno 1624.
Defensorium B. Bonaventuræ, librum unum.
Additiones in eumdem, lib. unum.
De arte musicali, librum unum.
Quodlibeta Sophistica, librum unum, et alia nonnulla.

Vixit circa annum Christi 1300. Trithemius eum circa annum 1298. scribit vixisse; sed mendum est in numeris.

GULIELMUS MARTINUS Gallus, Reg. Observ. provinciæ Aquitaniæ, Guardianus Albiensis, edidit Gallice librum egregium, inscriptum:

De signis Electorum. Parisiis anno 1612.

GULIELMUS de MILITONA, ex præcepto Alexandri IV.

Summam Theologiæ Alexandri Halensis propter illius obitum imperfectam complevit, polivit, eique ultimam manum adjecit anno 1252. et Alexandro Pontifici præsentavit. Pontifex autem a Theologis Parisiensibus opus recognosci voluit, ex quibus septuaginta duo suis syngraphis illud approbarunt, et commendarunt, et demum ipso Pontifex edito diplomate comprobavit. Item scripsit

Super Apocalypsim. Habetur ms. in Bibliotheca Conventus Asisii.

Floruit sub annum 1260.

GU-

GULIELMUS NORTONUS, aliis Mortonus, Anglus, Cœnobii Conventrien sis nimirum, vir supra vulgarem morem tum in scientiis Philosophicis, tum in Theologicis eruditus, licet pieraque ejus scripta perierint, ut author est Henricus Willotus in suis Athenis. Scripsit quoddam opus super Nicolaum de Lyra, quod hoc titulo præ notavit:

Repertorium Lyræ librum unum. Incipit, *Abacuch Propheta destructionem Chaldæorum;* ms. Oxonii in Collegio Lincolniensi. De aliis nihil habetur comperti.

Claruit anno 1403.

GULIELMUS NOTTINGHAMUS Anglus, primum Eboracensis Ecclesiæ Canonicus, et Præcentor, deinde Minorita, et Oxonii sacræ Theologiæ Doctor, atque Professor, demum Minister Provincialis. Fratrem germanum habuit Augustinum etiam ejusdem Instituti, quem postea Clemens V. Episcopum constituit Laodicensem. Guilielmus autem postquam Provincialem annis 14. egisset, officium cessit Richardo Coningtono, et in Italiam profectus est. Inde autem rediturn parans apud Genuam peste correptus ægre mortem evasit, et in patriam rediit. Vir erat vere prudens, pius, et doctus, uti de illo scribunt Stephanus Patringtonus, et Thomas Scropus in Collectaneis. Ab aliis etiam sui temporis scriptoribus laudatur in eo linguæ facundia, subtilitas ingenii, morum gravitas, in regendo authoritas, judicii maturitas, quas omnes eximia naturæ dotes ingeniis artibus, et sanctarum litterarum studiis mirifice excolnit. Unde et hos sequentes ingenii fœtus produxit. Longo ante tempore Clemens Laughtonus inchoaverat quandam quatuor Evangeliorum concordiantiam, quam hic Nottinghamus feliciter ad finem perduxit, quod opus sic præ notavit:

Concordantiam quatuor Evangeliorum, libros 12. incipit, *Da mihi intellectum, et scrutabor;* ms. Cantabrigiæ in Aula Pembrochiana.

Commentarios Evangeliorum, libros 4. Unus ex 4. habetur ms. Oxonii in Collegio Merton. Balliol. Magdol. Lincol. et Cantabr. in publ. et sancti Benedicti. Hoc opus in compendium redegit Joannes Vicecamus.

Quæstiones in Evangelia. lib. 1. Quæritur super illo dicto Christi.

Sermones super Evangelia Dominicalia totius anni secundum usum sacrum, libros duos. Cum appropinquasset; mss. Cantabrig. in Bibliotheca publica.

In omnes D. Pauli Epistolas lib. 14. Bonam inspirationem.

Super Magistrum Sententiarum lib. 4.

Quæstiones de Oratione Dominica; ms. Oxonii in Coll. Merton.

Lecturas Scripturarum, librum 1.

Quæstiones ordinarias. lib. 1. ms. Cantabrig. in Aula Pembroch.

Distinctiones Theologicas, lib. 1. Accidit adversatur hominis.

Pro lege Christianorum lib. 1. Num quid Deus possit revelare.

De obedientia lib. 1.

Regulam vivendi, librum 1. ms. Oxonii in Collieg. Mertonensi.

Contra errores Pelagii lib. 1. ms. ibid.

Suarum replicationum lib. 1.

Leicestriæ fatis concessit, et sepulturam accepit apud suos confratres anno 1336. tertio nonas Octobris.

GULIELMUS OCCHAMUS Anglus, etsi aliqui (*Volaterr. lib.* 3. *Geograph.*) Hibernum velint, Scoti discipulus, et postea acerrimus impugnator, scholam inchoavit, vel maxime stabilivit Nominalium. Vir quidem ueris ingenii, sed minime sobrii, plus enim volebat sapere quam oportebat, nec timuit in cœlum os suum ponere, et sacram deprimere Pontificiam nimiumque extollere Imperatoriam dignitatem. Insigniens zelo, et nimis ardenti defendere volens Franciscanæ paupertatis excellentiam, timens incidere in manus Joannis XXII. Minorum sententiæ valde contrarii, fugit cum Michaele Cæsenate ad Ludovicum Bavarum, qui tunc Cæsarem agebat, scripsitque intemperanter nimis contra Joannem Ludovici adversarium plurima opuscula, quorum aliqua proscripta sunt, et alia caute sunt legenda. Hominis turbas, et contumaciam per annorum, et factorum seriem tertio Annalium tomo descripsimus. Si fœdam hanc maciam non incurrisset, insigni inter Theologos nomine audiret, eamque nihilominus retinuit famam, ut *Venerabilis inceptor, et singularis Doctor* communiter appelletur, cinsque nomen uri incisum conspicinatur in circuitu tumbæ Joannis Scoti Coloniæ Agrippinæ. Partim de Theologicis, partim de rebus Philosophicis doctissime scripsit, et copiosissime.

Super Magistrum Sententiarum lib. 4. Circa prologum quæro, utrum; mss. Oxonii in Collegio Balliol. et Merton. Cantabrig. in Archivis Collegii Caii. Extant Lugduni an. 1495. Habetur in Bibliotheca Vaticana ms. *Super* 3. *Sententiarum.*

Compendium Theologiæ lib. 1.

De Sacramento Altaris librum 1. Stupenda superna munera. Venetiis anno 1516.

De Corpore Christi librum 1. ms. Oxonii in Collieg. Mert. Argentorati anno 1491.

Concionum variarum lib. 1.

De prædestinatione Sanctorum lib. 1.

De paupertate Christi lib. 1.

De paupertate Apostolorum lib. 1.

Apologiam quandam, lib. 1.

Centiloquium Theologicum, id est *centum conclusionum librum* 1. Anima nobis lunata. Extat Lugduni impressum anno 1495. ubi etiam variis ejus opuscula prodierunt.

De potestate Pontificum, et Imperatorum librum 1. Extat ibidem eodem anno 1495.

Defensorium suum, librum 1. Omni quinpe regno desiderabilis; ms. Oxonii in Collieg. Mag.

Errorum, quos affinxit Papæ Joanni, librum 1. Locuti universum me lingua. Prohibetur in Indice Romano.

Compendium eorum errorum, librum 1. Etiam prohibetur.

Dialogum militis, et Clerici. Miror, optime miles in paucis. Prohibetur.

De fautoribus hæreticorum lib. 7. In omnibus rebus curiosis.

De actibus Hieravchicis lib. 1.

Epitomen quandam, lib. 1.

Opus nonaginta dierum, lib. 1. Prohibetur.

De præceptore, et discipulo librum 1.

De invisibilibus lib. 1.

De scientiarum ingressu lib. 1.

Quodlibeta magna, lib. 1. mss. in Bibliotheca Vaticana.

Quodlibeta septem, lib. 1. Argent. extant nuno 1491. et Parisiis 1487.

Super Porphyrium lib. 1. Quoniam omne operans.

Sum mam

Summam Logices ad Adamum, lib. 1. Omnes Logicæ tractatores. Prodiit Venetiis apud Lazarum de Soardis anno 1591. in 4.

Majorem Summam Logices, lib. 4. Dudum explet. lectionibus; ms. in Bibliotheca Vaticana, et Cantabr. in Colleg. sanctorum Petri, et Caii. Extat Venetiis an. 1522.

Defensorium logices, lib. 1. Dominus potest facere.

De decem generibus, lib. 1.

In prædicamenta Aristotelis lib. 3. Completa expositione libri Porphyrii.

In lib. Perihermenias lib. 2. Postquam Philosophus.

Super Elenchos libros 2.

Dialecticam novam, lib. 1. Contradictio in Deo non est.

Quæstiones in libros Physicorum, libros 8. Utrum privatio sit aliqua res; ms. in Bibliotheca Vaticana, Oxonii in Collegio Mertonen. Prodiit Argentinæ anno 1491. et an. 1508.

Bonaventura Teulus Velitrnus Ord. Min. Convent. sub nomine Occhani edidit nuper Philosophiam naturalem, seu Commentarios in libros Physicorum. Sed ab his, quos retulimus, valde discrepant; non enim procedunt per 8. librorum numerum, sed dividitur opus per quatuor partes, et subalterna capitula, neque initium convenit cum illo, quod citatur in principio alterius libri; hi enim Commentarii incipiunt, *Studiosissime, utpiamque rogatus.* Portassis bis scripsit in libros Physicorum. Prodiit hic liber Romæ apud Robletum anno 1637.

Quæstiones de Anima lib. 1.

De quatuor causis lib. 1.

De forma prima lib. 1.

De forma artificiali lib. 1.

De pluralitate formæ contra Suttonum lib. 1.

De materia prima lib. 1.

De privatione lib. 1.

De subitanea mutatione lib. 1.

Quæstiones posteriorum lib. 2.

Commentarios in Metaphysicam lib, 1. ms. Cantabrig. in Coll. SS. Petri, et Caii.

In omnia opera Aristotelis Commentariorum libros plures.

De perfectione specierum. Quia Magister.

Circa tempus, et locum, quibus decessit, diffuse scripsimus in Annalib. Minorum (*tomo 3. anno* 1347. *num.* 19. *et sequentib.*), ubi et hominem in multis exeusavimus, et a pluribus adversariorum defendimus calumniis.

GULIELMUS de OONA Anglus, *Doctor fundatus,* scripsit

In 4. *Sentent. libros.*

Quæstiones ordinarias.

In omnes libros Aristotelis.

GULIELMUS PLATUS Convent. Italus ex ducatu Urbini, Moulainensis, ab Hieronymo Philinio in suo virorum litteratorum Theatro celebratus, edidit Italice

Septem Orbis miracula pro gloriis Matris Dei. Venet. an. 1657. in 12.

Sacrum Gemmarium. Ibidem 1645. in 4.

Quadragesimale.

GULIELMUS de RUBIONE Aragonius, Villafrancanus, provinciæ Aragoniæ Minister, scripsit

In quatuor libros Sententiarum Commentarios. Prodierunt Parisiis tom. 2. in fol. apud. Jodocum Ascensium anno 1517. et 1518. Vixit. an. 1333.

GULIELMUS RUYSBROKIUS Brabantus, historicus, scripsit hactenus inedita

Itinerarium Orientis.

De gestis Tartarorum.

Pitseus Anglum facit, et chruisse asserit an. 1293.

GULIELMUS de SOLANGA, agri Patavini, edidit

Peregrinationem B. Oderici Naronensis.

GULIELMUS SPOELBERGIUS Bruxellensis, provinciæ Germaniæ inferioris Definitor, et Custos, aliquoties in diversis locis Guardianus, aliarum provinciarum non semel Commissarius Visitator, vir insigniter eruditus, scripsit

Manuale Fratrum Minorum, ex variis Patrum Ordinis monumentis collectum. Antuerp. apud. Gerardum Wolscatium anno 1618.

Cantiones spirituales, et quidem gratissimas sexies, vel septies excusas.

Exercitia super mysteriis, et cæremoniis sacrificii Missæ, Belgice, ut etiam sequentia:

Speculum conscientiæ.

Meditationes de bonitate Dei.

Meditationes supra XL. *opera B. Virginis Mariæ.*

Catholicam instructionem contra Catechismum Philippi Marnirii Domini de S. Aldegonda Antuerpiensium olim Consulis.

Librum concionum spiritualium; sextum recusum.

Enchiridion Fratrum, et Sororum Tertii Ordinis S. Francisci, ex Hispanica lingua transtulit in Belgicum.

Catalogum magnum Sanctorum, ac Sanctarum trium Ordinum a S. Francisco institutorum. Antuerpiæ apud Wolscatium.

Historiam Martyrum Gorcomiensium, a Guilielmo Estio Latine conscriptam transtulit in vernaculum Teutonicum. Item

Psalterium B. Mariæ a S. Bonaventura compositum.

Thesaurum Liburiorum.

Regulam, declarationes, et Statuta Ordinis Sororum B. Mariæ de Annunciatione ex Gallico in vernaculum transtulit.

Concionum moralium partem hiemalem, et æstivam, Latine Antuerpiæ typis Wolschatii anno. 1624. et 1625. in 4. Quibus in secunda editione anno 1632. Antuerpiæ apud Guilielmum Lesteens, et in tertia apud eundem magna facta est accessio multarum concionum tam pro Dominicis, quam pro festis Sanctorum.

Speculum vitæ B. Francisci, et sociorum ejus in duas partes divisum, in quo ad multorum ædificationem notabilia quædam de ipso Sancto, ac sociis iisdem describuntur, quæ in legendis prætermissa fuere, omnibus religiosæ perfectionis studiosis commodissimum, a mendis expurgatum, in meliorem ordinem, ac stylum redactum, et notis brevibus illustratum. Antuerpiæ primum apud Belleros, deinde apud Gerardum Wolschatium anno 1620. in 8.

Obiit Mechliniæ anno 1633. kalendis Junii.

GULIELMUS STANNIE Anglus, Missionarius, et primus a dissolutione provinciæ Anglicanæ Commissarius. vir pius et probus, edidit idiomate Anglicano tractatum

De penitentia in gratiam eorum, qui Tertii Ordinis S. Francisci Regulam in sæculo profitentur. Mechliniæ anno 1607.

GULIELMUS de Tortona scripsit

Commentaria super Logicam: habentur ms. in Biblioth. Convent. Asisii.

GU-

GULIELMUS VARRO, quem alii *Guarronis*, alii *de Waria*; Willotus *de Oona*, ab oppido, inquit Pit. seus, in quo natus, quod Londino viginti plus minus milliaribus distare ferunt, cognominant, sacræ Theologiæ Doctor, et Professor primum Oxoniensis, deinde Parisiensis, insignis procreavit discipulos, atque inter hos Scotum Doctorem subtilem; nam inter quindecim illos Doctores, quorum nomina, et cognomina in circuitu sepulchri Joannis Scoti in ære incisa sunt in antiquiore Conventu Franciscanorum Coloniæ Agrippinæ, sic scriptum est: *Magister Gulielmus Varro præceptor Scoti.* Erat autem in Aristotelica, et multo magis in Christiana Philosophia longo studio, et assidua exercitatione doctissimus, et propter eruditionis solidit atem *fundatus Doctor* cognominatus. Hunc Joannes Picus Mirandulanus in Heptaplo suo mirifice commendat, et laudat, licet perperam *Joannem* nominet. Scripsit

In Magistrum Sententiarum libros quatuor. Quoniam, teste beato Augustino.

Lecturas Theologicas, librum unum.

Quodlibeticas quæstiones, librum unum.

Quæstiones ordinarias, librum unum.

Commentariorum in Aristotelem libros plures.

Claruit anno 1270.

GULIELMUS VORILONGUS Gallus, Conventus Dinani alumnus, ea doctrinæ fuit opinione, ut cum gravissima, et ferventissima illa urgeretur controversia *de Sanguine Christi* inter Minores, et Prædicatores, evocatus fuerit e Gallia, ut in Pii II. conspectu disputaret. Scripsit

In quatuor libros Sententiarum, juxta doctrinam S. Bonaventuræ, et Scoti. Lugduni anno 1484. Parisiis anno 1503. Venetiis per Lazarum de Soardis anno 1519.

Repertorium propositionum, quæ sunt contra Scotum, quod inscripsit, *Vade mecum*, sive *Collectaneum quæstionum quatuor librorum Sententiarum*. Prodiit Argentinæ anno 1501.

Obiit Romæ anno 1464. sepultus ad Aracœli.

GULIELMUS WODFORDUS, aliis *Wodefordensis*, aliis *Waderfordensis*, Anglus, sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, vir pietate, et doctrina celeberis, unitatis Catholicæ amantissimus, sectarum, errorum, hæresum hostis infensissimus. Hunc Thomas Waldensis in libro de Sacramentis cap. 50. suum vocat Magistrum. Joannes autem Lelandus testatur, eum tam strenuam operam rebus tum Philosophicis, tum Theologicis dedisse, ut merito inter litteratissimos referri possit. ne debeat; utiturque ad suam sententiam confirmandam hoc argumento, quod eum jam pestilens Wicleffi doctrina late serpsisset, et in animis multorum tam altas radices egisset, ut ad eam extirpandam opus esse videretur Concilio, Concilium Londini convocatum fuit, ubi condemnata solemniter Wicleffi hæresi, communi suffragio tanquam omnium doctissimus electus est Wodfordus, qui Wicleffi Trialogum præcipuos ejus errores continentem solidis rationibus, et nervosis argumentis confutaret. Quare ad opus se accinxit, et non solum contra Wicleffi Trialogum, verum etiam contra alia ejus opera, ejusque sectatores doctissime plures libros conscripsit. Plerosque horum vel Thomæ Arundelio Cantuariensi Archiepiscopo, vel Joanni Trevonanto Episcopo Herefordensi nuncupavit, tum ut ipse eorum authoritate fretus adversarios fidei magis confunderet, tum etiam ut tantos Ecclesiæ Præsules scriptis suis adversus hæreticos animaret, et hæresi reduceret infensiores. Scripsit autem, teste Willoto, et aliis,

Super Ecclesiasten librum unum. Verba Ecclesiastis.

In quardam Ezechielis loca lib. 1. Porta hæc clausa erit.

Pro intruitu Bibliorum lib. 1. Scripsit omnia hæc in uno volumine.

Postillam in Evangelium Matthæi, lib. 1. Sume tibi librum grandem.

Super S. Lucam lib. 1. Propter triplicem rationem.

In S. Paulum ad Romanos lib. 1. Fons hortorum putens.

Sermones diversos lib. 1. Quærebant eum.

Determinationem contra Trialogum Wicleffi lib. 1. Venerabili in Christo Patri ac Domino. Habetur ms. Oxonii in publ. et in Collegio Mertonensi, et Novo. Aliud ego habeo exemplar vetusto exaratum characetere.

Tractatum doctum, et varium, in quo examinat, *an melius sit, unum Religionem vivere in deserto solitarie, quam conventualiter sub obedientia humani Præpositi in congregatione;* in quo multa disputat contra Wicleffum. Incipit, *Dubium in materia de Religione.* Opuseulum habeo in nostro Archivio ms.

Contra dialogos Wicleffi lib. 1.

Contra eundem de Religione lib. 1. Utrum motiva ponentis.

Contra ejus 18. *articulos lib.* 1. Reverendissime Pater. Coloniæ 1535.

Iterum contra Wicleffitas lib. 1.

De decimis, et oblationibus contra Gualterum Brittum lib. 1.

Contra hæreses tempore Richardi II. exortas lib. 1.

De conformitate ad Christum lib. 1.

Pro damnando Wicleffo lib. 1.

Super causis condemnationis articulorum ejus lib. 1. ms. Oxonii in Collegio Merton.

Contra articulos ejus jam damnatos lib. 1. ms. Oxonii in Collegio Novo, et in Biblioth. Lumbei.

Quæstionum septuaginta duarum de Eucharistia lib. 1. ms. Oxonii in Collegio Oxoniensi.

Pro possessionibus Cleri lib. 1.

De civili dominio lib. 3. In hoc netu, et in hac.

De Sacerdotio novi Testamenti lib. 1. Utrum Sacerdotium novi.

De dignitate Sacerdotii lib. 1. Dubitatur quando.

Mendicitatis defensorium contra Armachanum, librum 1. Postquam dominus Armachanus; ms. Oxonii in Collegio Magdalenensi.

Extractionem errorum ejusdem, librum 1. Quo ad errores contentos in prædic. Oxonii in Collegio novo.

In Physicam Aristotelis lib. 8. Quæritur, venerande Dux, circa. Et *alia.*

Claudiocestriæ devessit, et sepulturam accepit anno 1397. Vide quæ ilixinus de Gulielmo hoc tomo 1. Annal. anno 1240. num. 23. et tomo 4. an. 1395. num. 2.

GUMMARUS a QUERCU Belga, provinciæ Germaniæ inferioris, edidit

Regulam Ordinis B. Mariæ Virginis Annunciatæ.

Elogium B. Joannæ Valesiæ Ordinis dicti fundatricis.

Privilegia Pontificia eidem Ordini concessa. Antuerpiæ ex officina Plantiniana anno 1644.

Obiit Antuerpiæ anno 1641.

GUTTIERRUS a TREJO Placentinus, Hispanus, Reg. Observ. provinciæ primum S. Jacobi, deinde S. Michaelis, quando hæc ab illa divisa est; Guardianus

nus Turris Juliæ, vulgo *Trurillo*, vir Græce, Hebraice, Latine doctus, in sacra Scriptura, in sanctis Patribus, et profanis autoribus versatissimus; scripsit doctissime

In quatuor Evangelia Commentaria; quæ prodierunt Hispali ann. 1554. apud Petrum Laxam. in fol.

In omnes Pauli Epistolas Incalentissimam explicationem, quam præmisit titulo *Paradisi delicarum*, et dedicavit Joanni Telles Gironio Comiti de Urvenna, ab Alphonso Manrique Cardinale Archiepiscopo Hispalensi summopere commendatam. Prodiit Compluti apud Joannem Brocearium anno 1538. in folio.

H

HANNIBAL ROSSELIUS Cuiaber, sed provincie sancti Francisci in Umbria, Regul. Observ. postquam Lutetiæ Parisiorum, et Lovanii solida studiorum jecit fundamenta, in Anglium trajecit, deinde primum Tuderti in Tuscia ad Montis sancti, nox Cracoviæ in Polonia ad S. Bernardini Cœnobia sacram Theologiam professus est. Vir quidem doctus, varieque eruditionis, apud nobiles Polonos, et illius regni Antistites non inmerito in pretio habitus. Post annos triginta octo in multis Academiis, et sub variis disciplinis consumptos tandem circa annum ætatis sexagesimum animum applicuit ad scribendum. Scripsit autem, et quidem docte,

De septem Sacramentis. Posnaniæ apud Joan. Volrabum an. 1590.

In Pymandrum, et Asclepium Hermetis Mercurii Trismegisti commentaria tomis sex distincta, opus certe grave, et omni eruditione refertum; cui accessit Trismegisti taxtus Græcissimus industria Francisci Flusatis Candidiæ. Ante alios tomos prodiit Cracoviæ hortatu, et impensis Stanislai Karnkonski Archiepiscopi Gnesnensis tomus quartus, deinde primus, et alii subsequentes auxilio, et industria Erasmi Peuicii Ministri provinciæ Poloniæ eadem in Urbe anno 1585. Mox omnes prodierunt ibidem uberiores; et demum Coloniæ Agrippinæ ex Officina Choliuiana, sumptibus Petri Cholini anno 1630. Singuli autem hi Commentariorum tomi multis constant tractatibus, quorum hic Indicem exhibemus.

PRIMUS TOMUS, QUEM DEDICAVIT FRANCISCO GONZAGÆ MINISTRO GENERALI TOTIUS ORDINIS MINORUM, CONTINET HOS TRACTATUS.

De mundi creatione, atque principio.
De elementorum origine, ordine, numero, et qualitatibus.
De cognoscendo Deo, sive quomodo cognoscitur Deus.
De mente Dei, sive de mente, quæ est ipse Deus.
Deum esse, quomodo cognoscitur.
Deum esse unum, et non plures, ostenditur.
De divinitate Filii Dei, quod sit verus Deus, ex Scripturis multis argumentis ostenditur.
De Filio Dei secundum Philosophos, quod sit Deus.
De Filio Dei secundum Theologos latissime.
Verbum Dei est actualis notitia ex memoria Patris genita.
Verbum Dei, sive Filius Dei ex Patris substantia gignitur.
Verbi Divini generatio est æterna.
Verbum Dei est imago Dei intrinsibilis.
De Patre, sive persona Patris in divinis.
Pater genuit Filium natura, atque necessitate immutabili.
Pater est solus ingenitus in divinis.
Nomina Dei, quæ sint, et quot.
De divinarum Personarum æqualitate.
De simplicitate Dei.
De immutabilitate Dei.
De attributis Dei.
De esse, et essentia Dei.
De subsistentia Dei.
De persona in divinis, quid significet?
De persona, et relatione.
De distinctione personarum.
Quod sit vita essentialiter.
De ideis abunde.
De intelligere Dei.
Deum esse infinitum.
De Religione Christiana.
De summo bono.
De fruitione.
De Dei voluntate.
Unum esse, et non duo principia mundi.

SECUNDUS TOMUS DICATUS FERDINANDO MEDICES CARDINALI ORDINIS MINORUM PROTECTORI CONTINET HOS TRACTATUS.

De numero ternario.
De productionibus divinis.
De Spiritu spirante.
De Spiritu sancto secundum Scripturas.
De Spiritu sancto secundum Theologos.
De relationibus in communi.
De actione, et passione.
De relationibus divinis.
De Angelis bonis secundum Philosophos.
De Angelis bonis secundum Scripturas, et Theologos.
De Angelorum creatione, et bello.
De creare, et creatione, an soli Deo competat.
De creatura, an fuerit ab æterno.
De creaturarum productione.
De individuationis principio.
De materia, an sit pura quidditatis.
De intelligentia, an sit forma orbis.
De cælo, an sit corpus animatum.
De dæmonibus secundum Philosophos.
De idolis, et dæmonum magia.
De Luciferi effigie secundum Scripturas.
De Luciferi superbia, bello, et ruina.
De dæmonum ordinibus.
De providentia Dei.

TOMUS TERTIUS NUNCUPATUS FRANCISCO MEDICES MAGNO ETRURIÆ DUCI CONTINET TRACTATUS SEQUENTES.

De homine.
De mundi senectute.
De resurrectione mortuorum.
De inferno.
De morte.
De luce, et vita.
De animæ purgatione.
De essentia Dei.
De motu.
De anima mundi.

De

De forma.
De ente.
De intellectu.
De universali.
De passionibus entis.
De uno, et ente.
De bono.
De vero.
De genere.
De differentia.
De specie.
De proprio.
De accidente.
De actu.
De potentia.
De possibili.
De vacuo.
De loco.
De chao.
De Deo quid sit, et qualis?
De nominibus Dei.
De natura.
De materia.
De privatione.
De necessario.
De causalitate finali.
De numero causarum.

TOMUS QUARTUS DEDICATUS SUPRADICTO STANISLAO ARCHIEPISCOPO GNESNENSI HABET TRACTATUS.

De prima illa rudi, informique mundi congerie
De lumine.
De infinito.
De cælo.
De dominio stellarum.
De fortuna.
De fato.
De providentia.
De scientia Dei.
De dominatione Dei.
De regno Dei.
De prædestinatione.
De amore Dei.
De misericordia Dei.
De libro vitæ.
De justificatione impii.
De zodiaco.
De tempore.
De resurrectione.

TOMUS QUINTUS DEDICATUS STEPHANO I. REGI POLONIÆ HOS HABET TRACTATUS.

De mundi creatione.
De operibus sex dierum.
De hominis excellentia.
De Ecclesiæ unitate.
De Ecclesiæ capite uno.
De Ecclesia visibili.
De Ecclesiæ authoritate.
De Ecclesiæ continuata successione.
De Ecclesiæ Romanæ Pontificibus.
De Ecclesiæ consiliis.
De Ecclesiæ adversariis.
De libidinis malo.
De laude virtutis.
De odio, quam magnum malum sit.
De voluptatis malo.
De mali origine.
De primo, et summo bono.
De consuetudinis potentia.
De unitate Dei.
De magnete amoris Dei.
De cognoscendo Deo.
De doctrina supernaturali.
De sanctæ Scripturæ dignitate.
De Deo, quod sit vita.
De subjecto Theologiæ.
De Theologia, an sit scientia.
De orationis conditionibus.
De orationis studio, et virtute.
De fluxu maris.
De oceani motu.
De mari mystico.
De ordinis pulchritudine.
De terræ rotunditate.
De descriptione totius orbis.
De Imperatoribus, et Regibus omnium pene gentium.
De moribus multorum populorum.
De regnorum, et Regum mutatione.
De multarum civitatum legibus, et ordinibus præsertim urbis Romæ.
De inanitis omnium gentium.
De inanibus noviter repertis.
De ignis elemento.
De elementorum numero, et qualitatibus.
De aeris natura, et dispositione.
De cometis, rore, et pruina.
De nubibus, pluvia, et nive.
De grandine, corruscatione, et tonitru.
De fulmine, iride, et ventis.
De terræmotu, et ejus portentis.
De celeritate ignis.
De estu, et exhalatione.
De corpore humano.
De omnibus partibus corporis humani intrinsecis, et extrinsecis.
De divinis laudibus.
De Deo, quod sit anima.
De Deo, quod sit bonus, et actus infinitus.
De summo malo, et ejus origine.
De bono, et pulchro.
De Dei pulchritudine.
De pietate, et ejus victute.
De ignorantiæ malo.
De Deo, quod sit fons vitæ.
De obrietatis malitia, et turpitudine.
De videndo Deo.
De actibus, et jumentorum natura.

TOMUS SEXTUS NUNCUPATUS JOANNI DEMETRIO SOLIKOWSKI ARCHIEPISCOPO LEOPOLIENSI CONTINET.

De animæ humanæ immortalitate distincte et copiose.
De animæ creatione, et admiranda hominum natura.
De anima, quod non sit producta ex semine.
De anima, quod non sit ex tradvce.
De ratione seminali.
De anima, quod non sit pars Dei.
De animæ unitate.
De triplici anima.
De animæ mundi.
De anima, an sit composita.
De animæ gradibus.

De

De anima, quod non sit corpus, sive corporea.
De anima, quod sit substantia.
De substantia.
Si una anima est altera perfectior?
De anima, quod sit actus.
De anima, quod sit principium intelligendi, sentiendi, movendi secundum locum, atque vegetandi.
De anima, quod sit forma.
De anima, quod sit numerus.
De anima, an sit ex elementis.
De prædicamento substantiæ.
De predicamento quantitatis.
De prædicamento relationis.
De prædicamento qualitatis.
De aequivocis, et univocis.
De entis divisionibus.
De anima, quod sit imago Dei.
De animæ laudibus.
De animæ potentiis.
De animæ apice, et centro.
De intellectu humano secundum varios authores.
De ratione superiori, et inferiori.
De intellectu passivo.
De intellectu, quod sit [animæ substantia, et eius in actu.
De intellectu materiali.
De intellectu in actu, et in habitu.
De intellectu adepto.
De intellectu speculativo, et practico.
De intellectu, quomodo intelligit substantias separatas?
De ratione hominis.
De intelligere, sive intelligentia nostra.
De intellectu, quomodo intelligit Deum, Angelos, et seipsum?
De formis inditis intellectui humano.
De specie intelligibili.
De intelligere, quod sit agere, et quomodo fiat.
De intellectu, quod componit, et dividit, et intelligit indivisibile.
De intellectu agente, quod sit pars animæ.
Intellectus agens, et possibilis non sunt duo, sed unus intellectus.
De intellectus objecto.
De intellectu, quod intelligit singularia.
De intellectu humano, quod non cognoscit futura.
De anima separata, quemodo cognoscit.
De resuscitacentia post mortem.
Quod mortui non cognoscant res vivorum. Scripsit insuper

Duo magna volumina *Concionum, et homiliarum in Evangelia;* quæ adhuc non prodierunt.

Pervenit ad annum 1600. Approbavit in Conventu Aræceli anno 1581. Enchiridion divinæ, scholasticæque Theologiæ Angeli del Pas, Gennæ impressum anno 1582. uti videtur in operis postrema pagella.

HAYMO de FEVERSHAM, Anglus, a loco natalitio in regione Cantinna ita cognominatus, postquam in Anglia politiorem doctrinam, et liberales artes utrumque perenrrisset, Parisios ad majora studia se contulit, ubi emenso Philosophiæ, et Theologiæ curriculo, tandem Parisiis, ut scribit Lelandus, Institutum subivit Minorum. Paulo post Theologiæ professor Institutus, in sacrarum litterarum, et pietatis studio ita profecit, ut ob virtutum merita *Speculum honestatis* nuncuparetur. In patriam reversus, electus est sui Ordinis Minister Provincialis. Hinc Bononiam, deinde Patavium, demum Romam vocatus, an. 1239. in Comitiis generalibus, quibus præfuit Gregorius Nonus, creatus est Minister Generalis, postquam prius Apocrisarii Apostolici munus apud Imperatorem Græcorum Constantinopoli subierat. Summam illam in Religione potestatem ita per quinquennium gessit, ut non tam officii imperaret majestate, quam virtutum præhenceret exemplo, tantamque deinceps apud omnes famam consecutus est, ut doctrina, prudentia, et singulari in rebus gerendis dexteritate cum præcipuis filius ætatis hominibus non immerito conferretur; unde et idem Papa in ardnis Ecclesiæ negotiis ejus sit usus industria (*Annal. Min. an.* 1233. *n.* 8. 1239. *n.* 8. 1242. *n.* 1. 1244. *n.* 1.). Inter alia, quæ in suo Generalatu laude digna gessit plurima, effecit, ut a quatuor præcipuis totius Ord. Doctoribus Regula D. Francisci accuratissime explicaretur. Præterea hic unus ex illis erat, qui jussu Gregorii Noni, non Alexandri Quarti, ut habet Pitsens (de quo vide Annales Minorum anno 1244. n. 2.), Breviarium Romanum correxerunt, in eam pene, qua nunc est, formam reduxerunt, et illis rubricis, quas (nactas tamen) adhuc in usu habemus, illustrarunt. Scripsit

De Missæ cæremoniis lib. 1. Indutus planeta Sacerdos.

Super Magistrum Sententiarum, lib. 4.

Sermonum per annum lib. 1. et *alia* nonnulla.

Anagniæ tandem in Italia mortuus, et sepultus est an. 1244. Ibi hoc legitur epitaphium.

Hic jacet Anglorum summum decus, Haymo Minorum
Vivendo frater, hosque regendo Pater.
Eximius Lector, Generalis in Ordine Rector.

HELIAS, vide Elias.

HELMANUS TEUTONICUS de NECHEMBURG, scripsit

Sermones de Tempore.

HENRICUS BOYCH Merseburgensis, Professor olim Magdeburgensis, scripsit

Summam Decretalium in quinque libros distinctam juxta quinque distinctiones Decretalium.

HENRICUS BUSCHEY e Bastonia provinciæ Luxemburgensis oppido, Ecclesiastes non solum disertus, verum etiam eloquens, edidit vernacule

Dialogum de sacra Incarnati Verbi œconomia typis Plantinianis anno 1587.

Precationes ad sanctissimam Trinitatem, et Virginem Mariam.

Antuerpiæ migravit ex humanis anno salutis 1600.

HENRICUS CALETENSIS Capucinus, composuit

Vitam Honorati de Champinis provinciæ Parisiensis plurimorum annorum Provincialis, et Ordinis Capucinorum Definitoris generalis, signis, et virtutibus illustris in Conventu Calvomontensi; ubi obiit an. 1625. Parisiis.

HENRICUS de CARETO Lucanus Episcopus, scripsit

Super visionem rotarum Ezechielis Prophetæ volumen mediocre. Inhetur in membranis exaratum, et figuris perpulchris ornatum, nulla sui parte vitiarum Tolosæ in Bibliotheca Collegii Fuxensis scriptum an. 1316.

HENRICUS CASTELA Tolosanus, Reg. Observ. provinciæ Aquitaniæ, scripsit Gallice

Iter sanctum Jerosolymitanum, quod ipse susceplt anno Jubilei 1600. Burdigalæ primo editum apud Arnaldum du Brivel an. 1601. Secundo Parisiis apud Laurentium Sonnium anno 1603.

Librum

Librum alterum de hoc argumento, quem inscripsit: *La guide, et addresse pour ceux, qui veulent faire le voyage de Jerusalem*, idest, *Certa, et verissima directio pro his, qui sanctam Jerosolymitanam peregrinationem aggrediuntur*. Parisiis apud eundem Sounium an. 1604.

Librum 3. qui præmotatur: *Septem amoris flammæ super septem verba Christi in Cruce pendentis*. Ibidem apud eundem anno 1605.

HENRICUS COSSEJUS, vel *Costeajus*, Anglus, Oxoniensis Cœnobi alumnus, Philosophus, teste Lelando, cum primis sui temporis merito conferendus, doctor etiam, atque professor sacræ Theologiæ, vir acuti, et fervidi ingenii, quique mira industria sacrarum Scripturarum arcanos scrutatus est sensus, multos abstrusos mysteriorum recessus incredibili facilitate penetravit, et perspicuis Commentariis illustravit. Nec contemplanti, sacrasque Scripturas meditanti unquam defuit quod diceret, aut scriberet, adeo ut in Apocalypsim S. Joannis triplices ediderit Commentarios. Hos autem sequentes operum titulos invenimus:

Multorum textuum sacræ Scripturæ explanationes, librum 1.

Expositionem in Psalterium, lib. 1. Aperium in Psalterio.

Lecturam in Apocalypsim, lib. 1. Quod vides, scribe.

Commentarios majores in eandem, librum 1. Ecce descripsi eam tibi tripliciter; ergo fecit adhuc *aliam* ejusdem *explanationem*; ex quibus saltem una expositio ms. luveuitur Cantabrigiæ in aula Pembroch.

Concionum librum 1.

Mortuus, et sepultus est apud Balwellum prope Buriam in Suffolcia anno gratiæ 1336.

HENRICUS CREMONENSIS, redegit in Epitomen

Quatuor libros Sententiarum, et

Libros naturales Aristotelis juxta principia Scoti.

HENRICUS HARVILLÆUS a Grangia Palatiola, Marchio olim de Palaisseau, inter Capuccinos vir religiosissimus, Parisiensis provinciæ sapius Definitor, et Guardianus, edidit Latine

Isagogen Chronologicam, hoc est *introductionem ad cognitionem temporum, et rerum, quæ extiterunt a mundo condito ad usque annum salut.* 1620. Opus nova methodo conscriptum, sed utilissima Chronologis, et sacræ Scripturæ studiosis, cujus liber 1. dicatus Urbano VIII. complectitur solide, velutque scholastico more difficultates omnes, quæ reperiuntur circa summas, et motus præcipuos temporis constituendos. Parisiis anno 1624. in fol. apud Nicolaum Bon.

Gallice duas octavas Sermonum *De sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento*. Parisiis anno 1629. Alteram Lugduni anno 1631.

HENRICUS HELMESIUS, Germalopolitanus provinciæ Saxoniæ Minister, in Ecclesia cathedrali Coloniensi concionator, scripsit

Tomus quinque Homiliarum in Evangelia, et omnes Epistolas canonicas, ex meris divinæ Scripturæ sententiis miro artificio, et eruditione concinnatos. Coloniæ anno 1550. et 1556. Paris. 1557.

In Evangelia Quadragesimalia. Paris. an. 1556.

De verbo Dei libros 3.

Adversus captivitatem Babylonicam Lutheri. Quæ omnia Parisiis excusa fuere apud Audoenum Parvum anno 1553.

Sermones ipsius deinceps apud Gulielmum Rovillium editi sunt Lugduni an. 1574. et an. 1589.

HENRICUS HERPIUS, alii *Herp* appellaut, alii *de Erp*, pago Campinæ Brabantiæ, vir vere pius, et doctus, ante divisionem provinciæ Coloniensis ab illa, quæ dicitur Germaniæ inferioris, munere Vicarii provinciæ Observantum, et Guardiani pluribus Conventibus non modo præfuit, verum etiam primi vitæ, moribus, et doctrina. Adeo rerum cælestium contemplationi inhærebat, ut nonnunquam sex horas in Missarum sacrificiis subiuiter occuparet. Denique Guardianus Cœnobii Mechliniensis mortuus anno 1477. sepultus fuit ad dextram caudelabri in medi chori. Ejus vita præfigitur opusculo ab illo edito, cui nomen *Directorium aureum*. Scripsit in monte Alvernæ in Etruria

De Theologia mystica, et speculativa, ac præcipue affectiva, quæ non tam lectione juvatur, quam exercitio pictatis obtinetur, libros 3. Ex Tontonico Latinum fecit secundum librum Petrus Blomovenna Leydensis Carthusianus. Incipit opus, *Osculetur me osculo*. Illius lectionem interdixit Index Romanus librorum prohibitorum, nisi recognitum fuerit ad exemplar codicis, qui fuit impressus Romæ anno 1583. Prodiit deuno Brixiæ anno 1601.

Speculum aureum in decem præcepta decalogi. Basileæ per Joannem Froben de Hamelburg an. 1496. et Argentinæ per Joannem Knoblauchium an. 1520. in 4. *Tacenio aliam legem.*

Speculum perfectionis. Incipit, *Gratia Domini nostri Jesu Christi.* Venetiis 1524. Habeo unum exemplar ms.

Directorium aureum contemplationum ab eodem Blomovenna Latine redditum.

Tractatum *de modo fructuose recitandi Rosarium.*

Tractatum de effusione cordis.

Collationes tres de perfectione vitæ, sive *Compendium directorii.* Antuerpiæ, et Coloniæ anno 1536.

De tribus panitentiæ partibus.

De triplici adventu Christi.

Sermones de tempore, et per Quadragesimam, lib. 1.

De Sanctis, et per Adventum lib. 2. Huganoæ 1509. in fol.

Porro illius Theologia mystica aliquanto obscurior, verba illa sublimiora, et profundior illa contemplandi via docto indigent Lectore. Qui alte et solide non sapiuut in via spirituali, ferula, et instructioue indigent, ut per cælestes, et arcanas has semitas inoffense possint incedere. Adjungo hic libenter Antonii Possevini de his libris judicium, et cautionem: « Theologia mystica Herpii prohibetur in Romano « Indice Pontificio, nisi repurgata fuerit ad exemplar « illius, quæ Romæ impressa est an. 1585. Tres libros « mysticæ Theologiæ scripsit, qui iis præsertim, qui « vitæ contemplativæ dant operam, atque ad perfe« ctionem aspirant, usui esse possunt. Recognitus « quadantenus liber, et secundo jam exeusus tertio « prodiit in lucem opera Brunonis Loheri Carthusiæ « Agrippinensis Procuratoris an. 1555. ab eodem, quæ « fuit ejus pietas, dicatus B. Ignatio Lojolæ, qui tum « erat superstes, Fundatori Ordinis nostri, ac reliquæ « Societati nostræ. Demum anno 1585., cum omnino « expediret, ut hoc opus altioribus refertum sensibus, « tum castigatum, tum præmunitum aliquibus cau« tionibus versari tutius posset, propterea id sanctæ « Sedis Apostolicæ cura perfectum est. Primum enim « Theologi plures cum hoc præstitissent, addita est « deinceps introductio ad doctrinam secundi libri « pernecessaria, a Petro Paulo Philippio Theologo eximio

« eximio Ord. Præd. quamvis etiam antea extaret al-
« tera Petri Blomevenæ Carthusiani ad eundem se-
« cundum librum perutilis, ac pia. Factum est autem
« postea præcepto sanctæ ejusdem Sedis, ut nemo
« ederet, legeretve Theologiam hanc mysticam Hen-
« rici Herpii, nisi esset ad postremam Romanum emen-
« dationem aptata. Ac licet introductiones illæ Phi-
« lippii, et Blomevenæ prefixæ sint secundo libro,
« præstat tamen, ut prælegantur, antequam primus
« liber decurratur. Nam et Herpii scopus in suis li-
« bris, et verba pleraque sublimiora, quæ scrupulum
« multis possent injicere, et profundior illa contem-
« plandi via, quæ incautos, aut minime capaces pos-
« set in avia deducere, ac sanctitas ipsius viri, qui
« hanc tradidit, inde innotescunt, aut declarantur.

« Cæterum operis hujus liber 1. seu pars prima
« divini amoris, spiritualiumque nuptiarum *Epithala-*
« *mium* continet, quo Canticum Canticorum Salomo-
« nis etiam exponitur. Itaque divini amoris *Inflam-*
« *matica* ut ille vocat, complectitur, videlicet de Filii
« Dei Incarnationis, conversationis, passionisque my-
« steriis, ac fructu; deque institutione, et usu Sacra-
« mentorum.

« Secunda vero pars, quæ præmotatur *Directo-*
« *rium aureum contemplativorum*, agit de vitæ activæ
« præparatione, atque ornatu, et de amabili ad Deum
« conversione; deinde de præparatione, atque ornatu
« vitæ contemplativæ spiritualis, ejusque impedimen-
« tis; denique de præparatione, atque ornatu vitæ
« spiritualis supereminentis, de ipsius dignitate, deque
« operatione sanctissimæ Trinitatis in supremis ani-
« mæ viribus.

« At quidem secunda hæc pars ab autore Ger-
« manice conscripta, et deinceps Latinitate donata a
« Blomevenna Carthusiane fuit, denique Italice versa
« plures ante annos, minus apte, ac sine ea, quæ
« omnino erat necessaria, prævia face, sive introdu-
« ctione; sed novissime Benedictus Osanna Mantua-
« nus, qui ad Carthusianum Ordinem probus juvenis
« accessit, utrumque accurate vertit, ita ut si quis
« hanc partem versare voluerit, eam commodius sit
« perecpturus.

« Tertia postremo pars inscribitur *Edem*, sive
« *Paradisus contemplativorum*, quæ licet eadem conti-
« neat, et quidem fusius, quæ in secunda parte extant,
« pars tamen secunda videtur esse utilior, quod in ipsa
« pleniore, ac planiore ordine agatur de iis, quæ ad
« perturbationes animi sedandas attinent, hoc est ad
« mortificationes, et ad activam vitam, atque spiri-
« tualem contemplativam quoad vires animæ infe-
« riores.

« At prudente Doctore eget, qui perfectionis se-
« mitas istas ingreditur. Et vero ut nonnulla secundæ
« partis capita pluribus prodesse possunt, nimirum
« quæ ad vitandas murmurationes, ad virtutes mo-
« rales consequendas, ad dona Spiritus sancti spectant,
« sic reliqua non sunt omnium, neque exigui tempo-
« ris, nec ejusdem ordinis, ut continenter agenda sint,
« quemadmodum sunt posita. Quod præmonuit sapien-
« ter Petrus Paulus Philippinus in ea, quam diximus,
« introductione ad secundam partem, commendans iu
« plerisque hujus autoris capitibus lectionem, et ra-
« tionem meditandi, quam Ludovicus Granatensis sui
« Ord. utilissime, atque ad omnium captum proposuit,
« nec tamen respuens istam Herpii, si qui ei recte,
« ac sine periculo velint insistere. »

HENRICUS de HUDA Anglus, provinciæ Angliæ, et Custodiæ Novi Castri, scripsit

Commentaria in 4. libros Sententiarum.

Floruit circa an. 1350.

HENRICUS JANUENSIS, scripsit

Sermones. Habentur mss. in Bibliotheca Conventus Asisii.

HENRICUS LEODIENSIS, exornavit commentariis

Quatuor Evangelia, et

De Augustissimo altaris Sacramento erudite scripsit.

HENRICUS MAUROY Gallus, provinciæ Franciæ, Custodiæ Campaniæ, et Conventus Trecensis alumnus, concionator facundissimus, litteris Græcis, Hebraicis, et Latinis non mediocriter excultus, et in lectione Doctorum Hebræorum optime versatus, cum in Ecclesia Toletana statutum fuisset, ne ad ejus Sacerdotia, aut beneficia admitterentur, qui maculato erant sanguine, edidit

Apologiam pro Judæis Christianis, et iis, qui ex reliquiis Patriarcharum pie, et sancte de Christo Jesu, et fide Catholica sentiunt, in Archiepiscopum Toletanum, et asseclas ejus istos a suis Ecclesiis, et beneficiis Ecclesiasticis excludentes. Prodiit liber Parisiis primum apud Michaelem Feozendat in domo Altretrica anno 1552. denuo apud Vincentium Gualteretium, et Sebastianum Nivellium an. 1553.

Conciones doctissimas tribus partibus distinctas a Dominica Septuagesimæ usque ad Dominicam infra Octavam Ascensionis.

Conciones pro Dominicis, et festis Adventus.

Commentaria in Epistolam Pauli ad Hebræos.

Extant omnia mss. in Bibliotheca Conventus Trecensis.

HENRICUS a MERBURCH, sive Merpurgensis scripsit

Summam casuum conscientiæ.

HENRICUS a MONTEJARDINO Genuensis, edidit

Commentarios in Joannem.

In Evangelia totius anni.

Quadragesimalia quinque. Primum incipit, *Assumpsit Jesus duodecim discipulos.* Secundum, *Convertimini ad me.* Tertium, *Cum jejunatis.* Quartum, *Sapiens Magister.* Quintum, *Erant mirantes.*

Floruit sub an. 1350.

HENRICUS de OXONIO Anglus, vir tum in profanis, tum etiam in sacris disciplinis insigniter exercitatus, magnæ pietatis, paris etiam apud suos auctoritatis. Hæc in causa fuerunt, ut honoratam inter omnes tueretur existimationem, et aliis regendis, ac instituendis præficeretur. Erat etiam divini verbi præco non vulgaris, et his in omnibus se virum bonum, doctum, et strenuum semper præbuit, maxime in concionibus, in quibus cum de honore Dei ageretur, ne Principes quidem personas redarguere verebatur. Tandem ad perpetuum sui nominis memoriam, et posterorum utilitatem, teste Henrico Willot, et aliis, scripsit

Sermones Dominicales, lib. 1.

Sermones Festiveles, lib. 1. Ecce sponsus venit.

Sermones Feriales, lib. 1. Quæ opera ferunt aliquando servata fuisse Radingæ in Cœnobio S. Francisci, et quidem usque ad exterminium Monasteriorum in Anglia sub Rege Henrico VIII.: sed de tempore, quo floruit hic author, nihil est compertum.

HENRICUS PALUDANUS Leodiensis ex Hispano in linguam Latinam vertit

Conciones, et pia exercitia totius anni Fr. Didaci de la Vega Minoritæ.

HENRICUS PIPINUS Flander, vir, qui tam ardenti perfectionis Christianæ flagrabat amore, ut de virtute in virtutem procedens, semper se melior fieri contenderet. Inerediibili dicendi facundia fiorait multis in civitatibus, potissimum Antuerpiæ ante eradeles Gensiorum motus, quos aliquoties de sanggesta vaticinatus est subsecuturos. Fuit et in Angliam missus ad annum circiter 1554., cum Philippus II. Rex Hispaniarum Mariam Eduardi Regis Angliæ sororem in uxorem duxisset, ut ejus concionibus Teutones confirmarentur in avita fide, et alii ad Catholicam Religionem, quam authore Henrico VIII. multi deseruerant, revertcrentur. Nunquam visum ab hominum memoria in celebri, amplissimoque templo Minorum Antuerpiæ tam frequens auditorium, quam dum ipse concionabatur. Vicarii, Guardiani sæpe laudabiliter perfunctus munere, tandem prov. Germaniæ inferioris salutatus est Minister. Reliquit plura prælo digna, inter quæ

Sermones per totius anni circulum.

Edidit Belgice librum Francisci Vervoordi, cui titulus: *Vestis nuptialis amoris Dei.*

Fugiens Gensiorum crudelitatem, rebus pene toto Belgio turbatis, dum ad mortem diligentissime quæreretur, mortuus putatur Castelbergæ in Flandria ad annum circiter 1580.

HENRICUS REGIUS Padebornensis, provinciæ Saxoniæ sanctæ Crucis alumnus, Guardianus Suerinensis Conventus, scripsit

Biblia Alphabetica; opus, ut aliqui putant, locupletius, et commodius inventioni, quam sint majores Concordantiæ. Novesianus exendit Coloniæ anno 1535. quo tempore Henricus vivebat.

HENRICUS SEDULIUS Clivie, quæ primaria est ducatus Cliviensis civitas, natus, diversis in locis Guardianus, multarum provinciarum Commissarius, bis Minister provinciæ Germaniæ inferioris, et totius Ordinis Definitor, Serenissimi Principis Ferdinandi Austriaci Ducis Bavariæ ad Paulum Quintum Legatus, Georgium Macropedium præceptorem habuit in humaniioribus, et in Religiosis exercitiis Henricum Pipinum, qui eum ad Ordinem recepit. Justo Lipsio erat charissimus, vt familiaris, uti Justi ad eum litteræ testantur. Vir erat pius, venerandus, et doctus, quem ego in Comitiis nostris generalibus anno 1618. habitis Salamanticæ cognovi, et reverenter suspexi. Predicator erat celebris, ac disertus, in historiis Ecclesiasticis, et sanctis Patribus versatissimus. Plura scripsit opuscula, quorum hæc recensio.

Speculum disciplinæ sancti Bonaventuræ correxit ad vetera exemplaria, jam tertio procusum Antuerp. ex Officina Plantin.

Sancti Ludovici Caroli Secundi Siciliæ Regis filii ex Ordine Minorum Episcopi Tolosani vita. Ex Officina Plant. anno 1602.

Elogia in Sanctorum imagines, qui ex tribus Ordinibus S. Francisci relati sunt inter divos.

Prosecriptiones adversus hæreses. Antuerpiæ typis Moreti anno 1604. in 4.

Apologetica adversus Alcoranum Franciscanorum pro libro Conformitatum. Ex officina Plantiniana anno 1607. in 4.

Dica virgo Mosæ Trajectensis, in qua de sacrarum Imaginum antiquitate, usu, et fructu, de supplicationibus, sive processionibus Ecclesiasticis, et nonnullis aliis ritibus priscis, ac novis; admiranda a D. Virginis Imaginibus superioris ætatis, a Diva Mosæ Trajectensis miracula ævi nostri ex fide conscripta. Ex officina Plantiniana anno 1609. in 8.

Historia Seraphica, in qua S. Francisci, aliorumque Sanctorum, qui tribus in Ordinibus ab eo institutis vitæ cum notis continentur, nec non acta B. Joannis a Capistrano, et martyria Fratrum provinciæ Germaniæ inferioris, Alemariensium, Gorcomiensium, cæterorumque, qui varie Catholicæ religionis ergo propugnatæ crudeliter a rebellibus hæreticis sunt interfecti. Antuerpiæ ex officina Martini Nutii anno 1613. fol.

Ejusdem provinciæ Germaniæ inferioris Monasteria tam Fratrum, quam Sororum descripsit, Martyresque, et Scriptores recensuit. Extat Antuerp. apud Minores ms. cujus ad me transmissum exemplar magno fuit subsidio pro rebus prædictæ provinciæ enarrandis. In ejus fine ita ipse scribit: « Peregi imperata « Superiorum; perscripsi nostram Fratrum Minorum « Regularis Observantiæ inferioris Germaniæ provin- « ciam; ex ordine recensui singula Fratrum nostro- « rum, virginumque Monialium Cœnobia, quæ ante « Gensiorum motus fuere, et quæ hodie extant intа- « ctа, reparata, accensa; adscripsi provinciæ nostræ « Fratrum Martyrum agones, et triumphos; denique « Authores, et Scriptores, qui sua scripta posteritati « consignavere. Ante me apud R. P. Gonzagam ali- « quis eandem susceepit scribendi provinciam; sed in- « venturis nova inventa non obstant vetera, et vero « extima est conditio altiui, neque alii post sæcula « multa præcluebitur occasio aliquid scribendi. Venici, « voveo, qui hæc nostra faciet meliora, quam dedi. « Et ergo, benigne Lector, jam quinquaginta prope « duobus annis, utinam salubriter, exactis in Ordine, « septuagenario major fracto corpore, et valetudine « pene calamum, et scribere desino, non tibi bene « velle: tu mihi quoque, et Deum pro me precare. »

Vivere desiit 26 Feb. anno 1621. sepultus in choro Cœnobii Antuerpiensis.

HENRICUS STANDICIUS Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, et tandem Episcopus Asaphensis, vir pietate, et doctrina clarus, Catholicæ religionis strenuus propugnator, omniumque hæresum juratus hostis, in suis concionibus hæreticorum argumenta, et errores nervose refutare solebat; et inter alios Erasmum Roterodamum temerariæ doctrinæ nominatim aliquando arguebat. Pauca tamen ejus scripta reperio, licet eum plura scripsisse constet. Hos saltem operum titulos Willotus recensuit:

Sermones ad populum, libruin 1.

Contra versionem nori Testamenti factam per Erasmum, lib. 1.

Londini mortuus, et sepultus est in senectute bona circa annum 1520.

HENRICUS VILLALUPENSIS, Hispanus *de Villalobos,* patria Zamorensis, mihi olim perquam venerandus in Cœnobio Salamanticensi, in quo per annos multos sacram Theologiam prælegit, et tandem in hoc munere tanquam miles emeritus missionem petiit, ut pietati, et moralibus scientiis totus vacaret, omnino alienus ab appetendis, multo minus petendis officiis Religionis. Valde delectatus studio Juris Canonici, statuit materias præcipuas Theologiæ moralis docte, solide, et clare ad facilliorem methodum redigere, quod quidem post triginta annorum utriusque Theologiæ scholasticæ, et moralis professionem feliciter perfecit. Edidit itaque *tomos* 2., sed lingua Hispanica, qui Gallice, Italice, et Latine tradueti habentur in pretio, dedicavitque Antonio de Trejo Episcopo Carthaginis Spartariæ olim Philippi Tertii apud Paulum V. Oratori, et Ordinis Minorum Vicario Generali.

Prima

Prima impressio Hispanica prodiit Salmanticæ apud Didacum de Cussio anno 1623. Gallica vero, interprete Fr. Leone Baccone provinciæ Aquitaniæ, Parisiis anno 1646. In Hispania vero factæ sunt aliæ quinque impressiones.

TOMUS PRIMUS CONTINET TRACTATUS VIGINTI NOVEM, QUORUM HIC EXHIBEMUS INDICULUM.

Tractatus primus est *de conscientia*.

Secundus *de legibus, constitutionibus, et dispensationibus*.

Tertius *de peccatis in genere*.

Quartus *de Sacramentis in genere*.

Quintus *de Baptismo*.

Sextus *de Confirmatione*.

Septimus *de Eucharistia*.

Octavus *de Missa*.

Nonus *de Sacramento Pœnitentiæ*.

Decimus *de Sacramento Extremæ unctionis*.

Undecimus *de Sacramento Ordinis*.

Duodecimus *de Sponsalitiis*.

Tertius decimus *de Sacramento Matrimonii*.

Quartusdecimus *de impedimentis Matrimonii, et ejus dispensationibus*.

Quintusdecimus *de divortiis*.

Decimussextus *de censuris Ecclesiasticis in genere*.

Decimusseptimus *de excommunicatione*.

Decimus octavus *de suspensione*.

Decimus nonus *de interdicto*.

Vigesimus *de cessatione a divinis*.

Vigesimus primus *de irregularitate*.

Vigesimus secundus *de elemosyna*.

Vigesimus tertius *de jejunio*.

Vigesimus quartus *de oratione, et horis Canonicis*.

Vigesimus quintus *de clerbus spiritualibus Ecclesiæ*.

Vigesimus sextus *de Indulgentiis*.

Vigesimus septimus *de Bulla Cruciatæ*.

Vigesimus octavus *de Bulla Defuncti*.

Vigesimus nonus *de Bulla Compositionis*.

TOMUS SECUNDUS CONTINET TRACTATUS UNUM ET QUADRAGINTA.

Primus est *de Fide Christiana*.

Secundus *de virtute Spei*.

Tertius *de Charitate*.

De Eleemosyna et operibus misericordiæ agitur remissive.

Quartus *de Correctione fraterna*.

Quintus *de bello*.

Sextus *de prudentia*.

Septimus *de justitia, et jure*.

Octavus *de acceptione personarum*.

Nonus *de Beneficiis Ecclesiasticis*.

Decimus *de dominio*.

Undecimus *de restitutione*.

Duodecimus *de homicidio, et mutilatione*.

Tertiusdecimus *de furto, et rapina*.

Quartusdecimus *de justitia Judicis*.

Quintusdecimus *de justitia accusatoris*.

Decimussextus *de justitia rei*.

Decimusseptimus *de justitia testis*.

Decimus octavus *de justitia Advocati*.

Decimusnonus *de contractibus in genere*.

Vigesimus *de promissis, et muneribus*.

Vigesimus primus *de emptione, et venditione*.

Vigesimus secundus *de mutuo, et usuris*.

Vigesimus tertius *de censibus, et annuis redditibus*.

Vigesimus quartus *de cambiis*.

Vigesimus quintus *de locationibus, conductionibus, emphyteusi, et feudo*.

Vigesimus sextus *de contractibus societatis*.

Vigesimus septimus *de contractu dotali*.

Vigesimus octavus *de ludo, sponsionibus, et sortibus*.

Vigesimus nonus *de contractibus minoribus, et quasi contractibus*.

Trigesimus *de testamentis, et ultimis voluntatibus*.

Trigesimus primus *de sepultura Ecclesiastica, et portione canonica, seu quarta funerali*.

De Oratione, et sacrificio remissive.

Trigesimus secundus *de Festorum observatione*.

Trigesimus tertius *de decimis, primitiis, et oblationibus*.

Trigesimus quartus *de voto*.

Trigesimus quintus *de statu, et votis Religiosorum*.

Trigesimus sextus *de juramento*.

Trigesimus septimus *de simonia*.

Trigesimus octavus *de superstitione, et magia*.

Trigesimus nonus *de peccato tentantium Deum, de sacrificio, et de immunitate Ecclesiastica*.

Quadragesimus *de vitiis capitalibus*.

Quadragesimus primus *de præceptis Decalogi*.

De præceptis Ecclesiæ remissive.

Manuale insuper *Confessariorum* edidit eodem idiomate Hispanico, præfato nuncupatum Episcopo. Prodiit primo Salmanticæ anno 1624. secundo Pampilone ann. 1625. tertio Oscæ apud Petrum Blason an. 1630.

Obiit Salmanticæ sub annum 1637.

HENRICUS WERLIUS, aliis *Werkleir*, provinciæ Coloniensis Minister, et ejusdem Universitatis Doctor, scripsit

In Sententiarum lib. quatuor.

De potestate Ecclesiastica librum 1.

Quæstiones in universalia Porphyrii.

Sermones varios, quorum qui de Passione Domini est inscriptus, magnopere probatur.

Vivebat sub Eugenio IV. tempore Concilii Florentini.

HENRICUS WILLOT, ex oppido, quod dicitur *a Fontibus Episcopi*, sive *Fontaine l'Evesque*, in finibus tractus Leodiensis, in Belgio Provincialis, et Commissarius generalis sui Ordinis, Colonia Grammaticam, Audomaropolis Rhetoricam, Lilianum Collegium Lovanii Philosophiam contulere, Parisiis clarissimis Theologiæ Doctoribus operam dedit. Scripsit

Ogdoade 11. *Homiliarum de sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento*. Duaci, et Leodii, an. 1592. in 8.

Epitomen concionum. Lovanii typis Masii.

Notas ad monomachiam Christi incruentam.

De Enoch, qui apud Judam Apostolum de extremo judicio prophetizavit. Leodii anno 1598. in 8.

Athenas Ord. Minorum, sive *de Scriptoribus ejusdem Instituti*. Ibidem anno 1589. in 8. Opus hoc, jubente Francisco Gonzaga Episcopo Mantuano olim totius Ord. Ministro generali, composuit. Multi tamen Scriptores ejus notitiam subterfugerunt, neque enim prima vice unius duntaxat viri studio hujusmodi collectio adeo completa deri potuit, diffuso per universas nationes amplissimo Instituto. Multi etiam postea prodierunt, quos nos judicavimus addendos, pro vetustioribus quidem potissimam lucem a Willoto recipientes.

Con-

Conciones de Indulgentiarum vi, natura, et antiquitate, habitas Nannvei Gallice in Sodalitio Cinguli S. Francisci.

Varios fidelis Sponsæ affectus cum 24. Iconibus.

Orationem in exequiis Helenæ de Melun Comitis de Barlemontio conjugis.

HERMANNUS BERGH Germanus, Juliacensis sac. Theologiæ Lector emeritus, declamavit

Orationem de directione vitæ humanæ in funere Joannis Vernerii Comitis de Jeryn Baronis de Ambstenraeda, quæ prodiit Coloniæ anno 1643.

HERMANNUS BRUCHER Northusianus, doctrina, et eloquentia clarus, scripsit

Sermones de Sanctis quamplurimos, teste Eysengrenio, qui ad an. 1376. vixisse affirmat.

HERMANNUS GERMANUS, scripsit

Vitas Romanorum Pontificum. Vide Aventinum lib. 7. Annalium Bojorum.

HERMANNUS de NEEZEMBURG, scripsit

Sermones de tempore.

HERMANNUS de SAXONIA, scripsit

Librum de casibus conscientiæ: habetur ms. in Biblioth. Convent. Asisii.

HERMES HAWVART Gallo-Brabantus, Rotuacensus, vir doctus, sacræ Theolog. Lector Conventus Lovaniensis, scripsit

Commentaria in 1. *et* 2. *librum Sententiarum*, quæ mss. servantur in Bibliotheca Mechliniensi. Hic aliquando Vicarii, et Guardiani munere laudabiliter perfunctus, mortuus est Mechliniæ anno Domini 1567. 12. Decemb.

HIERONYMUS ACETTUS ab Ursis, Striet. Observantiæ, provinciæ Brixiæ Minister, scripsit

Elaboratam *Expositionem quæstionum Scoti in Prædicamenta Aristotelis*. Bergomi apud Comitum Venturam anno 1600.

HIERONYMUS D'ALICANTE, provinciæ Capuccinorum Granatensis, edidit Hispanice

Magnitudines Hispanicas. 1646.

HIERONYMUS BALBANUS Lucensis, ut suspicatur Possevinus, scripsit

Conciones decem, lingua Etrusca.

Tractatum de Oratione.

HIERONYMUS a S. BONAVENTURA Missionarius, provinciæ Angliæ unæ Reg. Observ. Minister, edidit Angice librum, cui titulus,

Petrus in Xuufragio. Duaci an. 1618. In quo egregie ostendit fidem Catholicam esse unicum remedium ad salutem.

Alia docta scripsit opera, quæ in magnum rei Catholicæ detrimentum hæretici nondum edita diripuerunt.

HIERONYMUS BORDONIUS Italus, de Sermoneta, edidit partim Latino, partim Italico idiomate

Poemata in præcipuas festivitates beatæ MARIÆ. Neapoli typis Antonii Martin. in 4. anno 1629.

HIERONYMUS BOUTRIUS de Florentia, Capuccinus Concionator. paratum habet prælo opus magnum, et laboriosum ita præmotatum:

Harmonia norissima, continens conciunationes Theologicas tam sacrarum Scripturarum, quam non sacrarum Historiarum ab orbe condito ad Nativitatem Domini nostri Jesu Christi; itemque rapsodiam, ac nucleum totius fere veteris Testamenti, et novi ex parte, ac omnium pene librorum tam Catholicorum, quam gentilium, qui de præfatis rebus agunt, Breviarium in duas partes, et libros novem distinctum.

HIERONYMUS BRIXIGHELLENSIS, Ecclesiastes suo tempore non vulgaris, edidit Italice

Concionem egregiam de vero Jubilæi anno.

Vivebat anno 1580.

HIERONYMUS CAVALLUS Ferrarien. scripsit

De natura animæ, et ejus immortalitate.

De cœlesti vita.

De inferno.

Sermones multos. Venetiis an. 1539. in 4.

HIERONYMUS COMBONUS Italus, Salodiensis, provinciæ Brixiensis, Strictioris Observ. Hebraicæ linguæ Professor, Basilicæ Lateranensis Pœnitentiarius, edidit

Brevi compendium artis linguæ unctæ addiscendæ. Bergomi typis Comini Venturæ anno 1616. Quæ sequuntur, edidit Italice;

Conciones in laudem B. Virginis Mariæ, distinctas per septem dona, seu prærogativas ejusdem sacratissimæ Virg. quibus quasi totidem columnis Domus Mariana fulcitur. Brixiæ per Joannem Baptistam Bozzolam anno 1621. Similis architecturæ opus edidit nuper Latine Lucas Montefortius. Vide hoc verbo.

Expositionem in Canticum Magnificat, in decem Lectiones juxta veranum numerum distinctam. Ibidem eodem anno.

Commentaria in Regulam Tertii Ordinis S. Francisci, adjunctis privilegiis, aliisque rebus ad eundem Ordinem spectantibus. Bergomi per Petrum Venturam 1627.

Vitas Sanctorum, et Beatorum utriusque sexus, qui sub tertio Ordine sancti Francisci militaverunt. Ibidem eodem anno.

Expositionem moralem mysteriorum, quæ sacro, sancto Missæ sacrificio continentur, adjuncta duplici methodo vitæ confitendi peccata, et devote percipiendi sacram synaxim, nec non brevi instructione pro oratione mentali. Bergomi per Antonium Rossi an. 1646.

HIERONYMUS FERRER Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Aragoniæ, scripsit Hispanice tractatum utilem inscriptum:

Christianus reformatus, ad professorem Tertii Ordinis S. Francisci, anno 1612.

Sermones pro singulis Dominicis, et festivitatibus a prima Dominica Adventus usque ad Purificationem. Cæsaraugustæ apud Joannem Lauranz anno 1625. in 4.

HIERONYMUS FRANCESELLUS Lucensis, sac. Theologiæ Magister Convent. scripsit Italice

De Ægyptiaca Penitente.

HIERONYMUS GADIUS Bononiensis, scripsit

In Quodlibeta Scoti Commentaria, quæ Bonon. an. 1527. et Romæ prodierunt an. 1533. apud Joannem Baptistam Fnellium.

HIERONYMUS GALLUS Insuber, e Burgomanero oppido Novariensis diœcesis, Reg. Observ. provinciæ Mediolanensis, vir doctus, in sac. Theologia Lector emeritus, olim mihi familiaris, et amicus, acerrimus in dicendo, facilis in scribendo, post se reliquit

Tomos duos in tertium librum Scoti Scripti Oxoniensis. Prior habet opus *de ineffabili Incarnationis mysterio*, in quo docte commentus est textum Doctoris, adjecitque celebriores controversias scholasticas, præsertim *de visione beata, de lumine gloriæ, de merito, et satisfactione Christi.*

Secundus continet materias *de virtutibus, et habitibus infusis.* Prodiit post ejus mortem primus tomus cura Pacifici Porri a Gera Cremonensis ejusdem prov. Lectoris emeriti, qui Hieronymi fuerat discipulus, Me-

Mediolani apud Joannem Anselmum Siturum anno 1645.

Theatrum sacrum discursuum Scripturalium super Evangelia Quadragesimalia, Italice. Venetiis an. 1639.

Oblit in Cœnobio S. Angeli Mediolani anno 1644.

HIERONYMUS GIRELLUS Brixianus, Convent. Hieronymi Gadii auditor, et Petri Roduiphi, de quo suo loco, præceptor, postquam diu Patavii floruisset, scripsit

De primo cognito.

De speciebus intelligibilibus.

Expositionem clarissimam in disputationes Averrois contra Algazelem.

Brixiæ obiit anno 1573. ætatis 83. Patavii in templo S. Antonii hoc ei posuit monimentum Maximilianus Bonianus Cremonensis ejusdem almanus Episcopus Clodiensis, dum in illa urbe Inquisitorem ageret hæreticæ pravitatis:

HIERONYMVS GIRELLVS,
NOBILIS BRIXIENSIS, ORDINE FRANCISCANVS.
POST NATVRALEM PHILOSOPHIAM,
ET METAPHYSICAM
PRIVS BONONIÆ, ET TICINI EXPLICATAM
PADVAM VOCATVS,
AD SACRAM ELATVS THEOLOGIAM
XXV. ANNOS PVBLICE EST INTERPRETATVS
ET NON CONTENTVS EAM IN RIVULIS DEGVSTARE,
FONTEM VIVVM QVÆRENS
VITAM HANC VIRTVTIS IN EAM GLORIÆ
COMMVTAVIT.

Alius cecinit de eodem his versibus:

Brixia quo gaudet, pauca hæc monumenta Girelli
Doctor habet, doctis cætera nota viris.

HIERONYMUS KAKOVUSKY Polonus, Regul. Observ. provinc. Poloniæ minoris Pater emeritus, noster ancieus, vir doctus, et in perpirendis Ordiuis monumentis indefessus, collectis omnibus, quæ per utriusque Poloniæ, et Russiæ provincias haberi potuerunt, adjunctisque anthoribus, et historicis Poloniis, libris 4. disposuit omnia, quæ haberi poterant ad Ordineu Minorum Regularis Observantiæ spectantia, vocavitque

Supplementum Chronicorum provinciæ Poloniæ, ad Rererendiss. P. Fr. Francisci Gonzagæ olivm totius Ordinis Minorum Ministri Generalis historiam conformiter concinnatum ex Capitulis Lublinensis anno Domini 1630. *decreto ordinatum.* Totum opus ad ue misit, quod magno quidem subsidio fuit pro rebus Polonicis per sua tempora distinguendis, et accuratius referendis.

HIERONYMUS LEOPOLITANUS Ruthenus, sacræ Theologiæ Lector, Cathedralis Ecclesiæ Cracoviensis in Polonia Ecclesiastes, quod vixit, Lutheranis in eas regiones trajicientibus infestissimus,

Bibliorum librorum omnes in linguam Polonicam convertit, ut acerbius hostiles copias impeteret, et plebeis non uisi melle delinitum toxicum ab adversariis propinari ostenderet, eum illi corruptum sacræ Scripturæ contextum suis erroribus vulguriter adaptatum continno obtruderent.

Vixit anno 1536.

HIERONYMUS MARAFINIOTUS Polistiuensis Cainber, Theologus Regul. Observ. edidit Libellum

De arte reminiscentiæ, per loca, et imagines, ue per notas, et figuras in manibus positas. Quem laborem, sive libellum, exhibuit tauquam futurum utilem cum aliis, tum concionatoribus. Quin et in procemio Lectorem rogat, ut quæcumque in eo libello scripta conspexerit, legat, relegat, perigat, et eis iterum studeat, minutiasque inferius notandas observet atteute. Voram nolentibus, subdit, iu eam artem optimam habere præsum, continuum exercere laborem, et maxime in principio suæ instructionis, vocabitur *Ars perdendi reminiscentiam, quin et intellectum.* Non placet autem, eum pag. 7. dicit, ut primo loco personam tibi magis dilectam ponas, sive patrem, sive matrem, aut sororem, vel puellam puleherrimam, quam perditissimo amore prosequaris. Prodiit Venet. an. 1605.

Chronica, et antiquitates Calabriæ, in quibus de civitatibus, castris, villis, montibus, fluminibus, mineris, plaatis, etc. egregie, et diligenter pertractat lingua vernacula; impressa primum Neapoli in Officina Stillicæ anno 1596. in 8. et demum ab authore recognita Patavii anno 1601.

HIERONYMUS de S. MARCO Anglus, Regularis Observ. Baccalaureus Oxoniensis, scripsit de rebus Logicis compendium quoddam, cui titulum præposuit:

Parva logica.

Quando autem floruerit, neseitur.

HIERONYMUS MARIPETRUS Venetus, egregius Poeta, Regul. Observ. provinc. S. Antonii

Vitam S. Francisci carmine descriptam, et notis illustratam Clementi VII. dedicavit, sub patrocinio Alexandri Card. Farnesii Episcopi Ostiensis, præuotatam *Seraphicæ*. Venetiis per Joannem Taurianum anno 1531. Incip. *Incipta magnanimi canimus Ducis acta Minorum.*

Petrarchæ carmina amatoria, et profana reddidit sacra, et honestiora, inscripto libro: *Petrarcha spiritualis.* Venetiis apud Joannem de Tridino an. 1532.

Vitam Clementis VII.

HIERONYMUS MAUTINUS Italus, Narniensis, Capucinus, ejusdem Instituti Vicarius generalis, Gregorio XV. a sac. concionibus, quod munus egregie quidem exercuit, si quæ judicabat in sacro Cardinalium, aut Prælatorum cœtu corrigenda, graviter, servato semper conuessus decore, reprehendens, atque ut liberius, majorique diceret reverentia, non tam ab auditoribus commissas, quam quæ committi possint, et id genus hominum inficiant, culpas in spiritu vehementi conterebat. Discretissimum, et prudentissimum fuisse Ecclesiasten mecum admittes, si quis legerit quos ille composuit, et ego avidissimo audivi, atque mea syngraphu libenter probavi ad me jussu Urbani VIII. missos, ut reviderem,

Sermones habitos in sacro Palatio Apostolico. Prodierunt typis Vaticanis anno 1631. in fol. Gallice translati sunt, et editi Parisiis apud Maturas anno 1636. in 8.

Lecto decumbentem morti proximum invisit præfectus Pontifex Urbanus Octavus, fratre germano Antonio Cardinale sancti Onuphrii ex codem Instituto assumpto, aliisque Cardinalibus, et Prælatis associatus. Vidi ipse, et audivi Pontificem pios proferentem sermones, et pro morbi, dolorumque gravitate consolatoria verba repetentem. Homiuem labui semper in summa veneratione, et frequenter invisi stantem, et decumbentem. Defunctum pro concione honoravit raro exemplo Nicolaus Ricardius sacri Palatii Apostolici Magister, anno 1632. die 13. Septembris, ætatis anno 70. religionis 54.

HIERONYMUS MALFRETA Italus, Capucinus, edidit

Dialogus de divino amore. Venetiis an. 1598.

HIERONYMUS MENGUS Vitellianensis, Regul. Observ. edidit librum præuotatum:

Fla-

Flagellum dæmonum, exorcismos terribiles, potentissimos, et efficaces, remediaque probatissima, ac doctrinam singularem in malignos spiritus expellendos, facturasque, et maleficia fugenda de obsessis corporibus complectens, cum suis benedictionibus, et omnibus requisitis ad eorum expulsionem, cui præmisit doctrinam, et regulas solidas exorcistis necessarias. Venetiis anno 1590. Mediolani apud heredes Pacifici Pontii et Joannem Baptistam Paccalenum anno 1624.

Librum alterum nuncupatum: *Fustis Dæmonum, adjurationes formidabiles, et efficaces ad malignos spiritus fugandos de oppressis corporibus humanis, ex sacræ Apocalypsis fonte, variisque sanctorum Patrum authoritatibus hausias completectens*. Venetiis 1596. et Mediolani apud supradictos typographos anno 1625.

Impressa sunt simul cum altero opere Alexandri Albertini Minoritæ, de quo vide verbo *Alexander Albertinus a Rocha Contrada*.

Compendium Artis Exorcisticæ. Venetiis 1601.

Summam Angeli a Clavasio Latinam reddidit Italicam. Prodiit Venetiis anno 1593. in 4.

Hortum deliciosum Fratrum Minorum omnium fructuum copiosissimum ad scientiam rerum saluti necessariarum, et ad implendam professionem propriam. Bonon. per Ægid. Rossi 1594. in 4. Italice.

HIERONYMUS MEYERE Antuerpiensis, edidit libellum egregium, plumque, cui titulus:

Extrema cœnatio Filii Dei assertoria nostri Domini Jesu Christi carmine jambico digesta. Lovanii typis Masii an. 1602.

Obiit Herendalii in Brabantia an. 1646. die 5. Maji.

HIERONYMUS NIBIA a Novaria, prov. Mediolanen. scripsit

In orationem Dominicam, una cum volumine meditationum.

HIERONYMUS PANCORVUS in Hispanicum ex Latino idiomate transtulit, ediditque

Tractatum Joannis a Carthagena de antiquitate Ordinis B. Mariæ Virg. de Monte Carmelo. Hispali 1623. in 8.

HIERONYMUS PEREZ Hispanus, scripsit

Sermones pro Adventu. Cæsaraugustæ 1625. in 4.

HIERONYMUS PICENUS natus in villa Lisani prope civitatem Ascoli, unde et *Ascolanus* nuncupatur; ad summum Pontificatum evectus, Nicolaus IV. nuncupatus est. Sub annum 1272. a S. Bonaventura creatus Minister Dalmatiæ, destinatus est a Gregorio X. Nuncius Apostolicus simul cum aliis tribus Minoritis ad Michaëlem Palæologum Græcorum Imperatorem, de indicto Concilio œcumenico Lugdunensi admoniturus, utque vellet interesse, hortaturus. Anno 1274. succedit in Generalatu S. Bonaventuræ. Anno 1277. mittitur Legatus a Nicolao III. pacificaturus Reges Hispaniæ, et Galliæ, et fera bella certo secutura præventurus. In Comitiis generalibus tunc a se indictis renunciavit Generalatus officio, sed a Patribus iterum confirmatus assumitur ad Cardinalatum anno sequenti, quam dignitatem suscepit invitus, jussus insuper retinere regimen Ordinis Minorum. Anno 1280. Legatus mittitur ad Rodulphum Imperatorem, apud quem tantopere prævaluit, ut gravissimas exortas controversias inter eundem Imperatorem, Carolum Regem Siciliæ, et Margaritam Reginam relictam S. Ludovici Regis Galliarum feliciter sopierit. Demum anno 1288. ex Cardinali Episcopo Prænestino assumptus ad Summum Pontificatum, bis renunciavit, et tertio vel invitus, et a Cardinalibus compulsus, acquiovit. Multa, et magna egregie præstitit in Pontificatu, quæ nos summatim in tomo secundo Annalium recensemus. Incredibilia ferme sunt, quæ pro Ecclesia bene regenda, fide propaganda, re Christiana contra hostes tuenda, moribus reformandis, Christianis Principibus pacificandis dixit, scripsit, peregit. Probos, ac eruditos viros tantum loco cognatorum habuit. Prinsquam autem ad summas dignitates eveheretur, scripsit

In multos sacræ Scripturæ libros postillas valde utiles.

In 4. lib. Sententiarum Commentarios.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Epistolam egregiam ad Patres Capituli generalis Patavini.

Epistolas plures ad diversos.

Trithemius errat in nomine, cum vocans *Joannem Ascolanum*; sed dum dicit illum successisse in Generalatu S. Bonaventuræ, hunc Hieronymum voluit indicare.

Obiit anno 1292. sepultus ad Basilicam S. Mariæ Majoris, cui Felix Perettus Cardinalis ejusdem Instituti, et in Pontificia dignitate successor, dictus Sixtus V. insigne posuit monumentum, pulchramque erexit statuam marmoream, hoc inciso Epitaphio.

Supra Pontificiæ statuæ verticem hæc leguntur:

NICOLAO IV.
ASCVLANO PICENO PONT. MAX.
CVM IN NEGLECTO DIV
SEPVLCHRO FERE LATVISSET
FR. FELIX PERETTVS
CARDINALIS DE MONTE-ALTO
IN ORDINEM
ET PATRIAM PIETATE POSVIT.
M.D.LXXIV.

In basi inciśæ hæ litteræ magnarum virtutum Nicolai testes amplissimæ:

NICOLAVS IV.
ORDINEM MINORVM PROFESSVS
PHILOSOPHVS ET THEOLOGVS EORQVE
CONSTANTINOPOLIM A GREGORIO X.
MISSVS
GRÆCOS AD R. E. COMMVNIONEM
TARTAROS AD FIDEM REDVXIT
POST SANCTVM BONAVENTVRAM GENERALIS
SANCTITATE ET DOCTRINA
ORDINEM PROPAGAVIT
NICOLAI III. NVNCIVS
INTER FRANCORVM ET CASTELLÆ REGES
PACEM CONCILIAVIT
S. PVDENTIANÆ CARD.
LEGATVS HONORII IV. IN GALLIAM
SENATORIAM P. R. DIGNITATEM
SEDI APOSTOLICÆ RESTITVIT
FACTVS PONTIFEX
REMP. SVBLATIS DISCORDIIS COMPOSVIT
CHRISTIANOS PRINCIPES
SACRO FOEDERE IVNXIT
PTOLEMAIDEM COPIIS ADIVVIT
FLAMINIAM IN PONTIFICIS ITERVM
DITIONEM REDEGIT
PVBLICVM IN MONTE PESSVLANO
GYMNASIVM INSTITVIT
PROBOS ET ERVDITOS IN COGNATORVM
LOCO TANTVM HABVIT
LATERANENSEM
ET HANC BASILICAM STRVCTVRIS
ET OPIBVS AVXIT
TANDEM IVSTITIA ET RELIGIONE
ORBEM TERRÆ MODERATVS
MAGNA SANCTITATIS
OPINIONE OBIIT
PRIDIE NON. APRILIS M. CCXC. II.
PONTIFICATVS SVI
ANNO V.

Quid

Quid autem nos circa diem obitus notavimus, videri poterit in Annalibus ad prædictum an. n. 6.

HIERONYMUS PISTORIENSIS primo conjugatus, deinde Minorum Observantium, mox Capuccinorum sectator, insignis Concionator, et Pii V. Theologus, cujus consilio in rebus gravissimis utebatur, scripsit

De quantitatibus, rerumque distinctionibus. Romæ anno 1570.

Librum Sermonum, in quo acute *de variis Christianæ fidei mysteriis, ac præsertim de prædestinatione* disserit. Bononiæ 1567.

Obiit apud Cretenses sub annum 1571. peste laborantibus inserviens. Ejus corpus Casertam translatum est opera Julii Santorii Cardinalis sanctæ Severinæ, et apud suos consodales, erecto per Cardinalem tumulo, sepultum.

HIERONYMUS PLANES Hispanus, provinc. sancti Joannis Baptistæ Strict. Observ. Lector sacræ Theologiæ emeritus, et Minister, edidit

Tractatum de ecstasibus verarum, et falsarum revelationum, et raptuum, seu ecstaticarum motionum in libros 4. divisum. Valentiæ apud Joannis Chrysostomi Garriz Viduam anno 1634. in 4.

Sermones varios. Majoricæ an. 1623. in 4.

HIERONYMUS a POLITIO Siculus, Minister Generalis Capuccinorum, edidit

Commentaria in Regulam a sancto Francisco Minoribus præscriptam. Romæ an. 1587. in 4. et 1593. Parisiis apud Nicolaum Buon anno 1615. in 8. Coloniæ eodem anno apud Joan. Kinchium, Neapoli apud Jacobum Cartinum anno 1616.

HIERONYMUS RAMIREZ de ARELLANO Hispanus Strict. Observ. provinc. S. Gabrielis, Prædicator Apost. scripsit Hispanice

Stromata, sive *pios Commentarios in caput* 13. *Joannis Evangelistæ*, opus quidem eruditum, refertum sanctorum Patrum doctrina, variisque translatione textus sacri, Prædicatoribus utilissimum. Compl. an. 1606. in 4.

HIERONYMUS RODERICUS Lusitanus. Regul. Observ. provinciæ sancti Jacobi, in Cœnobio Salamant. Theologiæ moralis professor, edidit

Compendium quæstionum regularium Emmanuelis Roderici, sive Resolutiones quæstionum regularium ad Compendii formam redactas; quibus accesserunt notæ, retractationes, et additiones, quibus scorsim partim quædam ab authore omissa supplentur, partim aliorum idea, vel diversum sentientium rationes pari brevitate excerptæ expenduntur, variaque Bullarii Indulta intertexta recensentur. Lugduni sumptibus Jacobi Cardon an. 1630. in 4.

HIERONYMUS e SEGORBIO, Capuccinus, Hispanus, vir in Theologia mystica egregie versatus, scripsit patrio idiomate opus spirituale, quod inscripsit:

Navigationem securam in cœlum, in qua docentur, et præmonstrantur et securi portus, et scopuli, ac pericula cœlestis itineris; cui epitomen adjunxit doctrinæ Christianæ. Opus quidem utile, et opportunum tam magistris in via spirituali, quam aliis quibuscunque. Valentiæ apud Philippum Meis an. 1611. in 8.

HIERONYMUS a SORBO Capuccinus concionator insignis,

Compendium privilegiorum Fratrum Minorum, et aliorum Mendicativum, et non Mendicantium, ab Alphonso de Casarubios Hispano quarto editum, reformatum secundum Decreta sac. Concilii Tridentini, ac summorum Pontificum, qui a Clemente Septimo usque ad Clementem Octavum successerunt, edidit; et postea factus sui Instituti Minister Generalis quibusdam additionibus locupletavit. Brixiæ 1590. Coloniæ an. 1597. in 4. Venet. apud Hæredes Petri Ricciardi an. 1609. Coloniæ anno 1612. in 4.

HIERONYMUS STRASSER Germanus, Regul. Observ. per superiorem Germaniam Commissarius generalis, scripsit

Illustre Martyrium quatuordecim Fratrum Minorum ab hæreticis Bohemis Pragæ pro fide Catholica occisorum, Viennæ Austriæ apud Matthæum Formicam anno 1624. Vitam hanc ego primus scripsi in Urbe, et ad Hieronymum transmisi examinandam, ut per omnia narratio facto cohæreret; correxit ille, expolivit, emisit.

HIERONYMUS TAMARIT a Tavaria Hispanus Setabensis, Regul. Observ. provinciæ Valentiæ Pater emeritus, scripsit

Florea Theologiæ in totum primum librum Magistri Sententiarum, et meliorem partem secundi. Tomus primus prodiit Valent. apud Petrum Patricium Mey an. 1622. in 4.

HIERONYMUS TITUS Convent. sacr. Theol. Magister, edidit

Synopsin in quatuor Evangelia.

HIERONYMUS TORNIELLUS Insuber, Regul. Observ. provinc. Mediolanensis Ordin. Minorum Regularis Observ. Vicarius generalis, Juris Canonici peritus, reduxit

Figuras Biblicas in varios sermones. Mediolani an. 1510.

Lecturam Mediolani habitam anno 1505. *In quibus Dominium constitit?*

De Societate.

De Restitutione.

Resolutiones de Matrimonio,

In Clementinam Religiosi

In Joannis Andreæ Summulam decretalium. Extant mss. Trivilii.

HIERONYMUS de VALENTIA Padi in Insubr. Minister provinc. Januensis, scripsit

Quodlibetu Theologica, dedicata prædicto Hieronymo Torniello.

HIERONYMUS de VALERA natus in regione Chachupoyarum in regno Peruano, Regul. Observ. Initiatus in Conventu Limensi, Lector emeritus, et Minister provinc. duodecim Apostolorum in Indiis Occidentalibus, subtilis ingenii vir, scripsit

Commentaria in Logicam juxta doctrinam Scoti. Limæ anno 1610.

HIERONYMUS VERATUS Italus, Ferrariensis, Convent. sacræ Theol. Magister, insignis Ecclesiastes, scripsit

Sermonum Quadragesimalium tomum unum.

Sermonum diversorum tomum alterum.

Compendium variarum intraductionum, seu præfationum.

Repertorium diversarum materiarum prædicabilium. Habentur omnia mss. in Bibliotheca Conventualium Ferrariæ.

Obiit in patria an. 1549. ætatis 63.

HIERONYMUS a VIADANA agri Mantuani oppido, Theologus, edidit librum prænominatum

Thesaurus cœlestis B. Mariæ Virginis, sive *gratiarum ob ipsa mortalibus collatarum*, Bononiæ impressum anno 1610.

HIPPOLYTUS DONESMUNDUS Mantuanus, sacræ Theologiæ per multos annos Romæ in æde Aracœli

cæli Professor, provinciæ sancti Antonii alumnus benemeritus, mihi olim familiaris, et amicus, scripsit

Historiam Ecclesiast. suæ patriæ in duas partes, et decem libros distinctam. Prodiit Mantuæ anno 1612. apud Aurelium, et Ludovicum Osannas, Francisco Duci Mantuano dicata.

De Imagine, et Cœnobio sanctæ Mariæ Gratiarum prope Mantuam, historium.

Vitam, et acta Francisci Gonzagæ Marchionis Ostiani, Principis Imperii, Episcopi Cephaludensis, Ticinensis, et postremo Mantuani, olim Ministri generalis Ord. Minorum, Urbano VIII. Summo Pontifici dedicatam; Venetiis impressam anno 1625. apud Jacobum Sorsenam.

Vixit anno 1630.

HIPPOLYTUS FLORENTINUS collegit

Miracula quædam B. Æmilianæ de Circulis; quæ ad finem vitæ ejusdem ab Antonio Cortonensi Minorita conscriptæ apponuntur.

Floruit anno 1248.

HIPPOLYTUS PANTOCIUS Perusinus eruditus Poeta, edidit

Grittiadem, ad Andream Grittam Venetorum Principem.

Feltriadem, ad Guidum Ubaldum Feltrii, et Urbini Ducem.

Panegyricon, ad Rodulphum Pium Carpensem Cardinalem.

Gratulationem ad D. Marcum..

HIPPOLYTUS a PONTE Patavinus, Ordinis Minorum Convent. edidit Italice

Compendium Vitæ, et miraculorum S. Antonii a Padua, et alia, quæ spectant ad cultum, et veneration. ejusdem Sancti. Venet. apud Gulielmum de Fontaneso anno 1532. in 12.

HONORATUS de CHAMPIGNI Parisinus, Theologiæ mysticæ scientia præclarus, qui Parisiensem Capuccinorum provinc. per plurimos annos summa cum laude, et solo disciplinæ Regularis gubernavit, ac Definitoris generalis officio functus est, edidit Gallice

Academiam Evangelicam pro juventutis Religiosæ spirituali institutione. Parisiis anno 1622. apud Nicolaum Buon.

HORATIUS de CAPOSALE Italus, artis Musicæ peritus magister, edidit

Praxim cantus firmi et Gregoriani. Neapoli apud Constantinum Vitalem an. 1623.

HUGARIUS, sive HUNGARIUS, Pestiensis, scripsit

Sermones centum, et viginti, olim editos Haganoæ apud Henricum Gran anno 1497. ac deinceps alibi: prænotati sunt *Biga Salutis*, eisque propteres præmittitur hoc distichum:

Terrigenis poscit cunctis conferre salutem
Hic Codex; nomen BIGA SALVTIS habet.

Sermones de Sanctis.

Sermones de Tempore.

Librum inscriptum, *Gemma fidei.*

Commentaria in Præcepta Decalogi, et *alia.* Claruit post ann. 1516. Vide verbum *Biga Salutis.*

HUGO CARBONELLUS Gallus, Regul. Observ. provinciæ Aquitaniæ, vir doctus, scripsit Latine

Commentaria in Psalmum 19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis.

Commentaria in libros Scoti de Anima.

Sermones in Evangelia Quadragesimalia. Parisiis ann. 1620. *alia* quæ opuscula a me nondum visa. Gallice

Librum de divite Epulone,

Librum de Lazaro resuscitato. Paris. an. 1616.

Librum de filio Prodigo.

Conciones pro Dominicis, et feriis Adventus. Paris. apud Laurentium Sonnium.

Sacro flamen de Cardinal. Byterris an. 1618.

HUGO de CASTRONOVO, vide *de Novo Castro.*

HUGO CAVELLUS Hibernus, Dnnensis, vir æque pius, ac doctus, provinciæ S. Jacobi, ac Cœnobii Salmanticensis alumnus, ex primis fundatoribus, et directoribus insignis Collegii S. Antonii Lovaniensis Fratrum Minorum Hibernorum, cui multis annis præfuit, et semper usque ad mortem profuit, sac. Theologiæ, quam Lovanii, et in Urbe ad insigne Arecœli Cœnobium professus est, Lector emeritus, sui Ordinis Definitor generalis, et demum Archiepiscopus Armacanus, totius Hiberniæ Primas, disciplinæ regularis nti exactissimus observator, ita etiam perpetuus promotor, et sator. Mirum quantos pro ea retinenda, et restituenda subierit labores, toties in Hispaniam, et Italiam ex Belgio pedes ad Ordinis Comitia generalia profectas, a laxioris vitæ fautoribus Parisiis anno 1621. multa perpessus, ad extremum usque vitæ discrimen. Neque minus admirandum, quateuus inter tot itinerum, negotiorum, domusque regendæ distractiones debili corporis extenuati constitutione potuerit adeo studiis incumbere, ut summo omninm applausu ediderit

Scoti Commentarios in quatuor libros Sententiarum a se recognitos, cum antiquis editionibus, et vetustissimo codice ms. collatus, ab inumeris mendis, et vitiis, quibus ubique scatebant, castigatos, annotationibus marginalibus, doctorumque celebriorum ante quamlibet quæstionem citationibus exornatos, scholiis per universum opus in textum insertis, indicibus variis, et copiosis, aliisque multis, de quibus in præfatione ad Lectorem, magno labore, et industria instructos.

Scoti ritam, quam prædictis Commentariis præmisit.

Apologiam pro eodem vindicando ab injuriis allatis per Abrahamum Bzovium.

Appendicem diffusam ad quæstionem primam distinctionis tertiæ libri tertii positam in calce ejusdem libri, pro asserenda immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Omnia prodierunt Antuerpiæ apud Joannem Keerbergium an. 1620.

Ejusdem Scoti Commentaria, seu Reportata Parisiensia, de quibus vide nostram censuram iisdem præfixam, simili studio, et labore illustravit.

Quæstiones item quodlibetales; quæ simul cum Reportatis prodierunt post ejus mortem.

Quæstiones in Metaphysicam, expositiones in eandem, et conclusiones ex eadem collectas, tractatum de primo principio, et Theoremata pari diligentia publicavit. Venet. an. 1625. apud Marcum Ginammum.

Quæstiones in libros de Anima, a me ex Vaticano exscriptas, illique traditas, recognovit, polivit, addito supplemento complevit.

Apologiam Apologiæ supradictæ pro Scoto scriptæ, in qua respondet Nicolao Jansenio Belgæ Ord. Prædicatorum, Abrahami Bzovii partes suscipienti non sine gravi Scoti, et regni Hiberniæ injuria. Prodiit Parisiis sub nomine Hugonis Magnesii discipuli Cavelli apud Michaelem Sonninm anno 1623.

Tractatum Parisiis compactum, dum simul cum Benigno Genuensi Ministro Generali ageret de reformatione magni Conventus, in quo probat usum Statutorum, quæ Julii II. dicuntur, illicitum esse Fratribus

Mino-

Minoribus Regulam S. Francisci absolute, et sine limitationibus, quibus utuntur PP. Conventuales, professis.

Tractatum alterum communium argumentarum, quibus plurimi utriusque sexus specie cujusdam piæ compassionis erga fratres reformari nolentes, contra reformationem utuntur, salidas, et dilucidas salutianes continentem. In quibus tractatibus multa, licet breviter, solide tamen, et clare resolvuntur, omnibus Regulam Minorum pure servare volentibus scitu digna. Prodierunt simul hi duo tractatus Parisiis anno 1622.

Speculum Pœnitentiæ, lingua et charactere Hibernico ab omnibus Europæis diverso exaratum. Lovanii in Collegio Fratrum Minorum an. 1628. impressum.

Scribebat *pias meditationes, et preparatoria præludia pro morte Christiane obeunda;* sed morte præventus absolvere non potuit.

Obiit in Cœnobio Arœcœli, dum iter accelleraret in patriam, insignem sibi commissam Ecclesiam recturus, sepultus in hoc Collegio, ex quo ad Aramœli infirmus valetudinem curaturus transmigravit. Jacet in Ecclesia prope portam, per quam Fratres e claustro ingrediuntur, sub lapide marmoreo, cui hoc incisum est epitaphium:

D. O. M.
ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO DOMINO
FR. HVGONI CAVELLO
ORDINIS MINORVM STRICTIORIS OBSERVANTIAE
LECTORI DEFINITORI GENERALI
ARCHIEPISCOPO ARMACANO
PRIMATI HIBERNIAE
DE PATRIA RELIGIONE LITTERIS BENEMERITO
CVIVS MORTEM MERITA
IN PATRIAM REDITVM
MORS PRAEVENIT
EXCELLENTISS. D. IOANNES ONIEL TIRONIAE COMES
HVNC LAPIDEM PONI FECIT
OBIIT XXII. SEPTEMBRIS M. D. CXXVI.
AETATIS LV.

HUGO de DINA Gallus, vir magnæ eruditionis, spiritu Prophetico imbutus, tantæque sanctitatis, ut de illo Sanctis connumerando olim actum sit in Curia, edidit

Expositionem doctam in Regulam sancti Francisci.

Librum de triplici via.

Tractatum de paupertate, inter zelatorem paupertatis, et inimicum domesticum.

Constitutiones pro Fratribus Tertii Ordinis.

Vixit sub annum 1280. Jacet Massiliæ apud Minores miraculis claruş, cui adjacet B. Dulcina soror germana. De illo aliquoties egimus tomo 3. Annal.

HUGO de HIBERNIA, postquam multas peragravit regiones, scripsit

Itinerarium Terræ Sanctæ.

Vivebat anno 1360. Puto hunc Provincialem fuisse Minorum in Hibernia, dictumque *Hugonem Bernardi*, uti alius diximus tom. 4. Annal. (*An.* 1359. *num.* 10.).

HUGO de MANCESTRIA, Angliæ, in qua natus erat, Provincialis, scripsit

Contra quendam impostorem, et quorundam fanaticorum deliria, jussu Philippi Regis Francorum.

Compendium Theologiæ.

Gulielmus Eysengrenius, Henricus Willot, et Antonius Possevinus Hugonem hunc faciunt Minoritam, sed ego Ordinis Prædicatorum reputo, eumque fuisse, qui partes Richardi Knapuelli Dominicani defendit contra Joannem Pechamum Archiepiscopum Cantuariensem Minoritum, uti alias (*tomo* 2. *Annal. an.* 1279. *num.* 24.) narravimus.

Vivebat anno 1294.

HUGO NARBONENSIS, scripsit

Commentaria in secundum Sententiarum, quæ se vidisse apud Dominicum Cardinalem Grimanum refert Petrus Rodulphus.

HUGO de NOVO-CASTRO, Angliæ oppido non incelebri in regione Dunelmensi, *Doctor scholasticus* vulgo cognominatus, Joannis Scoti diligens sectator, et strenuus defensor. Unus est e quatuordecim præcipuis Doctoribus Minoritis, qui in circuitu sepulchri præfati Doctoris Subtilis legantur in Ecclesia Minorum Conventualium Coloniæ. Scripsit

Super Magistrum Sententiarum libros quatuor.

Reportata super eundem.

De finali judicio.

De victoria Christi contra Antichristum. Non sum Propheta, nec filius Prophetæ.

Vixisse ait Pitsens circa annum 1384. sed Scotus, cujus refert fuisse discipulum, nec eo anno publice cœpit docere; et quidem Hugo anno 1322. subscripsit determinationi Patrum Capituli Generalis Perusini in quæstione *paupertatis Christi, et Apostolorum* (*Vide tom.* 3. *Annal. an.* 1310. *num.* 16. et 1322. *num.* 51.). Sepultus est in Conventu Parisiensi.

HUGO de PRATO Etruscus, sacræ Theologiæ Doctor in sæculo, factus Minorita delegit vivere sub humili statu Laicorum, sen Conversorum. A longa, et severa pœnitentia quadraginta annis ferens thoracem ferreum super nudam carnem dictus est Hugo *de Pantiera.* Missus cum quibusdam probis, et doctis Fratribus ad procurandam Tartarorum salutem, illinc anno 1312. scripsit

Longam epistolam ad suos alim confratres Societatis Cippi sitæ in monasterio Minorum loci nativi Pratensis.

Tractatum cilidit *de vita contemplativa* duodecim capitibus distinctum, opusculum utilissimum, et doctissimum lingua Etrusca.

De perfectiane statuum. Utrumque hunc tractatum habeo ms.

Epistolas quamplures pias, et doctas.

Obiisse creditur in Tartaria.

HUGO SLETSTADT, alias *Selestadianus*, Germanus, scripsit

In quatuor libros Sententiarum S. Bonaventuræ, et quædam alia.

Vivebat anno 1452.

HUGO VARDÆUS, Hibernus Ultoniensis, provinciæ S. Jacobi alumnus, quem ego in Conventu Salamanticensi anno 1616. curavi ad Ordinem admitti, acris, et perspicui vir ingenii. Lovanium missus, in Collegio S. Antonii Fratrum Minorum Hibernorum Lectoris, et Guardiani functus muneribus; cum admirabili facilitate, et singulari peritia linguam calleret Hibernicam, se totum convertit ad monumenta patriæ colligenda, ea præsertim, quæ ad vitas spectabant Sanctorum, parabatque prelo

Plurimas Sanctorum Hibernarum vitas, et a vetustis biographis Latine compositas, et multas alias patrio sermone scriptas, cum diversis Martyrologiis, et Hagiographiis eodem idiomate compilatas, quas Joannes Colganus ejusdem Instituti, et Collegii, de quo infra, nuper ediderat.

Multa

Multa reliquit historiarum fragmenta, et illustrata veterum Martyrologia.

Obiit Lovanii anno 1635. die 8. Novembris.

HUGOLINUS FERRARIENSIS edidit

Conciones in Epistolas totius anni. Initium est, *Ut ait B. Hieronymus.*

HUGOLINUS de SANCTA MARIA in Monte, Picenus, sancti Francisci synchronos, vir pius, et candidus author, scripsit

Historiam, quam *Floretum* prænotavit, in qua narrat *vitam et gesta sancti Francisci, ac Sociorum ejus usque ad Pontificatum Alexandri IV.* Habeo penes me nitido characterc membranis exaratam.

HYACINTHUS e CASALE, Italus, vir magnæ authoritatis apud Summos Pontifices, et Principes Italiæ, cujus opera sæpe usi sunt in rebus gravissimis peragendis, edidit Italice

Documenta utilia, et necessaria pro diversis hominum statibus. Brixiæ apud Franciscum Marchettum an. 1616. Gallice postea translata, et impressa Parisiis apud Joannem Favet anno 1629. in 16.

HYACINTHUS KERVER Capuccinus edidit Gallice

Collectionum, seu *Dictionarium locorum præcipuorum S. Scripturæ pro assertione Religionis Catholicæ.* Parisiis 1644. in 24.

Catechismum Missæ. 1646.

Contradictiones evidentes in Psalmis, et precibus et confessione fidei hæreticorum Calvinistarum. Parisiis, 1646. in 16. apud Ludovicum Boulanger.

Tractatum Controversiarum, 1646. in 24.

HYACINTHUS a NOVOCASTRO in Normania, Tertii Ordinis S. Francisci, provinciæ S. Ivonis Concionator, et Theologiæ Lector, et deinde Confessarius Monialium Regii Monasterii sanctæ Elizabethæ Paris. prope *Templum*, edidit Gallice

Psalmodiam interiorem, seu *Meditationes de divinis perfectionibus, et excellentiis super omnes status vitæ mortalis, patientis, et gloriosæ Jesu Christi.* Titulus est, *Psalmodia interior.* Parisiis anno 1644.

Liturgiam interiorem, seu *Meditationes de perfectionibus, et excellentiis utriusque sacrificii*, scilicet *Crucis, et Altaris.* Paris. 1644.

HYACINTHUS PARISIENSIS, Capuccinus, scripsit Gallice

De Passione Domini nostri Jesu Christi. Parisiis in 8. Scripsit etiam

Catechismum et instructionem super sanctam Missam, et Divinum servitium, quod ibi agitur, cum explicatione omnium cæremoniarum ab Ecclesia in sacri mysterii celebratione ordinatarum, addita responsione omnibus objectionibus adversariorum hujus augustissimi Sacramenti ad favorem Missionariorum. Parisiis in 12. apud Bullegerum anno 1646.

Contradictiones manifestas, quæ in Psalmis, precibus Ecclesiasticis, in forma ministrandi Sacramenta, in Catechismis puerorum, interrogatoriis eorum qui ad canam, fidei confessionem, et disciplinam Ecclesiarum pretensorum Reformatorum super essentialia fidei puncta admittuntur. Ibidem in 12.

Tractatus controversiarum utilissimos ad errantes revocandos ad veritatis cognitionem.

Primus est, *Doctrina impia prætensorum Reformatorum, plurimas continens blasphemias.*

Secundus, *Prætensi reformati extra Ecclesiam: et norem veritates a Ministro Molinæo recognitæ, communi suæ sectæ doctrinæ contrariæ.*

Tertius, *Ministrorum prætensæ religionis reformatæ mendacia adversus sacram Scripturam.* Ibidem 1646.

Collectionem, Dictionarium præcipuorum Scripturæ sanctæ passuum pro omnibus fidei Catholicæ, Apostolicæ, et Romanæ articulis. Ibidem eodem anno.

J

JACOBUS ALBENSIS, Reg. Observ. provinciæ Januensis,

Omnes partes, et qualitates boni Superioris ex variis locis sanctorum Patrum, et Juris Canonici collectas versu explicavit hexametro. Incipit opusculum, *Qui regis officio fratres, te scire memento.* Habeo penes me us.

JACOBUS ALEXANDRINUS, scripsit

Commentaria in Aristotelis Physica. Codex est antiquus absque anno, aut loco impressionis.

Postillam Quadragesimalem, quæ incipit, *Post sapientia medici.*

Super Ecangelia, habetur ms. in Bibliotheca Convent. Assisii.

JACOBUS AUGUSTODUNENSIS Capuccinus, edidit

Justas expectationes nostræ salutis opponitas desperationi sæculi. Opus plum et doctum, in quo solide refellmntur, et destruuntur pericolosa nonnullorum hujus temporis circa gratiam, et alia utrinsque Theologiæ Scholasticæ et Moralis dogmata, ad fidelium consolationem. Lugduni apud Anisson in 4. anno 1649.

JACOBUS BARGIUS Italus, Ordiu. Minorum Convent. scripsit

Commentaria in primum Sententiarum. Prodierunt Patavii an. 1560.

B. JACOBUS de BENEDICTIS, ob mirabilem sui contemptum dictus *Jacoponus*, nobilis Tudertinus, mirabiliter ad Deum conversus, mirabilem vixit vitam, veram reputans sapientiam pro Christo stultus haberi. Ante Pontificatum Bonifacio VIII. familiaris, ad supremam hanc dignitatem evectum offendit, quod liberius aliqua ejus facta redarguerit, unde conjectus est in carcerem in urbe Prænestina; sed et ille etiam Bonifacio prophetavit carcerem, et captionem a Gallis. Mira dixit, et scripsit.

Rhythmos, et Poemata multa, lingua radi Etrusca, mixtis crassioribus verbis Tudertinis. Culabris, Siculis, Neapolitanis, vilem vestem tum in corpore, tum in carmine affectans, composuit; quæ libris 7. distinxit, et notis illustravit Francisco Tresatus Minorita. Prodierunt Romæ anno 1558. deinde auctiora Venet. in 4. anno 1617.

Habetur in Biblioth. Vaticana *Prophetia Fratris Jacoponi* edita anno 1350.

Canticum de contemptu mundi satis tritum, et commendatum, cui initium, *Cur mundus militat sub vana gloria.*

Rhythmum ad B. Virg. Mariam sub Cruce in Christi Passione stantem, qui incipit, *Stabat Mater dolorosa*, circumfertur in libello Officii Beatissimæ Virginis.

Sententias, et monita salutaria, quæ multi collegerunt, cultiori vero præ reliquis stylo Matthæus Raderus in Viridario Sanctorum (*Rader. par.* 2. *c.* 3.), quorum potiora sunt hæc:

Quomodo homo potest scire, quod est in charitate?

Quomodo homo perveuit ad sui contemptum?

De

De triplici statu animæ.
De quatuor pugnis animæ.
De refrænatione sensuum.
De studio animæ ad virtutes.
De quæstione inter rationem, et conscientiam.
De quinque acutis patientiæ.
Epistolas item plures, et poemata plena ingentis animi.

Obiit sub annum 1306. ipsa Nativitatis Dominicæ nocte, sepultusque est Tuderti in Monasterio Clarissarum Montis sancti in magna veneratione, adjecto hoc Epitaphio:

OSSA B. IACOPONI DE BENEDICTIS,
TVDERTINI FR. ORDINIS MINORVM,
QVI STVLTVS PROPTER CHRISTVM
NOVA MVNDVM ARTE DELVSIT,
ET COELVM RAPVIT.
OBDORMIVIT IN DOMINO
DIE XXV. DECEMBRIS ANNO M. CCCVI.

Ita quidem corrigendum epitaphium, quod in anno, et die mortis errat, ut alias monuimus to. 3. Annal. (*An.* 1306. *Vide ann.* 1298.)

JACOBUS de BLANCHIS, sive *de Albis*, de Alexandria, edidit

Postillas super Evangelium; habentur ms. in Biblioth. Convent. Asisii, et Mediol.

Opusculum per conclusiones in omnes libros Aristotelis.

Commentaria de Cœlo, et Mundo.

De Generatione, et Corruptione.

Erat familiaris Roberto Regi Siciliæ, cujus hortatu prædictos edidit commentarios.

JACOBUS BLASÆUS Brugensis, Cœnobii Duncensi, in plerisque Artesiæ, Hannoniæque civitatibus magna eloquentia, majore etiam animi fervore, ac zelo ad populum conciones habuit, unde etiam factum est, ut ad Numurcensem primo, deinde etiam anno 1601. septima Maii ad Andomarensem Episcopalem Cathedram sit evectus. Scripsit, ac dixit Bruxellæ in D. Gudulæ principe templo

Orationem sermone Gallico peregrino, aut certe non nativo, quod in Flandro admirere. *in funere Philippi II. Regis Hispaniarum* an. 1598. prædie kal. Januarii. Illum annum Belgis memoria tenendum Jodocus de Werdt urbis Antuerpiensis Syndicus, ita chronographice expressit:

Ort Vs, et oCCasVs, boreas, et CæsVLVs a Vester pLanXerVnt CIneres Magnæ phILIppe tVos

Dum multa doctissime composuerit, nec edere vellet, Henricus Willotus ei familiaris, et aliquando consocius, post plurimam ejus laudem, virtutis, et doctrinæ commendationem his eum jam Episc. Namurcensem verbis ad edendos, et aliis communicandos studiorum labores adhortatur: *Vide propterea heros pereruditе, decus omne tuorum, ne Deo, Ecclesiæ, nobis, et posteris sis proliviori silentio injuriæ, et scriptorum locubs dum recondis, aliis thesaurizes. Nam si quid humanitatis tibi in hac declivi ætate contingat, ut tuis sudoribus more bombycum sine tuo proprio fructu immoriaris, fiet, ut vel tui labores pereant, vel alios fortitan immeritos, et indignos tua purpura vestias, tuisque plumis exornes. Felicissima quæque ingenia magno feruntur ardore ad solertam eruditionem tuam scripto delibandam; nam ex floridiore eloquentia sat superque totum Belgium illam degustarit. Dic, quæso, cir clarissime, scientia occulta, et thesaurus inclusus, quæ utilitas in utriusque?*

JACOBUS BONUS, Venetus, Concionator Apostol. scripsit

Librum de Laudibus B. Mariæ. Barletta in Sermone de Conceptione Virg. Mariæ.

JACOBUS du BOSC Gallus, Regul. Observ. Consiliarius, et Concionator Regius, illustris prosapiæ vir in scribendo politissimus, Gallice scripsit, et edidit

Vitam, et Martyrium B. Francisci Belli Minoritæ. Parisiis apud Viduam Joannis Camusat in 8. an. 1644.

Feminam Heroicam, vel Heroinas Heroibus collatas in omni virtutum genere. Parisiis in 4. 1645.

Feminam honestam, opus in Gallia sæpius recusum.

Philosophum indifferentem. Parisiis in 4. an. 1643.

Panegyricum ad Cardinalem de Richelieu. Parisiis in 4. an. 1643.

Consolationem ad Cardinalem Mazarinum super morte matris suæ. Paris. anno 1644. in 4.

Eucharistiam pacificam. Parisiis in 4. an. 1647. Tradnxit ex Hispanico in idioma Gallicum

Sermones diversos Sebastiani de Avendagno Minoritæ, et

Sermones de Adventu, ac de Quadragesima Hieronymi Narniensis Vicarii generalis Capuccinorum, de quibus suo loco diximus.

JACOBUS BOULDUC Parisinus, Capuccinus prov. Parisien. Definitor, et Concionator eruditus, edidit

De Ecclesia ante legem libros tres; in quibus indicatur, quis a mundi principio usque ad Moysem fuerit ordo Ecclesiæ, quæ festa, quæ templa, quæ sacrificia, qui Ministri, quive ritus, et cæremoniæ, et alia multa arcana ex fontibus præsertim sacri sermonis exhausta. Lugduni sumptibus Claudii Landry anno 1626. in 8. et Parisiis apud Josephum Cotterean an. 1630. in 4.

Commentaria in lib. Job, præmissa Hebræi idiomatis accurata versione, ac brevi paraphrasi; variæ etiam tam editiones, tum lectiones cum vulgata collatæ expendnntur; necnon idiomatisml, phrases, et singula textus vocabula, potissimum Hebræa diligentissime explanantur, ex eisque omnibus genuinus, ac primarius litteræ sensus tandem ornitur. Tomus alter amplissima tropologia locupletes est. Lutetiæ Parisiorum in 3. editione in duobus tom. in fol.

De Orgio Christiano libri tres, in quibus declarantur antiquissima sacrosanctæ Eucharistiæ typica mysteria, quæ in frumento ab Adam instituta, deinde a Noe additione vini illustrata, perque totum Orbem pie celebrata, sensim apud Gentiles in Orgiorum vocabulo " *mutata,* in ritibus horrendis fœditates contraxerunt. Lugduni sumptibus Hieredum Gabrielis Boissat, et Laurentii Anisson anno 1640. in 4.

JACOBUS BURDEGALENSIS, Capuccinus, edidit

Elementa linguæ Hebraicæ. Parisiis anno 1646.

JACOBUS CESA, edidit

Tractatum de Conceptione B. Virg. Mariæ.

JACOBUS CAROLUS Lusitanus, edidit

Expositionem in Psalmum Miserere. Muntuæ 1603.

JACOBUS de CHEVANES Augustodunensis, concionator Capuccinus insignis, Religiosi status defensor acerrimus, libris famosis contra Religiosos Ordines a Joanne Petro Camusio Parisino editis acntam simul, et doctam opposuit Apologiam, et confutationem tacito proprio nomine sub titulo Gallico:

Les entretiens curieux d'Hermodore, et du voyageur incognu par le sieur de sainct Agnon. Lugduni apud Joannem Caffum 1634. in 4.

Plura

Piura scripsit docta, et solida in eundem finem Gallico idiomate, quæ brevi lucem aspicient.

JACOBUS COMPLUTENSIS, sive Jaymus de Alcala, prov. Aragoniæ, scripsit

De militia Christiana. Compluti anno 1570. in 8

Lucernam Minorum, et expositionem bullæ Exigit nianæ. Deest locus, et annus impressionis.

JACOBUS CORENUS Gallus, Reg. Observan. prov. S. Ludovici Minister Provincialis, vir doctus, et facundi sermonis, scripsit

Observationes in Evangelia Quadragesimalia Passionis, et Resurrectionis Domini, in gratiam verbi Dei concionatorum. Lugd. sumptibus Antonii Chardon sub signo S. Spiritus 1627.

Discursus, seu *Tractatus de dignitate Sacerdotali* Gallico idiomate, quos ipse edit at feria tertia post Dominicam secundam in præcitato opere.

Clypeum patientiæ pro omnibus morbis, et calamitatibus, opus quidem doctum, et varium. Lugduni in 8. Illud in Gallicum idioma vertit eleganter Valerianus Divionensis Capucinus. Prodiit ibidem apud Ludovicum Muguet anno 1630. in 4.

JACOBUS FABER Italus, Comensis, provinciæ Mediolanen. Reg. Observ. scripsit

Tractatum de medio demonstrationis. Venetiis anno 1564. in 4.

JACOBUS FARCIN Gallo-Brabantus, provinciæ Germaniæ inferioris, aliquoties Guardianus, vir multarum linguarum peritissimus, Concionator. celebris, et insignis Theologiæ moralis Lector, singularem libellum Fr. Alphonsi Madritensis

De vera Deo apte inserviendi methodo in Latinum studio Joannis Hentenii sac. Theologiæ Lovaniensis Doctoris versum, transtulit in vernaculum Teutonicum, *aliaque* nonnulla conscripsit.

Charitate in proximum flagrans, postulata a Superioribus licentia, relicto Conventu suo Werthensi, animam suam pro fratribus suis ponens epidemiæ morbo Trajecti Mosæ infectis * *insercions*, eadem contagione e vivis sublatus piam Deo animam reddidit ibidem an. 1633. die 22. Augusti.

JACOBUS FLORENTINUS, evulgavit

Summam Raineriі Pisani a se recensitam. Venetiis apud Ferdinan. Lythen. 1486. in fol.

JACOBUS FODEREUS Gallus Burgundus Reg. Observ. provinciæ S. Bonaventuræ, scripsit Gallice

Narrationem historicam, et topographicam Conventuum Fratrum Minorum, et Monasteriorum Ordinis S. Claræ erectorum in provincia antiquitus nuncupata Burgundiæ, nunc vero S. Bonaventuræ, ornatam peculiaribus descriptionibus urbium, et locorum, ubi prædicta Cœnobia sunt erecta, præmissa etiam compendiosa deductione progressus dicti Ordinis Minorum ab ipso exordio usque ad prædictæ provinciæ erectionem. Lugduni apud Petrum Rigand an. 1619. in 4. Vide verbo *Claudius Picquet.*

JACOBUS in FROIGNE Gallus, provinciæ Franciæ Parisiensis Minister, et totius Ordinis Definitor, edidit librum satis pium, et doctum, quem inscripsit

Paradisum castitatis, seu Claustrum Monialium, in quo demonstratur, omnes, et singulas sanctimoniales tacite, vel expresse professas, receptas, et recipiendas, cujuscunque Religionis, et Ordinis, etiam illas, quæ vulgo *Tertiariæ* nuncupantur, de jure ad chausuram teneri perpetuam, sub obligatione conscientiæ, et violationis sui voti, ac status. Opus pertutile ex thesauris sacræ Scripturæ depromptum, et ex Summorum Pontificum, et Conciliorum Œcumenicorum decretis, et constitutionibus concinnatum, ac variis sanctorum Patrum sententiis refertum, his præcipue, quibus Monastium regimen demandatum est, etiam illis, qui apud eas de optimo statu Religionis conciones habere solent. Parisiis apud Dionysium Moreau 1624.

JACOBUS GARIBI Italus, e Porta Manritii, Vitam S. Francisci descripsit versu Italico, opusque ita inscripsit:

Il Seraphico san Francesco; dedicavitque Francisco Gonzagæ olim totius Ordinis Ministro. Gennæ apud Hæredes Hieronymi Bardioli an 1595.

JACOBUS e S. GEMINIANO scripsit

Sermones de Tempore.

JACOBUS de GRISSANTO Castri Florentini, provinciæ Tusciæ, et Custodiæ Florentiæ, scripsit

Quadragesimalia quadraginta duo.

Sermones Dominicales.

Sermones festivos.

Claruit circa an. 1300.

JACOBUS de GRUMELLO provinc. Brixiæ, edidit

Serenam conscientiam in Regulam Minorum.

JACOBUS GUISIUS Montensis Hannо, Doctor Theologus, Mathematicus, ac Philosophus, patriæ antiquitatis, historiarumque studiosus, scripsit

Annales, sive Chronica Comitatus Hannoniæ tribus tomis mss. apud Minores ad Montes Hannoniæ; ex quibus Joannes Lessabæus compendium hausit, et Lutetiæ evulgavit Gallice sub hoc titulo: *Extraict des Chroniques de Jaques de Guise.*

Decessit Valencenis anno 1398. apud suos sepultus ante odeum sub lapide marmoreo.

JACOBUS HENRICUS de ALBA provinc. Januensis, et Custodiæ Astensis, compilavit per quæstiones, et conclusiones

Libros omnes Philosophicæ, et Regi Siciliæ, sive Neapolis Roberto dedicavit.

Floruit circa anno 1340.

JACOBUS HYGO Conventualis, edidit

Observationes Theologicas, Historicas, Morales, et Politicas in acta totius sacrosancti Concilii Tridentini. Rothomagi anno 1569.

JACOBUS LAUDENSIS provinc. Mediolanensis, scripsit.

Summam casuum conscientiæ. Citatur inter Summistas in Summa Angelica.

Floruit sub an. 1350.

JACOBUS e LENDE Gallus, reliquit

Sermones Adventus a se Parisiis habitos, quos multi ex ejus ore excipientes scripserunt.

JACOBUS MALAFOSSA, sive Malafossius, ex oppido Bargæ, quod situm est in Italiæ subalpinis, quæ Gallia sunt finitimæ, qui diu professus est publice Theologiam in Academia Patavina, et Tauriniensi; egregius fuit Metaphysicus, habuitque ingenium subagreste, atque ideo ad locubrationum labores maxime validum. Quæ ipse declamabat, quodam tempore ita condiebat, ut omnibus redderetur gratus, sed adeo gravi, et sedata voce, sæpenumsoque facetiarum sale exprimebat, ut auditores certatim ad eum confluentes in subselliis scriptitando explicatas sententias notis exciperent. In disputando fuit acerrimus. Edidit

Enarrationem in primum, secundum, et tertium librum Sententiarum Scoti, in qua centum quinquaginta, quæ videntur esse contradictiones Scoti, solvuntur. Patavii anno 1560.

Expositionem in Metaphysicam Aristotelis.

Habuit *orationem ad Patres in Concilio Tridentino.*

Obiit

Obiit anno ætatis 82.

JACOBUS de MENESES Hispanus, edidit

Institutionem doctrinæ Cristianæ. Mautuæ anno 1546.

JACOBUS de MASSA scripsit

Historiam Montis Alvernæ; quem perperam ait Possevinus pertinere ad Camaldulenses in Italia, cum nullum aliquando in Montem hunc jus habuerint.

JACOBUS MILESIUS Hibernus, Pontanensis, Strict. Observ. provinciæ Torræ laboris almmus, Collegii Romani S. Isidori Minorum Hibernorum olim Vicarius, scripsit Italice

Artem novam cantandi, sivo *brevem methodum musicæ addiscendæ,* ab hujus artis peritis commendatam. Neapoli in 8. anno 1630.

De Corona, sive *Septenario B. Mariæ Virginis.* Ibidem apud Octavium Beltranum 1631. in 8.

Typum Conceptionis immaculatæ Virg. Mariæ. Ibid.

Catechismum Anglicum ad erudiendos hujus gentis viros, qui in Italia ad fidem Catholicam convertuntur. Ibid.

Obiit Neapoli anno 1639.

JACOBUS de MOZANICA Mediolanensis, vir doctus, insigni Prædicator, primum Vicarius, deinde Minister generalis totius Ordinis, mox Nuncius Apostolicus, de quo nos diffuse tom. 6. diximus, scripsit

Lectiones super Psalm. Beati immaculati.

JACOBUS NIGER Athensis, Ecclesiastes, et Theologus insignis, Poeta Latinus, et Gallicus, edidit Gallice

Viridarium spirituale Amoris. Leodii 1621.

Tractatum *de Reliquiis sanctorum,* quem *Tropherum* inscripsit, adversus hæreticos. Ibidem 1624.

De Vita, et invocatione S. Rochi Confessoris, Patroni adversus pestem. Insulis 1638. in 8.

Dialogos duos Latine. Prior inscribitur, *Thorus immaculatus,* quo traditur, cavendum esse ab hæreticis, ubi, et quando Catholicis placuerit inire conjugium. Posterior, *Noli me tangere,* de libris hæreticorum non tractandis.

JACOBUS ODO Perusinus, provinc. sancti Francisci, scripsit rudi satis lingua Italica

Speculum Ordinis Minorum, quod vulgariter vocant *Franciscbinam,* in quo per duodecim capita, per varios titulos virtutum recenset omnes viros Sanctos, et illustres, qui in Ordine floruerunt. Duo erant exemplaria ms. hujus operis, unum ad sanctæ Mariæ Angelorum, sive de Portiuncula in agro Assisiate; alterum Perusii in Conventu Montis, quod mihi transmissum est. Codex est magnus, stylo barbaro, historia verilica.

JACOBUS PANISCOTIUS, sive *Paniscoti,* Melitensis, aliis *Melfetanus,* sive *Amalphitanus,* scripsit

Uberem expositionem in Psalmum 14. *per modum Dialogi,* interlocutoribus Davide, et Salomone, hoc interrogante, illo respondente. Incipit, *Cum ceterum ambitus.*

Commentaria in decalogum, quæ prodierunt Venetiis apud Comunum de Tridino anno 1556.

Commentaria in articulos fidei. Ibidem apud Aurelium Pintinm au 1535.

Vivebat anno 1550.

B. JACOBUS PICENUS, sive *de MARCHIA,* ex oppido Montis Brandonis agri Asculani, vir doctissimus; miraculis ante ortum, in vita, et post mortem clarissimus, de quo nos multa diximus in quinto, sexto, et septimo tomis Annalium. Verbo, et scriptis indefesse pugnavit contra hæreticos Fraticellos in Italia, Mauichæos in Bosna Croatia, Patarenos, et Arianos in Hungaria, in quibus plurimas passus est insidias, et molestias; suffultus tamen authoritate sibi commissa Inquisitoris Generalis contra hæreticorum pravitatem omnia superavit, profligato ex multis locis hoc genimine viperarum. Multas tulit suppetias Callisto III., Pio, et Paulo Secundis contra Turcas prædicans Cruciatam per universam Italiam, ubique summopere concupitus: sanæ Religionis disciplinam quocumque Ibat, verbo et exemplo restituit. Durum snbivit certamen circa genus adorationis debitum Sanguini Christi in tridno effusi, de quo publice disputandum fuit in Basilica Vaticana coram Pio II. A Ferdinando Rege Neapolim vocatus, post multa egregie præstita, et spiritu prophetico multa certissime prænunciata decessit sanctissime anno 1476. die 23. Novembris, sepultus honorifice in sacello magnifico a Gondisalvo Fernaudez magno Duce sub Carolo V. constructo. In Beatorum numerum ab Urbano VIII. postremo relatus est. Scripsit

Dialogum contra Fraticellos de opinione. Incip. *Vidi de mare bestiam ascendentem.* Hucbo apud me ms.

Tractatum de Sanguine Christi, contra eos, qui contendebant, controversiam hanc olim snb Clemente VI. fuisse decisam, et sententiam suæ opinioni contrariam fuisse prosceptam. Incipit, *Cum quidam processus cujusdam sententiæ.* Habeo apud me ms.

Integra Quadragesimalia duo.

Adventualia duo.

Varios de Sanctis sermones, inter ques quatuor habentur *de S. Francisco.*

Tractatum de admirabili gloria Virginis Mariæ, assumpto themate, *signum magnum apparuit in cælo.* Incipit, *Astitit, Regina a dextris tuis.*

Tractatum alterum de locis communibus divinum in quinque partes, quarum unaquæque continet varios tractatulos. Incipit, *Quoniam, ut ait Apostolus.* Atque hæc omnia conservantur inter reliquas ejus sacras exuvias prope ejus corpus in sacrario, et dicuntur ipsius manu exarata.

Summam Pisanellam recensuit.

Possevinus alia adjungit opera, quo tamen teste, nescio, citat tantum Franciscum Gonzagam; sed hic tribuit Jacobo tantummodo varios sermones. Hæc autem scripsisse ait Possevinus:

Commentaria in quatuor libros Magistri Sententiarum.

Quodlibeta; et

Doctrinam Scoti, inquit, *in tabulas redegit.*

JACOBUS PIERIUS Etruscus Pistoriensis, Theologus, et Confessarius serenis. Ducis Etruriæ, edidit

Contradictiones in Prologum primum, et secundum Sententiarum Scoti. Florentiæ apud Petrum Ceccoucilium anno 1521. in 4.

JACOBUS PICTOVIENSIS, forte Pictaviensis, edidit

Sermones de Tempore.

JACOBUS de PISTORIA, edidit

Conciones de Conceptione B. Mariæ.

JACOBUS POLIUS Germanus Marcodnranus Strict. Observ. provinciæ Coloniæ, nationis Germanicæ Chronista, Guardianus Oppenheimensis, provinciæ Definitor, necnon provinciæ Thuringiæ Commissarius visitator, noster amicus, a quo prædictæ provinciæ, et Germaniæ inferioris rebus scribendis magnum accepimus subsidium, videlicet

Chronica provinciæ Coloniensis compacta ex monumentis


image
not
available

in Hollandia Apostolicas functiones obiens, cum singulari zelo, et indefessa verbi Dei prædicatione fidem propagaret, et multos converteret, edidit

Disputationem habitam inter se, et Pseudoministrum verbi Dei Calvinistam super materia de Justificatione. Duaci anno 1633.

JACOBUS VAGARELLUS, aliis *Ungarellus*, Patavinus, scripsit

Additiones ad summam Angelicam, quæ prodierunt primum Lugduni anno 1538. et deinde Venetiis anno 1569. in 4. Vide verbum *Angelus Clavasius*.

Tractatum eruditum contra Hebræos.

Obiit Forolivii cum opinione sanctitatis, ubi hoc legitur epitaphium:

HIC IACET
CORPUS B. IACOBI VAGARELLI
DE PADVA
ORDINIS MINORVM
REGVLARIS OBSERVANTIAE
OBIIT AN. M. DXVII.

JACOBUS N. Convent. scripsit

Metrologias, sive *de Arte Prosodiæ*.

JANUS LATINIUS Calaber, Phinonens, edidit

Margaritam novellam de arte Chimica, et Philosophorum lapide, diligenter elaboratam ex solidioribus principiis præcipuorum authorum, qui de hac re scripserunt. Venetiis apud Aldum, anno 1546. In præfatione promittit

Methodum in omnes libros Raymundi Lulli. An vero ediderit, ignoro.

JEREMIAS BUCHIUS Utinensis Convent. edidit Italice

Expositionem in Psalmum 14. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?*

In Psalmum 21. *Deus, Deus meus respice in me.* Prodierunt Florentiæ apud Bartholomæum Sermoctelium an. 1572.

In Psalmum 22. *Dominus regit me.*

In Psalmum 24. *Ad te, Domine, leraci animam meam, Deus meus, in te confido.*

In Psalmum 84. *Benedixisti Domine terram tuam.*

Tractatum de Angelis.

Alterum de Sacramento Altaris.

Alium de Nobilitate Beatissimæ Virginis.

Commentarium in Orationem Jeremiæ Prophetæ.

Alterum in Canticum Zacharie.

Librum Conformitatum Vitæ S. Francisci cum Christo a Bartholomæo Pisano compositum, recognovit, edidit Bononiæ apud Alexandrum Bonatium ann. 1590. Vide in verbo *Bartholomæus Albizii*.

Vixit sub annum 1690.

JESUALDUS PANORMITANUS Capucinus, provinciæ Colonensis, scripsit

Summam casuum conscientiæ. Antuerpiæ anno 1647. duobus tomis in fol.

IGNATIUS GARCIA Majoricensis, Reg. Observ. Custos prov. ejusdem regni, qui per universam Hispaniam tanquam Prædicator Apostolicus miro prædicabat applausu, quem ego sæpe Salamanticæ, et in curia Regis Catholici concionantem audivi; edidit Hispanice

Sermonem de Passione, et doloribus Christi, et alios diversos.

IGNATIUS le GAULT Vicarius Generalis, et Commissarius Apostolicus omnium Recollectorum Galliæ, scripsit

De sanctitate Romanæ Ecclesiæ.

Sermones.

IGNATIUS LUPUS Bergomensis, sacræ Theologiæ Lector emeritus, olim Custos, Strict. Observ. edidit

Commentaria in excommunicationis censuram pro indemnitate Hospitalis magni sancti Marci urbis Bergomensis. Prodiit ex eadem urbe anno 1637. typis Marci Antonii de Rubeis.

Commentaria in censuras, et casus reservatos. Ibidem iisdem typis anno 1636.

ILDEBRANDUS de TUSCANELLA Tusciæ oppido ditionis Pontificiæ, scripsit

Tractatum de lege Evangelica, et divina, et de decem præceptis Decalogi. Incipit, *Legem pone mihi Domine.* Habeo apud me ms.

ILDEPHONSUS BRIZEÑO Indicus Chilensis, apud Limanos suæ. Theologiæ Professor emeritus, vir quidem doctissimus, quem in Comitiis generalibus Romæ habitis anno 1639. cognovi, graviter, et solide disputantem perspexi, a regno Peruano missus Orator ad Urbanum VIII. Summum Pontificem pro connumerando inter Sanctos Francisco Solano venerabili servo Dei Peruanorum Apostolo, postea Episcopus Nicaraguæ, scripsit

Celebriorum controversiarum in primum Sententiarum Scoti tomos duos, admirtis potissimis dissertationibus Metaphysicis. Prodiit uterque tomus Madriti ex Typographia Regia an. 1638.

Vivit adhuc.

ILDEPHONSUS de POZZUOLO Hispanus, provinciæ sancti Gabrielis Discalceat., edidit quæstionem Theologicam

Utrum cuncti fideles Christi-paræ Mariæ Ave *dicentes eo ipso illam ab originalis culpæ labe immunem protestentur.* Compluti anno 1616.

ILDEPHONSUS a SANZOLES, Hispanus provinciæ S. Jacobi, scripsit

Discursus, sive *Commentaria in Symbolum Apostolorum.* Metymnæ Campi anno 1593.

Compendium Commentariorum in Evangelia, quæ in Missali Romano continentur. Ibidem 1592.

Funerale, sive *Commentarios super Evangelia, et Epistolas, quæ cantantur pro defunctis.* Salamant. 1585.

Elenchum operum Ludovici Granatæ. Salamant. 1584.

Tabulam, sive *Indicem librorum omnium Didaci Stellæ.* Ibidem 1584. et 1587. tomis duobus.

ILDEPHONSUS a VASCONES Hispanus, provinciæ Granatensis in familia Recollectorum, sæpe inter eos Guardiani functus officio, scripsit Hispanice

Stimolo del alma dormida, idest *stimulus, seu punctorium animæ dormientis.* Hispali 1619.

Antidotum animæ. Madriti 1624.

Destierro de ignorantias, y arino de penitentes, idest, *expulsio ignorantiæ, et admonitio Penitentium.* Hispali 1619. et Valentiæ 1620. et Barcinone apud Sebastianum Materad anno 1622.

ILLUMINATA BEMBA socia Beatæ Catharinæ Bononiensis, et post illam Abbatissa insignis, magnique Monasterii Corporis Christi ejusdem urbis, scripsit lingua vernacula librum, quem prænotavit:

Illuminationis speculum.

Vitam suæ Magistræ Catharinæ, effigitantibus Abbatissa, et Sororibus Monasterii Corporis Christi Ferrariæ. Habeo penes me ms.

ILLUMINATUS MORONUS Bergomensis, Strict. Observ. sanctæ Inquisitionis contra hæreticam pravitatem Consultor, edidit

« Centum responsa centum quæsitis ex iis, quæ illi

« *illi in dies deferebantur solennia*, in quibus non contemnendæ difficultates de censibus, alienatione bonorum Ecclesiasticorum, aliisque contractibus, legatis, bonis dotalibus, hypothecis, prælatione de bonis proscriptorum, filiorum familias deposito, successoribus, vectigalibus, sepulturis, quarta funerali, et concursu ad beneficia; necnon de statu Regularium, reclamatione super invaliditate professionis, consuetudinibus, præcipue contra Regulas religionum, approbatione ad Confessiones, administratione Sacramentorum extra proprias Ecclesias, provisionibus Superiorum, de actibus Capitularibus, irregularitatibus, ignorantia, scandalo, occasione proxima, indulgentiis, utroque Jubilæo, casibus tam Secularibus, quam Regularibus Prælatis reservatis, deque potestate, et modo reservandi, aliisque quamplurimis ex sacra Theologia, ac utriusque Juris principiis clare, breviter, et dilucide non injucunda, nec inutili lectu gentium labore explicantur, et solvuntur ». Ita autor omnia hæc exponit in titulo, seu operis frontispicio. Illud Principi, et Senatui Veneto dicatum prodiit Venet. apud Combum 1645.

INNOCENTIUS SBORCHIUS, provinciæ S. Francisci edidit

Triumphum Sanctorum versibus heroicis. Viterbii 1606.

Aulam Principum 1629.

INNOCENTIUS NEAPOLITANUS, Strict. Observ. composuit

Officia sanctorum Bonaventuræ, Ludovici Episcopi, Bernardini, et 23. Martyrum Japonensium, ad imitationem officii S. Francisci.

JOACHIMUS a PUTEO Antuerpien. Tertii Instituti S. Francisci Convent. Antuerp. et Middelburgensis Minister, sincerus, pius, et eruditus Religiosus, scripsit vernaculo sermone

Contemplationes in septem effusiones sanguinis Christi.

De septem Doloribus B. Mariæ Virg.

Præparationem ad sanctissimam Eucharistiam.

Speculum Virginum, cum Montibus sanctæ Gertrudis Virginibus sacris osset a Confessionibus.

Ciarebat anno 1610.

JOANNA de JUSSIE, Religiosa Monasterii sanctæ Claræ Genevensis in Gallia, quæ post expulsionem Catholicorum e civitate Genevensi fuit Abbatissa Monasterii Annecíensis in Sabaudia, edidit

Ferventum Calvinismi, seu principium hæresis Genevensis. Camberii apud Ciandium du Four in secunda editione 1625.

JOANNES ÆGIDIUS Zamorensis, provinciæ S. Jacobi ainumus, quem perperam prov. Lusitaniæ Ministrum faciunt Willotus, et Possevinus, cum sub illud tempus provincia illa adhuc non extaret, sed eadem esset cum illa S. Jacobi. Vir fuit undequaque doctissimus, et moribus probatissimus, unde Alphonsus X. Astronomus. qui tabulas fecit Alphonsinas, Hispaniæ Rex, cum dedit præceptorem filio suo Sancio, qui postea successit in regno, et Joannem habuit summe charum, et familiarem. Ei proinde dedicavit Joannes libruin, quem composuit,

De proveniis, sive *de laudibus Hispaniæ*, quem etiam Abulensis citat 9. 18. prologi in Josue to 1. Scripsit insuper

Historiam naturalem, Ecclesiasticam, et civilem, universam historiæ molem sex ingentibus voluminibus complexus, quorum insignia exemplaria membranea asserv antur in Biblioth. Zamorensi Minorum jam magna rei historicæ jactura temporis perpessa injuria (*Tomo 2. Annal. an.* 1260. *num.* 55.). Multi viri docti in Hispania, præsertim historici, illa viderunt, et citarunt; videndus Salazarins de Mendosa in vita S. Ildephonsi Toletani.

Alium edit tomum, quem præmovavit: *Archivium omnium Scripturarum;* nbi optima quæque eruditionis Ecclesiast. argumenta ad præcipua capita redxit.

Robusto corpore, integra semper valetudine ad tantam pervenisse senectutem scribit Almlensis tomo 2. in Josue cap. 25. et 3. Regnm. c. 3. q. 11. *ut quamvis*, inquit, *pleraque volumina tam historiarum, quam sapientialium scripserit, nec litteras cognoscerct, nec scivet, se esse, qui libros illos ediderit.*

Floruit post annum 1300.

JOANNES ALCOZER Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Aragoniæ, edidit

Copiosum Confessionarium, seu instructionem Pœnitentum. Cordubæ 1592.

Tractatum compendiosum, et utilem de Ceremoniis Missæ, inter eos, qui de sacris Ritibus tractant, valde acceptum. Madriti an. 1614. et 1617.

JOANNES de ALVERNIA composuit

Præfationem S. Francisci: Qui venerandum, etc.

JOANNES AMALIN Gallus, Reg. Observ. provinciæ Aquitaniæ antiquioris Minister, in ordinem redegit, suisque locis per materias disposuit

Commentarios Scoti in Sententias, et reliqua, quæ invenire poterat illius opera. Habentur mss. in Biblioth. Minorum Ruthenesi ejusdem provinciæ.

JOANNES ANDREÆ opera omnia S. Hieronymi ad compendium, et ciaram methodum reduxit, appellavitque librum hoc vocabulo:

Hieronymianum; habetur ms. in Bibliotheca S. Francisci Assisii.

JOANNES a S. ANDREA provinc. sancti Joseph, edidit Hispanice

Arborem spiritualem vitæ, et mortis, an. 1621.

JOANNES ab ANGELIS Hispanus, Minister prov. S. Joseph, edidit Hispanice

De sacratissimis mysteriis Sacrificii Missæ. Madriti 1604.

Varias considerationes in Cantica Salomonis, anno 1607. et 1610. Latine, et Hispanice.

Manuale vitæ perfectæ. Madriti anno 1608.

Luctam spiritualem, et amicam inter Deum, et animam Christianam. Prodiit Madriti 1600. et Valent. 1602.

Tractatum *de præsentia Dei*, Madriti 1607.

Triumphum Amoris divini. Methymnæ Campi 1590.

De conquirendo regno Dei, quod intra nos est, dialogos eruditos. Compluti anno 1602. et Madriti typis Regiis 1608. nbi primo prodiit 1595.

JOANNES ANGLICUS natione, et cognomine, Doctor, et professor sacræ Theologiæ Parisiensis, vir pius, et eruditus, scripsit

Commentariorum super Magistrum Sententiarum libros quatuor.

In Apocalypsim sancti Joannis lib. 1.

De perfectione Evangelica librum 1.

Sermones varios librum 1.

Manipulum florum librum 1.

Quando floruerit, nescitur. Alium Joannem Anglicum recenset Willotus, et Universalia Scoti dicit exposnisse, et tertium ab utroque alterum ait floruisse sub Innocentio III., ab eoque destinatum Legatum ad Anglos; sed sub Innocentio III. cœpit re-

religio Minorum tantum exoriri, nec firmas egit radiores, neque ullus tunc erat tanti nominis Joannes, qui hoc munus possit subire. Sub Innocentio V. Joannes provinciæ Angliæ Minister Collectorem subsidii Apostolici egit in regnis Angliæ, Scotiæ, et Hiberniæ, de quo extant ejusdem Innocentii litteræ tono primo Annalium Minorum anno 1248. num. 5. Fortassis hic unus est ex prioribus duobus, aut omnes in unum coalescunt. Expositio vero Universalium Scoti sub nomine Joannis Anglici prodiit Venetiis anno 1511. cujus ego habeo exemplar antiquum ms., ejusque authorem claruisse ait Pitseus sub annum 1390. qui etiam in Indice Scriptorum Franciscanorum quartum enumerat Joannem Anglicum Minoritam.

JOANNES N ANGLUS suc. Theologiæ Lector, composuit

Summam casuum conscientiæ, quæ ab authore nuncupatur *Summa Joannina*.

Floruit circa an. 1350.

JOANNES ANTONIUS BRANDUS, Siculus Salernitanus dicus. Mazarensis tertii Ordinis sancti Francisci, vir summe pius, et doctus, Clementi Octavo perquam charus, ab eoque Romam ob virtutis constantissimam famam accersitus, scripsit carmine heroico

De Rosario B. Virginis. Prodiit Panormi anno 1596.

Litteras ad Rempublicam Venetam Apostolico interdicto subjectam, ut resipisceret, et Romano Pontifici obediret.

Chronicon Romanorum Pontificum.

Vitam S. Philippi Agyrensis.

Obiit Romæ ad SS. Cosmæ et Damiani anno 1626. publica sanctitatis opinione.

JOANNES ANTONIUS DELPHINUS a Casale Majore insigni oppido ditionis Mediolanensis nuncupatus, sed in illius oppidi vico Rompeani Marco patre, vire humilis fortunæ, natus, a teneris annis apud Patres Conventuales initiatus, Cremonam missus humanioribus, deinde Bononiam gravioribus litteris eam operam dedit, at Magistri lauream acceperit, in Religione per omnes gradus ad Vicariatum generalem an. 1559. pervenerit, in quo mira mansuetudine, et lenitate usus, omnium sibi reverentiam, et amorem conciliavit, juxta illud Ecclesiastici (3.): *Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super gloriam hominum diligeris.* In incessu compositus, in conversatione hilaris, eloquio dulcis, facie pervenusta, capite magno, et calvo, barba prolixa, canis conspersa. lectionis, et scriptionis avidissimus, nullam pati poterat temporis jacturam. Sub mediam noctem post brevem somnum ad studendum surgebat, unde condiscipuli jocose *mediam noctem* eum appellitabant. Vir acri judicio prædituss scripsit

De potestate Ecclesiæ, opus mole non omnino magnum, sed certe vi, et perspicuitate rationum haud exiguum, quo universum ferme negotium de Ecclesia inter Patres Orthodoxos, atque Protestantes hæreticos controversum in tres libros est distributum. Prodiit Venetiis apud Andream Arrivabenum anno 1552.

De Matrimonio, et celibatu libros 2. quorum primo quidem agitur methodice *de universo Matrimonii negotio*, et secundo *de Celibatu sacris initiatorum, deque* moquidem agitur methodice *de universo Matrimonii nenasticis votis, et de Institutis Regularium.*

De salutari omnium rerum, ac præsertim hominum progressu, libros quinque, quorum

Primus est *de rerum eventu.*

Secundus *de prædestinatione.*

Tertius *de peccato originali.*

Quartus *de libero arbitrio.*

Quintus *de Justificatione.* Prodierunt Camerini apud Antonium Gujossum anno 1553. Scripsit insuper

De cultu sacrarum Imaginum.

De cœlestibus globis.

De divina providentia libros tres. Romæ an. 1588.

De methodo, opuscula Logicalia.

De agendis in Concilio Tridentino, et qualiter, et in quem finem Patres ea disserere conveniat. Romæ apud Laurentianum anno 1561.

Demum vocatus ad prædictum Concilium a Pio IV Bononiæ, alii putant Romæ, febre correptus obiit anno 1560. cum tunc esset sui Ordinis Vicarius Apostolicus.

JOANNES ANTONIUS FAVENTINUS, alias *AVENTINUS*, Ecclesiastes suo tempore clarissimus, edidit Italice

Meditationes quasdam non minus doctas, quam utiles.

Vivebat anno 1577.

JOANNES AQUENSIS, sive ab *AQUIS-GRANO*, vir pius et devotus, Mechliniæ multos annos a confessionibus fuit sororibus Clarissis: jussu Matthiæ Weynsenii Dordraceni Guard. ot Commissarii generalis ex idiomate Latino vertit feliciter in Belgicum

Contemplationes Idiotæ lib. 6. Antuerpiæ typis Vostermanni. Claruit anno Christiano 1535.

JOANNES de ARGAMANES Hispanus, provinciæ S. Jacobi, vir gravis, at doctus, scripsit

Tractatum de valore Indulgentiarum. Hispali 1548. et 1622.

Speculum Fratrum Minorum, in quo præcipuas quasque explicat difficultates, quæ occurrere possunt circa statum, et Regulam Minorum. Prodiit primo Latine in libro, cui titulus: *Enchiridion*, seu *Manuale Fratrum Minorum* anno 1535. deinde Italice Tarvisii in ditione Veneta apud Dominicum Amicum anno 1593.

Clypeum sacrarum Monialium. Habetur in Enchiridio Fratrum Minorum.

Floruit sub annum 1505.

JOANNES ASCULANUS, quem Possevinus ait successisse S. Bonaventuræ in Generalatu; sed *Hieronymus* ille fuit Asculanus, non Joannes, uti supra dixi in verbo *Hieronymus Picenus.* Ille autem scripsit

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Epistolas plures ad diversos.

Vixit anno 1270.

JOANNES AUGUSTINUS de la Spetia

Hymnos novos in novum cantum redegit tomis duobus.

JOANNES ab AYLLON Indus Limensis, Reg. Observ. provinciæ SS. duodecim Apostolorum, edidit metrice

Relationem, sive *historiam celebritatum, quas peregerunt Limenses per dies octo, quando receiverunt canonizatos fuisse viginti tres Martyres Japonenses.* Limæ 1630.

JOANNES ab AYORA Hispanus, Minister provinciæ SS. Petri et Pauli de Mechoacan in Indiis Occidentalibus, Reg. Observ. edidit lingua Tarasca

Tractatum de sanctissimo Sacramento Eucharistiæ.

Ad

Ad insulas Philippinas proficiscens, ut gentem illam variis erroribus, et superstitionibus addictam ad Christi fidem adduceret, postquam oblatum sibi Episcopatum Mechoacanum recusarat, obiit in Ituere.

JOANNES BALANIUS Andrius, recognovit, ac edidit

Expositionem S. Bonaventuræ in lib. Sapientiæ, et in Lamentationes Jeremiæ 1574.

JOANNES BAPTISTA CANOTUS de Melphia Reg. Observ. provinciæ Romanæ, scripsit Italice

Sermones in sex Sabbata Quadragesimalia.

Tres de Resurrectione Domini; scripsit autem Latine

Lectiones in Job. Romæ 1617.

JOANNES BAPTISTA CHIODINUS, Picenus, Convent. sacræ Theologiæ Magister, edidit Italice

Diadema spirituale solemnitatum, et virtutum Beatissimæ Virg. Mariæ. Conegliani typis Marci Cluseri ann. 1617. in 8.

Obiit circa an. 1631.

JOANNES BAPTISTA de COLLE VETERI, edidit

Vitam P. Francisci Bergomatis Capuccini, virtute et signis adnirandi. Romæ 1647.

JOANNES BAPTISTA FERNANDEZ Hispanus, Regul. Observ. prov. Burgensis Minister, sac. Theologiæ professor, scripsit Hispanice

Demonstrationes Catholicas, et principia, quibus innititur Christiana Religio, ad Franciscum de Tolosa Ministrum generalem. Juliobrigæ apud Matthiam Mares an. 1593 in fol.

JOANNES BAPTISTA FLORENTINUS, collegit

Privilegia Mendicantium. Venetiis 1610.

JOANNES BAPTISTA GRIMALDUS, Gallus, Masanensis, Reg. Observ. prov. S. Ludovici, edidit

Manuale Marianum continens Orationes Beatissimæ Mariæ Virginis Deiparæ respondentes singulis totius anni diebus, ex sanctis Patribus, et aliis piis autoribus desumptas, et collectas ad propriæ devotionis usum. Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1637. in 12.

Manuale Triumphi Sanctorum. Ibid. an. 1638.

Et *alia* non edita.

Vivebat an. 1637.

JOANNES BAPTISTA HOSTIENSIS, Capuccinus, Theolog. Lector, et prov. Romanæ Definitor, edidit

Flammigeram, et eruditam Angeli, et hominis dialexim, in qua divinus amor in piorum utriusque unturæ conditione, ac reparatione ostensus mirifice commendatur, in quatuor libris. In primo *de multiplici earumdem naturarum agitur dignitate:* in secundo *de incomparabili Deiparæ Virg. excellentia:* in tertio *de statu Ecclesiæ militantis:* in quarto *de statu Ecclesiæ triumphantis.* Romæ apud Stephanum Paulinum anno 1623. in 4.

Vitam B. Felicis Capuccini a Cantalicio ex authenticis pro illius beatificatione processibus, ad Fr. Antonium Cardinalem Barberinum. Romæ typis Alphonsi Ciacconi an. 1625. in 4.

JOANNES BAPTISTA de LAGUNAS Hispanus, Reg. Observ. Minister prov. sanctorum Petri, et Pauli de Mechoacan in Indiis Occidentalibus, edidit lingua Tarasca

Artem, sive *Doctrinam populis illius erudiendis perutilem.*

JOANNES BAPTISTA de LARINO Minister generalis Ord. Minorum Conventualium, vir pius, mansuetus, et prudens, quem ego semper peramanter suspexi, dum Vicarium ageret Apostol. ejusdem Ord. scripsit

Epistolam Pastoralem ad omnes Ministros Provinciales, Custodes, Guardianos, et Fratres suo regimini commissos. Prodiit Romæ apud Ludovicum Grignanum an. 1632. in 4.

Manuale Fratrum Minorum Conventualium. Perusii typis Episcopalibus apud Angelum Bartoli 1637.

JOANNES BAPTISTA de MADRIGAL, Alphonsi Tostati patria, provinciæ S. Joseph, scripsit librum sub titulo

Thesauri animæ. Madriti 1603.

Homiliarum Evangeliorum. Ibidem 1602. in 4.

Discursus prædicabiles. Ibidem 1606. in 4.

JOANNES BAPTISTA MESTRIUS Majoricensis, Regular. Observ. provinciæ Balearium, sacræ Theologiæ Lector, et Guardianus Cœnobii de Jesu, scripsit

Historiam brevem rerum suæ provinciæ vel a Francisco Gonzaga præterimsarum, vel post scriptam ejus historiam gestarum. Habeo apud me ms.

JOANNES BAPTISTA MEXICANUS, Regul. Observ. Guardianus Tetzcucanus, sacræ Theologiæ professor, scripsit patria lingua

Eruditas admonitiones, sive advertentias pro S. Evangelii Ministris, Parochis scilicet, et Ecclesiar. Rectoribus. Mexici anno 1599.

Confessionarium, sive *Summam casuum,* duobus tomis distinctam. Ibidem eodem anno.

JOANNES BAPTISTA MOLES, Hispanis natus parentibus in urbe Neapolitana, Strict. Observantiæ, provinciæ S. Gabrielis Definitor, et bis Minister, in Curia Romana pro familia Ultramontana Commissarius generalis, vir religiosus, et pius, scripsit Hispanice

Instructionem Novitiorum, adjecta brevi Regulæ declaratione, et dignis observationibus pro recitando divino Officio. Prodiit primum anno 1591. et postea Italice Venetiis apud Nicolaum Potum an. 1599. in 4.

Memoriale, sive *Historiam brevem provinciæ prædictæ.* Prodiit Madriti anno 1592.

Compendium Cæremonialia Ord. Ibid. anno 1595.

Epitomen historiæ Seraphicæ a Reverendissimo Gonzaga conscriptæ, quam Francisco a Sosa Ministro Generali, cujus hortatu illam scripserat, consignavit. Nusquam, quod ego sciam, prodiit.

Tractatum pinn de spiritu prophetico S. Francisci. Madriti au. 1610.

JOANNES BAPTISTA de MONZA Ducatus Mediolanensis oppido Strict. Observ. prov. Mediolanen. Prædicator, et Theologus, edidit

Commentarios diffusos in Regulam Fratrum Minorum. Prodierunt Neapoli anno 1647. apud Franciscum Savium.

JOANNES BAPTISTA de PERUSIO, Capuccinus, edidit Italice

Vitam B. Felicis de Cantalicio Capuccini. Romæ ex typographia Cameræ Apostolicæ anno 1625. in 8. postea Gallice translata, et impressa Lugduni in 16.

JOANNES BAPTISTA SANCHEZ Hispanus, in Curia

Curia Romana Secretarius, provinciæ Carthaginensis Custos, mox Minister, edidit

Varia diplomata Pontificia, Resolutiones sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium, ac Rotæ Romanæ decisiones circa restituendum nobile Monasterium sanctæ Claræ Scalabitanum, vulgo de Santarem, regimini Ministri Provincialis Portugalliæ. Romæ ex typographia Cameræ Apostol. anno 1626. in 4.

Patronatum Marchionum de Cañete ex tot beneficiis, et sumptibus in Ordinem Minorum collatis, et in futurum certo conferendis pro celebratione Comitiorum generalium in partibus Cismontanis. Romæ apud Alphonsum Ciacconum anno 1625.

JOANNES BAPTISTA TRIESTIUS, Gandeusis, nobili, et antiqua Triestorum natus progenie, ex Præfecto cohortis militum factus Capucinus, et mutato nomine *Eugenius a Ganda* appellatus, postea Guardianus Ostendanus, edidit in sæculo nihue juvenis

Funus Philippi Triest patris sui, viri Consularis, Equitis, tum propriis, tum aliorum celebrium Poetarum versibus exornatum.

Elegiam in laudem B. Mariæ Virginis, qua eidem pro pio religionis habitu, aliisque per eam a Deo acceptis beneficiis gratias agit.

JOANNES BAPTISTA de VINONES J. U. D. in sæculo, alumnus Conventus Pietatis de Gualcanar Castellæ Angelorum, antequam in provinciam erigeretur, et a provincia Castellæ separaretur, qui præ humilitate voluit sunm nomen reticere, sed in posterioribus editionibus post ejus mortem innotuit, scripsit

Speculum conscientiæ pro omnibus fidelium statibus. Lograniі 1567. Segobiæ 1625. Hispali apud Joannem Chronibergeu 1545. Methymnæ Campi 1552. in fol. Opus quidem doctum, et spirituale.

JOANNES BAPTISTA UNGARESIUS e Frescarolio oppido Pedemontano, Regul. Observ. provinciæ S. Didaci artium, et sacræ Theologiæ Lector, scripsit

Dialecticam institutionem studiosis adolescentibus admodum utilem, et necessariam, in qua brevitor, satis tamen dilucide, ea omnia, quæ ad Aristotelis Logicam intelligendam conducunt, explicantur, ex probatissimis diversorum Scriptorum monumentis deprompta. Alexandriæ Statelliorum apud Joannem Soti anno 1626.

Opuscula S. Francisci a nobis collecta, et commentariis illustrata minori edidit absque commentariis volumine. Ibidem apud eundem.

JOANNES de HARWJC Anglus, sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, et ibidem inter suos multo tempore Prælector, cujus eruditos libros ex Indice Franciscanorum, et ex Chronico Thomæ Ecclestoni mire laudat Joannes Lelandus, hominisque multiplicem, ac solidam scientiam silentio non præterit Joannes Picus Mirandulæ Comes libro duodecimo contra Astrologos; in lucem omisit

Commentarios in Magistrum Sententiarum lib. 4.
Lecturas scholasticas lib. 1.
Ordinarias quæstiones lib. 1.
Quæstiones de formis lib. 1.
Super prognosticia Astrologorum lib. 1.

Claruit sub annum 1340.

JOANNES do BASSOLIIS Scoti auditor, inter discipulos a Magistro præcipue dilectus, cui ubi reliqui aliquando decessent, solusque adesset Bassolius, dicebat: *En adjutorum est;* clarissime et candide, inde *ornatissimi Doctoris* nomen promernit, scripsit

In quatuor libros Sententiarum. Prodiit opus recensitum, et castigatum a Magistro Orontio Fineo Delphinate Parisiis apud Nicolaum de Pratis an 1517. dedicatum Dominico Grimano Cardinali, et Patriarchæ Aquilejensi.

Miscellanea Philosophica, et Medica. Ibidem.

JOANNES BATTANDUS Gallus, Gallice reddidit

Epistolas Antonii Guevaræ Episcopi Mindoniensis, quæ mirum in modum omnibus nationibus placenrunt.

JOANNES BEEKENHAUD Mognntinus, edidit

Repertorium in sanctum Bonaventuram.

JOANNES BENEDICTUS BRITO, Christophoro a Capite Fontium Ministro Generali, de quo suo loco superius diximus, olim a secretis, Hebraice, Græce, Latine apprime doctus, lustratis ferme totius Europæ regionibus in comitatu Ministri Generalis, et voti solvendi causa peregrcta Palæstina, maxime Urbe sancta Jerusalem, ubi se collegit, composuit Gallice

La Somme des pechez = Summam virtutum, et vitiorum, librum sat grandem, præposita diffusa epistola dedicatoria ad beatissimam Virgiuem. Prodiit Lugduni ad signum Salamandræ anno 1593. deinde saepe recusa est Parisiis, redactaque in Epitomen a viris litteratis, omnium teritur manibus. Opus esse ait Possevinus variis sententiis, et eruditione refertum, sed requirere cautum, et prudentem Lectorem.

Triumphalem victoriam B. Virginis Mariæ super septem immundos spiritus ejectos e corpore cujusdam mulieris die 27. *Octobr. anno* 1582. *in Ecclesia S. Bonaventuræ apud Franciscanos Lugdunenses.* Lugduni anno præcluclo in 8. In præclicta quoque epistola pollicetur aliud opus incriptum *Mariale*, quod an ediderit nescio.

Florebat anno 1590.

JOANNES de BERNAL Burlegulensis, scripsit

In formalitates Scoti. Lugduni anno 1584,

JOANNES BLANCONA Gallus, Regul. Observ.

Chronica Ordinis Minorum tribus tomis a Marco Ulyssiponensi edita Lusitanice Gallice redditit, quæ excusa fuerunt primum Parisiis apud Robertum Fovet 1601. et 1623. recusa; nec non quartam partem Chronicorum ejusdem Instituti a Barezzo Barezzi compositam. Parisiis apud Vidnam Guilelmi Chandiere anno 1609. Edidit Gallice

Vitam Gabrielis Mariæ, et etiam *alia* plurima vertit.

JOANNES BLANCUS Hispanus, Reg. Observantiæ provinciæ sancti Michaelis in Conventu Lerenæ sacræ Theologiæ Professor, scripsit acenrate

Historiam prædictæ provinciæ. Habeo penes me ms.

JOANNES de BLESA edidit

Tractatum de Triplici Ordine S. Francisci.

JOANNES BLOMENDAL, alias *Brumendal*, Germanus, scripsit

Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Sermones Quadragesimales.

Vivebat anno 1330.

JOANNES BOBADILLA Hispanus, provinciæ Castellæ, Theologiæ Professor Toleti in Cœnobio S. Joannis Regnm, jubente Francisco Mantuano, scripsit

Instructorium omnium Prælatorum Regularium, præcipue vero Fratrum Minorum, quo quilcm in opere agitur de potestate Regularium omnium juxta Concilium Tridentinum, et privilegia illis per Summos Pontifices

tifices concessa, complurium item conscientiæ casuum, ac dubiorum enodationibus. Venetiis apud Baretium Baretii anno 1602.

JOANNES BONÆRUS Ruremundensis, provinciæ Germaniæ inferioris prædicator.

Martyria Fratrum suæ provinciæ a Genziis occisorum delineavit, *æri incisis eorum imaginibus, additis etiam compendiosis eorundem elogiis tam Latine, quam Flandrice.* Evulgata sunt typis Plantinianis Antuerpiæ anno 1637.

Manuale Confraternitatis septem dolorum B. Mariæ Virginis Antuerpiæ in Ecclesia Fratrum Minorum Reg. Observ. celeberrimæ. Ibidem apud Gulielmum Lesteens anno 1634.

JOANNES de BONILLA Hispanus, Reg. Observ. scripsit

Tractatum brevem *de pace, et tranquillitate animæ.* Prodiit Cæsaraugustæ simul cum tractatu R. Petri Alcantarensis de oratione, et meditatione an. 1625. apud Petrum Gel.

JOANNES BONVISIUS scripsit tractatus

De humilitate.

De abstinentia.

De amore Dei, et proximi.

De silentio.

De obedientia.

JOANNES BOSCATELLUS scripsit

Dialogum de facili ratione recitandi divini officii. Tolosæ apud Jacobum Colomerium.

JOANNES BOSQUILONUS Atrebatensis, sermone patrio evulgavit

Theatrum mortis.

De aqua lustrali contra nostri temporis hæreticos Calvinistas, et Anabaptistas.

JOANNES BOUCHER Gallus, Cenomanus egregius Concionator Regius, multa scripsit, et edidit Gallice:

Itinerarium Terræ Sanctæ, cui titulum præfixit, *le Bouquet sacre*, id est *Fasciculus sacer ex floribus præcipuis Terræ Sanctæ compactus.* Quod opus multis contemplationibus, et plis considerationibus super loca sancta respersit, adeoque placuit Gallis, ut duodecies editum fuerit in Gallia in 8.

Sermones in Canticum B. Virginis, quos inscripsit: *Magnificentias divinas.*

In Salutationem Angelicam pias meditationes in 12. quas *Cogitationes Angelicas* appellavit.

Sermones in Dominicas totius anni in 8.

Quadragesimale in 8.

Aliud opus egregium in fol. edidit adversus impios, et Atheos nostri temporis, quod inscripsit: *Veritates Christianæ.*

Opera spiritualia.

Obiit Guardianus in Conventu Cenomanensi.

JOANNES BRANDO Germanus, Aquisgranensis, provinciæ Coloniæ Definitor, et sæpe Guardianus, scripsit

Manuale continens modum bene vivendi, tractatulum de vitiis, et virtutibus, aliquot vitas Sanctorum ejusdem Ordinis. Coloniæ apud Petrum Brachel anno 1626.

JOANNES BREARD Brito, Conventus Dinani, Doctor Parisiensis, et magni Conventus Guardianus, scripsit

Controversias contra duos Ministros hæreticos castri Eraldi, scilicet *La Peltiere, et Carré.*

JOANNES BRUGNANNUS in Conventu Andomarensi sacræ Theologiæ Lector, ac divini verbi concionator egregius, scripsit

Vitam sanctæ Lydvinæ Virg. Schiedamensis in Hollandia, quæ extat ms. Lovanii in Bibliotheca Minoritarum, et apud Surium tom. 2. ad 4. Aprilis.

Considerationes ejusdem *de Passione Domini* laudat Joannes Mauburnus, auctor *Roseti* exercitiorum spiritualium titulo 22.

Obiit Noviomagi anno 1473.

JOANNES BRUSTHEMIUS Trudonopolitanus, scripsit

Res gestas Episcoporum Leodiensium, et Ducum Brabantiæ a temporibus sancti Martini ad annum 1505. inscripsitque Georgio Austrio Antistiti Leodien. ms. apud Joan. Curtium.

Floruit anno 1545.

JOANNES BURDIGALENSIS, Concionator Capucinus, edidit

Synopsim Institutionum Hebraicarum. Parisiis apud Maturinum, et Joan. Renault anno 1646.

JOANNES BYL Lovaniensis, Regul. Observ. studiosissimus, sæpe Guardianus, denique cum provincia inferioris Germaniæ sojungeretur a Coloniensi anno 1529., in Capitulo Dunstensi electus est primus Minister novæ provinciæ. Scripsit facetum opus

De curia, et auxiliatibus Guardianorum, et de ruina observantiæ. Servatur Bruxellis ms.

Obiit Mechliniæ anno 1540. die 2. Novembris.

JOANNES a CAMBIA, aliis Gandia, vulgo *Gantois*, Insulensis, sacræ Theologiæ professor, Lugduni in Gallia, edidit

Thesaurum Theologorum.

JOANNES CAMERS, vide *Joannes Ricutius Vellinus.*

JOANNES CANALES, Italus, Ferrariensis Convent. sacræ Theologiæ Magister, vir eloquentissimus, sacris, et profanis litteris eruditus, Platonicis præceptis plurimum addictus, Borsoni primo Ferrariensium Duci gratissimus, a quo ad plerosque Italiæ Principes pro rebus arduis ablegatus est. Scripsit

De cœlesti vita.

De natura animæ, et ejus immortalitate.

De Paradiso, et animæ felicitate.

De Inferno, et animæ cruciatu. Extabant in Bibliotheca sancti Antonii Patavii mss. et prodierunt Venetiis anno 1494. in fol.

Floruit sub annum 1450.

JOANNES CANONICUS, a quibusdam cognomunatus *Marbree*, Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, et professor Oxoniensis, Doctoris Subtilis primum Oxonii, deinde Parisiis din auditor, semper imitator, et successus temporis in omni pietatis, et eruditionis genere tantum profecit, ut ammnam in utroque laureum mereretur. Erat enim omnis Philosophiæ tum sacræ, tum profanæ, omnis Juris tum Pontificii, tum Cæsarei peritissimus. Parisiis etiam ad annos aliquot eum publicum professorem egisse ferunt. Scripsit

Super Magistrum Sententiarum libros 4.

Lecturas Magistrales, librum 1.

Quæstiones disputatas, librum 1.

In Aristotelis Physica libros 8. *Quæritur, utrum substant.* ms. Oxoniæ in Collegio Balliolensi, et Cantabrigiæ in Collegio sancti Petri. Prodierunt Venetiis anno 1492. apud Bonettum Locatellum castigata per Fr. Franciscum Montis Feretri Philosophiæ professorem in Conventu sancti Nicolai Venetis, et ibidem apud Lucam Antonium Junctam 1516.

Quæstionum Dialecticarum librum 1.

Claruit anno 1329.

JOANNES CANTIANUS, *a Cantia* natali solo in Anglia

Anglia sic cognominatus, ab ipsa pene puericia in bonis litteris, et timore Dei institutus, coalescente cum annis optima disciplina, in virum doctum evasit; cum ætatem viriliem attigisset, teste Lelando, patriam, et scholas, in quibus usque ad id tempus studuerat, reliquit, et in Galliam Aquitanicam profectus, ibi Jurisprudentiæ sedulam navavit operam. Conciliata tandem non vulgari eruditionis opinione, assumptus est ad Canonicatum in Ecclesia D. Virg. Mariæ civitatis Andegavensis; demum, ut scribit Thomas Eccleston in libro *de Adventu Minorum in Angliam*, terrenarum rerum pertæsus, et cœlestis contemplationis cupidus, relictis omnibus propter Christum, D. Francisci Regulam amplexus est. Cum Adamo de Marisco ejusdem Instituti ab Innocentio Papa IV. destinatus est in Angliam Legatus. Scripsit autem, maxime dum esset Canonicus Andegavensis,

De casibus Juris lib. 2.

Rubricarum librum 1. et alia permulta.

Claruit anno 1248.

JOANNES CAPISTRANUS, sive a *Capistrano* Brutiorum oppido haud longe ab Aquila Marsorum urbe, nobili genere natus anno 1385.; sancti Bernardini Senensis discipulus, socius, et in regimine exorientis Regularis Observantiæ successor, bis generalis Vicarius, Magistrum intrepide, et viriliter defendit, adjuvitque in promovendo latriæ cultu nominis JESU; deinde ut sexto post mortem anno in Sanctorum numerum referretur, obtinuit. Pusillum, et humilem parvis, et despicabilibus initiis sncrescentem Observantnm Familiam multis impetitam adversariorum telis verbo, et opere potenter defendit, in multasque provincias longe, lateque propagavit, data potissimum norma reginiis, et doctrinæ. Eugenio IV. Nicolao V. et Callisto III. magno fuit adjutorio in reformandis hominum moribus, et fagaulis a multis provinciis hæreticis, commissa sibi generalis Inquisitoris fidei potestate. Octoginta sex loca Fratricellorum in Italiæ pernicicm incredibili anmero coalescentium in Piceno, et Campania combassit. In Florentinorum Patrum consessu, velut sol quidam effulsit. Fridericus III. Imperator, misso Æneæ Silvio, obtinuit a Nicolao V. ut in Germaniam mitteretur populos docturus, et Principes ad unionem, et bellum contra Turcas excitaturus. Ex omnibus civitatibus, et oppidis Clerus, et Magistratus, sed et ipsi Reges, et aulici obviam procedobant cam Reliquiis, et Crucis vexillo, tanquam Angelum reverenter excepturi, cantantes, et passim repetentes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* In Bohemia, Moravia, Silesia Hussitas, illorum fautorem, et antesignanum Joannem Rochezanam Pseudo-Archiepiscopum Pragensem repressit. Admiratas turpissimum, obscenissimumque hæreticorum genus in insulis lascivientium pœnitus extinxit. In Hungaria, Polonia, Bohemia, Germania, Austria præsertim varias hæreticorum sectas calmo, verbo, Inquisitoris auctoritate, qna fungebatur, perpetuo insectatus, plurimos ad Christi fidem convertit. Judæos nullo loco consistere passus, eorum coercuit usuras: plusquam quadraginta millia infidelium, et schismaticorum Ecclesiæ Catholicæ aggregavit. Turcarum Imperatore magna classe, et duodentorum ferme milliam exercitu Europæ imperium sibi promittentem, fortissimamque Albæ regalis in Hungaria arcem, munitissimum Christianorum propugnaculum, obsidentem, collecta cruccsignatorum, et rasticorum copia, captis tormentis bellicis, et impedimentis, turpi fuga profligavit; in cujus rei memoriam Callistus III. VIII. id. Augusti, quo tantæ victoriæ nuncium accepit, celebrari jussit festum *Transfigurationis.* Sexaginta quinque annorum provectus ætate quotidie, ac fere sine intermissione prædicabat, concurrentibus undique ad audiendum centenis hominum millibus; atque usque adeo omnes movebantur, ut fœminæ absum in ornatu, viri ludorum instrumenta per omnes ferme civitates in unum contulerint, construetaque ingenti pyra sub dio concremarint. Tanta fuit hominis fama, et sanctitudo, ut omnes illius temporis Scriptores eum maximis celebrent encomiis, Æneas Silvius, Flavius Blondus, Cardinalis Cusanus, Hertmannus Scheydelius, Abbas Trithemius; et Gregorius XV. miraculis, et meritis erga Sedem Apostolicam celeberrimum Beatorum adscripserit catalogo. Nos ortum, vitam, gesta, et mortem per 4. 5. et 6. tomum Annalium distribuimus. Factis præclaris, vitæque sanctimoniæ doctrinæ etiam accessit eminentia. Theologiæ, et Juris utrinsque peritus multa scripsit, in quibus prudentia in rebus decernendis, et sapientia in elucidandis elnceat. Operum Catalogum exhibemus:

De Electione Papæ.

Tractatum de dignitate Ecclesiæ, ad Nicolaum V.

Contra Aussitas librum 1.

De autoritate Papæ, et Concilii. Scripsit doctum hoc opusculum, persuadeute Antonio Carario Card. Ostiensi Archiepiscopo Bononiensi, dum sub Engenio IV. aceriter, et totius orbis scandalo contenderet Conciliabulum Basiliense sibi subdi Summum Pontificem. Prodiit inter Tractatus Juris tom. 13. par. 1. editionis Venetæ anno 1584.

De Religione.

De sanguine Christi.

De pauperlate Christi.

De casibus Papæ reservatis.

De modo, et forma executionis Testamenti.

De Instructione, seu *directione simplicium Sacerdotum.*

Speculum Clericorum, seu *Sermonem habitum ad Clerum in Tridentina Synodo Dioecesana anno* 1439. *die* 22. *April. coram Alexandro Duce Mazoviæ Episcopo Tridentino.* In tres partes divisus est, in quibus plene Clericorum dignitatem, officium, et qualitates describit.

Defensorium Tertii Ordinis a sancto Francisco instituti, in quo ostendit, quam possint Magistratus, aut Principes sæculares authoritatem exercere in hujus Instituti professores. Hos tres tractatus edidit Antonius Amicius Aprutinus Capistrani conterminens, Venetiis apud Antonium Ferrarium anno 1580. Primum dedicavit Gregorio XIII.; secundam Ferdinando Medicco Card. Ord. Minorum Protectori; tertium Joanni a Calusio provinc. S. Bernardini Ministro.

De Excommunicationibus ipso jure latis.

De usu cujuscunque ornatus.

De ornatu mulierum.

De matrimonio. Inter tractatus Juris tomo 9.

De excommunicatione. Ibidem tomo 14.

De canone Pœnitentiali. Ibid.

Speculum conscientiæ. Ibid. tomo 1.

De judicio universali, et Antichristo, ac de bello spirituali. Venet. apud Petrum Dalvioninm anno 1578.

De usuris, et contractibus. Habeo ms. Incip. *Nolite thesaurizare;* prodiit ibid. an. 1583.

De blasphemia, et perjurio.

De restitutionibus, et contractibus.

De Confessione facienda proprio Sacerdoti.

De censuris.

De casibus, et pœnis injungendis.

De pœnis Inferni, et Purgatorii.

De

De cupiditate, et avaritia libros tres.

De Passione Domini.

De Processione Spiritus sancti.

De Conceptione Beatissimæ Mariæ Virginis.

Commentarium in Regulam Minorum. Habeo ms. Italice

Tractatum contra Philippum Berbegallum Pontificias declarationes in Regulam Minorum respuentem, et novitates pernicioſas in Ordinem adrehentem.

Alterum contra Rochizanam supradictum de fidei veritate.

Extabat Alberstadii *Tractatus*, seu *concionatoriæ expositiones ejus super illud Isaiæ* cap. 7. *Ecce Virgo concipiet, etc.*; eas retulit ex suggesto in Misnia, et Saxonia, et typis commiserunt Joannes, et Franciscus de Rocha germani fratres, sacræ Theologiæ Doctores. Plerasque ex supradictis operibus habentur mss. in Conventu Capistrani; nec non sequentia:

Liber, cui titulus, *Interrogatorium.*

Liber alter de casibus conscientiæ.

Tractatus contra Judæos, et hæreticos.

Tractatus, cui titulus: *Canones extracti e corpore Juris.*

Compendium resolutionum super totum corpus Decretalium.

Quæstio, An omne mendacium sit peccatum?

Tractatus super Apocalypsim.

Sermones Dominicales, et festivi.

Animadversiones circa sacrosanctum Missæ sacrificium.

Tractatus, sive *Sermo ad studentes.*

Epistolas multas ad summos Pontifices, Cardinales, Ecclesiarum Antistites, Reges, et Principes aliasque personas, quæ in regesto secundi Vicariatus ejusdem scriptæ partim ipsius manu apud me reverenter servantur.

Alia ei tribuebat opera Alphonsus Ciccarellus.

De Originibus urbium, civitatum, et oppidorum totius mundi.

De Archiepiscopatibus, et Episcopatibus.

De origine Religionum militarium pro fide JESU Christi, et Ecclesiæ Romanæ defensione.

De vera donatione Constantini Imperatoris.

De Vitis Sanctorum, et rebus Ecclesiæ.

Sed hæc spuria sunt, et conficta ab insigni mendaciorum architecto, qui sub Gregorio XIII. tot imposturas, et fraudes, quibus historiam omnem vitiabat, fidemque bonorum scriptorum enervabat, pœna luit capitali; de quo prudens, et docta prodiit anno 1642. eruditissimi viri Leonis Allatii animadversio.

JOANNES CARDOSUS Lusitanus, ex urbe Portus Lœti, provinciæ Algarbiorum, in tribunali S. Officii urbis Ulyssippouensis Qualificator, librorum Censor, et examinator trium Ordinum militarium regni Lusitaniæ, scripsit Lusitanice librum ita prænotatum:

Iter animæ liberatæ, quam Christus in navi Ecclesiæ ducit per mare periculosum, et tempestuosum hujus mundi ad portum cælestis salutis. Moralem sensum hujus itineris, et operis fundat author super Psal. 113., eumque prosequitur per varios discursus. Ulyssippone per Gerardum a Vinea an. 1626. in 4.

Commentaria in librum Ruth. Ibidem 1628.

JOANNES CAROLUS Antuerpiensis, in Lovaniensi, mox Aurelianæ, et Pictonum, postremo in Patavina, et Bononiensi Academiis disciplinis liberalibus, et Jurisprudentiæ diligentem dedit operam. Vigesimo quarto ætatis anno Patavii in utroque Jure Doctoratus insignia adeptus est. In patriam redux, Mechliniæ per lustra duo causarum patrocinia egit. Tandem in Regio apud Frisios Senatu a Consiliis, et Fisci Procurator constituitur, ac demum Senator Propreses magni Concistorii Mechliniensis. Verum munere illo, mundoque abdicato, Ordinem Minorum amplexus, in ipso tyrocinio vivere desiit. Scripserat apud Frisios

Rerum a Gaspare Roblesio Frisiæ Præfecto in Frisia gestarum libros quatuor ad Philippum II. Regem Catholicum, quos etiam eidem in Hispaniam transmisit. Utinam aliquando lucem videant. Swertius, et Valerius Andreas.

JOANNES CARRILLO Reg. Observ. provinciæ Aragoniæ, Confessarius Regii Monasterii Exalceatarum Clarissarum Madritensis, scripsit Hispanice

Illius Parthenonis historiam, vitasque piarum Sororum, quæ illic cum laude floruerunt, et Sanctorum qui ex florentissima domo Austriaca prodierunt. Madriti anno 1615. in 4.

Commentarios in tertiam Regulam a S. Francisco Pœnitentibus traditam, vitasque Sanctorum, et Beatorum illius Instituti. Cæsaraugustæ 1610. et 1613. Madriti 1616.

JOANNES de CARTHAGENA Hispanus, ex Societatis JESU Professore transivit ad Regniarum Observantiam, habitumque suscepit in provincia Conceptionis. Inde Romam missus, din hæsit in Cœnobio S. Petri Montis Aurei, ubi publice Theologiam magno discipulorum profectu prælegit, Paulo V. summe charus propter gravia, et erudita in rebus Theologicis responsa. Neapolim Pauli jussu profectus, ibidem in Conventu S. Mariæ Novæ obiit an. 1617. sepultus in sacello Beati Jacobi Picensi. Scripsit

Homilias sacras Catholicas, et Morales de Religionis Christianæ arcanis in tres tomos distributas.

Tomus primus continet eas, quæ *de sanctissima Trinitate, et Christo Salvatore agunt.*

Secundus *de arcanis Deiparæ Virginis, et S. Joseph* in duas partes divisus est. Prima agit *de sacratissimæ Virgini Conceptione, Nativitate, Annunciatione, Visitatione, Partu, et Virginitate.* Secunda pars *reliqua ejusdem Virginis, ejusque sponsi Joseph encomia, cultum, et admiranda complectitur.*

Tomos tertius idem prosequitur argumentum. Quatuor hæc volumina variam continent eruditionem, stylo facilem, sed proprie explicatam, pro sacris declamatoribus collectam, et commode dispositam. Adeo omnibus placuerunt, ut multas fieri oportuerit editiones; omnium potissima, qua utor, est Antuerpiensis Joannis Keerbergii anno 1622. in folio magno. Scripsit iusuper

Homiliarum de statu Pontificio, et Cardinalitio tomum unum, qui nondum prodiit.

Propugnaculum Catholicum de Jure belli Romani Pontificis adversus Ecclesiæ Jura violantes, in quatuor libros divisum. Romæ ex typographia Cameræ Apost. an. 1609. in 4.

Pro Ecclesiastica libertate, et potestate tuenda adversus injustas Venetorum leges ejusdem Ecclesiasticæ libertatis læsivas, et contra pernicioſos errores quorundam, qui prædictas leges tueri contendunt. Tomus primus in novem libros divisus ad Paulum V. Pont. Max. Romæ apud Stephanum Paulinum anno 1607. in 4.

Disputationes in universa Christianæ religionis arcana. Romæ apud Alfonsum Ciacconem 1609.

Praxim Orationis mentalis. Venetiis anno 1618.

Selectarum disputationum in quartum Sententiarum tomum primum, in quo *de Sacramentis in genere, ac*

ac de instrumentali eorum efficacia disserte, et copiose pertractatur, ad eundem Pontificem. Ibid. eodem anno in 4.

JOANNES a CASALI edidit

Quæstiones eruditas in Philosophiam, et Theologiam.

JOANNES a CAULIBUS de S. Geminiano, sacræ Theologiæ Mediolani Professor, edidit

Tractatum eruditum de triplici via Sapientiæ.

JOANNES CAXTONUS Anglus, Doctor utriusque Juris, scripsit

Summam Confessionum lib. 1. ms. Oxonii in Collegio Orialensi.

JOANNES a CAZALLA Hispanus provinciæ Angelorum, Episcopus Veræ Crucis in Indiis, edidit

Librum de beneficiis, quæ Deus præstat hominibus. Vallisoleti per Nicolaum Thierry 1528.

JOANNES de la CERDA Hispanus, provinciæ Castellæ, scripsit instructionem amplissimam pro sexu fœmineo, sub titulo:

Vitæ politicæ pro omnibus statibus mulierum. Compluti apud Joannem Graciam anno 1599. in 4.

JOANNES CHRYSOSTOMUS a S. LAUDO, Tertii Ordinis provinciæ S. Ivonis bis Minister provincialis, Definitor generalis, edidit Gallice

Tumulum amoris proprii.

Sanctam ociositatem creaturarum in pura occupatione solius Dei. Parisiis anno 1641.

Solitudinem quinque dierum, et patientiam Christi, cum ab Herode sperneretur. Ibid. 1644.

Exercitium meditationum decem dierum super vulnera, et passionem Christi. Ibid. eodem anno.

Devotionem erga sanctam Christi agoniam. Ibid. 1645.

Meditationes super divina pulchritudine. Ibid.

Exercitium meditationum in vitam S. Elizabethæ. Ibid.

Multa *documenta spiritualia* non edita reliquit.

Obiit anno 1646. 26. Martii.

JOANNES CLERICUS, Belga, vir sanctitate, et eruditionis laude conspicuus, scripsit

In Cantica Canticorum, et alia.

JOANNES CLYN, Hibernus Kilkenniensis, primus Guardianus Conventus Carrigensis ad ripam Surii fluminis constructi, scripsit

Annales a Nativitate Domini usque ad annum 1315. brevissime; sed et ab eo anno satis diligenter, et copiose *res Hibernicas usque ad annum* 1349. circa quod tempus obiisse putatur.

Historiam Regum Anglorum ab Hengisto usque ad Eduardum III.

De Custodiis Ordinis sui in Anglia, et Hibernia.

Catalogum sedium Episcopalium in Anglia, Scotia, et Hibernia erectarum.

Extant opera ejus in libro Communitatis Fratrum Minorum Kilkenniæ.

JOANNES CNYFIUS Ultrajectinus, patricii sanguinis, Regul. Observ. primus Groeningensis Episcopus anno 1561. designatus, scripsit Belgice, et Latine

Commentarium in Psalmos, Miserere mei Deus, et De profundis.

Rebus humanis exemptus an. 1578. et sepultus Groeningæ in templo Cathedrali, teste Gulielmo Gazæo in historia Ecclesiastica Belgii. Vide Swertium, et Valerium Andream, invicem conciliandos.

JOANNES COLGANUS Hibernus, Ultoniensis, Collegii S. Antonii Patavini apud Lovanienses illustris alumnus, sacræ Theologiæ Professor emeritus, juvenum instructor, Hiberni idiomatis perquam peritus, vir religiosissimus, in studiis assiduus, in colligendis, et evolvendis monumentis Hiberniciis, etsi infirma corporis valetudine, ad miraculum constantissimus, edidit

Acta Sanctorum Hiberniæ, partim ex variis per Europam mss. codicibus exscripta, partim ex antiquis monumentis, et probatis authoribus eruta, et congesta, et appendicibus illustrata. Prodiit primus tomus, qui *de sacris antiquitatibus Hiberniæ* est tertius, complectens menses Januarium, Februarium, et Martium, Lovanii apud Everardum de Witte anno 1645.

Tomus quartus *mensium Aprilis, Maji, et Junii.* Ibid. modo, dum hæc scribo, sudat sub prælo.

Tomum quintum, et sextum *reliquorum sex mensium* protinus se daturum, Deo adjuvante, pollicetur.

Primus, et secundus tomus continebunt sub compendio *seriem, et res gestas Regum Hiberniæ, primos regni incolas, gentis bella, varias exterarum gentium colonias, sacros, et prophanos Hiberniæ Annales, Sanctorum Hiberniæ genealogias, SS. Patritii, Columbani, et Brigidæ vitas* diffusè, et plene exaratas, aliaque id generis huic genti honorifica, quæ utrinsque Scotiæ rebus dignoscendis, et discernendis lucem plurimam afferent, et quid utrique nationi tribuendum sit, amplius explicabunt. Pleraque etiam de Daniæ, Normanniæ gentis, aliarumque in eam expeditionibus. Multa ex his collegerat, et in methodum, etsi non plene perfectam, redegerat Hugo Vardæus ejusdem nationis, et Instituti, de quo suo loco diximus, assumptis in tantæ molis adoriendæ, et perficiendæ amplitudinem aliis coadjutoribus. Perficiet autem opus, Deo favente, Colganus, cui æquas vires, et vitam optamus longiorem.

JOANNES COLONIENSIS, sive de Colonia Agrippina, scripsit

In quatuor libros Sententiarum.

Tabulam in opera Scoti.

Quæstiones Magistrales in ejusdem scriptum Oxoniense.

Quodlibeta.

In Metaphysicam.

In libros de Anima.

In libros Posteriorum. Omnia prodierunt Basileæ anno 1510. apud Adamum Petri.

Postillam insuper *in Evangelia æstiva, et hyemalia.*

JOANNES de COMBIS prov. S. Bonaventuræ in Gallia, in Conventu Lugdunensi sac. Theologiæ Lector, scripsisse fertur

Compendium totius Theologicæ veritatis, de quo opere nos diximus supra in verbo *S. Bonaventura a Balneoregio*; et quidem Joannes hic edidit opus istud, non tamen tanquam suum, sed uti alienum. Prodiit Venet. apud Petrum Duchium anno 1575. in 16. Scripsit tamen

Adnotationes, et declarationes ad terminos Theologales D. Bonaventuræ. Lugduni apud Gulielmum Rovillium anno 1560. et 1611. in 4. et Venet. apud Petrum Duebinum 1575.

Sermones, et Tractatus ejus varii mss. habentur Lugduni in Conventu S. Bonaventuræ.

JOANNES le COMTE, idest *Comes*, Gallus, collegit

Centum septemdecim exempla Gallica de Beatissima Virgine, et in libellum Parisiis impressum an. 1563. *redegit*, ut refert Joannes Major Societatis Jesu in Catalogo autorum, qui ex professo libros exemplorum scripserunt.

Clarebat anno 1500.

JOAN-

JOANNES CONSILIUS, scripsit, seu concinnavit *Varia opuscula ex disputationibus habitis in Conc. Trident.* cui interfuit an. 1562. Edidit insuper *Orationem de Triumpho Christi*, quam habuit in eodem Conc. in die Ascensionis.

JOANNES CONTRACTUS Belga, scripsit *Sermones ad populum, libros tres.* Coloniæ, et Tolosæ excusos in fol.

JOANNES CORALDUS Draconen. librum edidit prænotatum: *Compendium sacræ Theologiæ pauperis;* sed quidam confundunt opus hoc cum opusculo *Compendii Theologicæ veritatis*, quod inter opera S. Bonaventuræ recensetur.

JOANNES de CRANENBONC, Latine redditit *Narrationem*, seu *Relationem Alphonsi de Benavides de magnis thesauris spiritualibus, et temporalibus in novo Mexico detectis.*

JOANNES a CURIA NOVA, Minister prov. Brixiensis, Strict. Observ. edidit *Theoropraticam orationis mentalis;* seu *modum meditandi Passionem Christi.* Insuper anno 1632.

JOANNES a DAVENTRIA Transiselanus, Minister prov. Coloniensis, vir in divinis Scripturis eruditissimus, vitæ integræ, virtutumque exemplar, scripsit *Exegesim Evangelicæ veritatis contra errores Lutheranæ confessionis.* Coloniæ an. 1533. in 8. 1535. in 4. *Catapultam fidei*, seu *Christianæ veritatis telum, lib.* 1. Ibidem 1533. et anno 1588.

Apologiam contra Anabaptistas.

Contra Lutherum varia.

Vivebat anno 1535.

JOANNES DEGUE, ex Hispanico Latinum redditit librum prænotatum: *Speculum consolationis afflictorum, et tristium Joannis de Dueñas.* Prodiit Parisiis anno 1582.

JOANNES a S. DEMETRIO Brutiorum oppido propo Aquilam, scripsit *Conciones Italicas*, quas et ovulgavit.

JOANNES DOVETUS, sive *DOVET*, Dinanæus professor Theolog. Parisiis, in unum coutexuit *Formalitates Scoti, Syreti, Trombetæ, et Bruliferi, Minoritarum.* Paris. apud Joan. Parpin. 1579.

Vixit sub annum 1590.

JOANNES DUBLIULIUS, Nervius, Theologus, edidit *Jerosolymitanæ peregrinationis Hodœporicon septem dialogorum lib. explicatum.* Coloniæ, 1600, typis Grevembruchii in 8.

Orationem Philippicam, qua inter hujus sæculi tenebras veritatis domicilium demonstratur. Leodici, typis Henrici Hovii.

JOANNES do DUEÑAS Hispanus, insignis concionator, edidit *Speculum consolationis afflictorum*, tomos sex in 8. Hispali 1643. Toleti 1591. et Barcinone apud Jacobum Galnan. anno 1580.

Remedium peccatorum. Toleti apud Joan. de Ayala an. 1546.

JOANNES DUNS SCOTUS *Doctoris Subtilis* merito apud omnes nomen assecutus, ea viguit doctrina, et virtute, ut eximiam apud omnes laudem sit adeptus, tribusque nobilissimis regnis Angliæ, Hiberniæ, Scotiæ interminabilis contentionis studinm indiderit tantum virum ad se pertrahendi. Controversiam hanc, aliasque, quæ circa doctrinæ dignitatem, vitæ mensuram, mortis qualitatem quidam excitarunt, nos diffuse examinavimus tomo 3. Annalium Minorum, et in Vita ipsius Doctoris illius operibus a nobis præfixa. Illinc licet accipere quidquid circa ejus vitam, et mores habet audire, quidquid insuper in doctrinæ commendationem graves quique authores prodiderunt. Nihil itaque hic immoraudum circa ejus encomia, quem supra omnem laudem, supra omnem invidiam magnorum virorum grave, libratumque judicium evexit. Hominis ingenium ita ad litteras efformatum, et ad miraculum subtile, atque acutum dixit Joannes Pitseus, ut non tam hominem acie mentis stupendum, quam intor argutos Philosophos quendam dixeris deum. Nihil erat vel tam difficile, vel tam densa caligine involutum, quod illius vivax, et perspicax ingenium non penetraret; nihil adeo distortum, aut nodosum, quod non dissolveret. Porro Oxonii, Lutetiæ, Coloniæ magno discipulorum profectu, multorum encomiis, summo omnium applausu Theologiam publice professus multa scripsit doctissime in Aristotelem, Petrum Lombardum, sacros Codices, coplosis editis commentariis. Mora immatura limam ultimam prohibuit, et ne imperfecta complerentur, effecit. Tumultuariæ, nulloque adhibito ordine ejus opera a plerisque referuntur, Pitseus inter omnes copiosissime recensuit, indicatis etiam Bibliothecis, Angliæ præsertim, in quibus mss. conservantur. Nos omnia, quæ ad rem Scholasticam attinent, ante septennium nltido charactere, adjectisque notis, scholiis, commentariis, tomis 12. distincta prælo commisimus Lugduni. Dabimus hic Indicem Pitsei; deinde subjiciamus or dinem librorum a nobis in hac editione præfixum.

Unde, inquit Pitseus, evidentius argumentum magni illius ingenii sumere poterimus, quam ex iis, quæ vivens scripsit, et moriens posteris reliquit? Scripsit autem pro brevitate vitæ, quam vixit, et altitudine rerum, et multitudine librorum plane mirabilia.

Lectnram in Genesiu, librum 1.

De rerum principio, librum 1.

De primo rerum principio, librum 1. Domino Deus noster. ms. Oxonii in Collegio novo. Extat Venetiis anno 1497. Nancei vidi in Biblioth. Franciscanorum.

Commentarios in Evangelia lib. quatuor

In Epistolas D. Pauli libros plures.

Sermones de Sanctis, libr. 1.

Sermones de tempore, libr. 1. Erant signa: In hoc Evangelio.

In Magistrum Sententiarum commentarios Oxonienses, lib. 4. *Utrum homini pro statu isto*, ms. Oxonii in Collegio novo, et in Mertonensi, et Balliolensi. Cantabrigiæ in publica, in Collegio S. Petri, et in Collegio Caji habetur ms. in primum Sententiarum cum his versibus in fine libri:

Illud opus scripsit SCOTUS, dum corpore vixit,
Parisius dixit, et ob hoc sua fama revixit.
Nam sibi SUBTILIS nomen subtilia donant,
Quem vestis vilis, pes nudus, corda coronant.

In eundem Magistrum *Reportationes Parisienses* libros 4. *Circa Prologum primi Sententiarum*, ms. cum multis aliis ejus operibus Oxonii in Collegio Balliolensi, Lincolniensi, Orialensi.

De cognitione Dei librum 1.

De perfectione statuum librum 1. Status Prælatorum præsupponit; ms. Cantabrigiæ in Collegio sancti Benedicti.

Quodlibeta Scholastica, lib. 1. Cunctæ res difficiles, ait Salomon; ms. Oxonii in Collegio novo, Merton. Magdal. Cantabrigiæ in publica, et in Collegio Caii. Extant Noremberge anno 1481. Vidi Nancei apud Franciscanos.

Quæ-

Quæstiones in Porphyrium, et veterem artem Aristotelis, librum 1. mss. Oxoniæ in publica. Extant Venet. an. 1512.

De modis significandi librum 1. ms. ibid.

In libros Priorum, et Posteriorum lib. 2. ms. ibid.

In Categorias Aristotelis librum 1.

Quæstiones Universalium librum 1.

Quæstiones Prædicamentorum librum 1. Puto esse quæstiones viginti et unam, quæ habentur Oxoniæ mss. in Collegio Wiccamico, et Mertonensi; ubi etiam habentur mss. multa alia ejus opera.

Quæstiones in Metaphysicam, libros 12. In principio Metaphysicæ; mss. Oxonii in Collegio Balliolensi. Extant Venetiis anno 1497. et 1501. Vidi in Bibliotheca Francisemorum Nanceii.

In Analytica Posteriora libros duos. Scire autem opinamur unumquodque.

In Aristotelis Physica libros octo.

In ejusdem Meteora librum 1. ms. Oxonii in Collegio Magdalenæ, Balliol. Orial.

In Elenchis librum 1.

Theorematum librum 1. Tertio principaliter circa dicta Doctoris. Extant Venet. anno 1497. Vidi in Bibliotheca Francisemorum Nanceii.

Quæstiones in libros de Anima, librum 1.

Commentarios imperfectos, lib. 1., *et alia plurima.*

Iuveniuntur *operum ejus columina* 8. ms. Oxonii in Colleg. Mertonensi; quinque in Collegio Balliolensi. Pleraque ejus Philosophica mss. sunt Oxonii in Collegio Balliolensi, et Cantabrigiæ in Collegio S. Petri.

Scripsisse etiam dicitur *Tractatum de paupertate Christi, et Apostolorum*, qui habetur in fine defensorii Ocham, quod legitur in *Firmamento trium Ordinum.*

Commentaria Oxoniensia in libros 4. Sententiarum, et *Quodlibeta* primus edidit Thomas Penchet Augus Augustinianus anno 1474. Patavii typis Alberti Stendal, uti carmina ad Quolibetorum calcem ita testantur:

Hæc Albertus ego Stendal Colibeta Magister
Attiloqui SCOTI formis uberrima presvi.
Religione sacra, et dica celeberrimus arte,
Clarus, et ingenio Augustini ex Ordine Thomas
Impressum purgavit opus, studio integer omni,
Anglia cui patria est, generis cognomine Penchet.

Sed et eadem recudi curavit Paulinus Berti Lucousis ejusdem Instituti Augustiniani vir doctus parvis codicibus, ut commodius circumferrentur, Venetiis an. 1517. Ejus Philosophia prodiit Antuerpiæ an. 1517.

INDICULUS OPERUM SCOTI, QUÆ SINGULIS TOMIS SUPERÆ IMPRESSIONIS LUGDUNENSIS CONTINENTUR. TOMO PRIMO.

Grammatica speculativa Scoti.

In universam Logicam quæstiones.

TOMO SECUNDO.

Commentaria in octo libros Physicorum, cum adnotationibus Francisci a Pitigianis Aretini.

Quæstiones in libros de Anima imperfectæ, cum scholiis, et supplemento Hugonis Cavelli.

TOMO TERTIO.

Tractatus de rerum principio, cum scholiis, et notis Lucæ Waddingi.

Tractatus de primo principio, cum scholiis, Cavelli, et adnotationibus Mauritii.

Tractatus Theorematum, cum eorundem scholiis et adnotationibus.

Collationes vigenti tres, cum scholiis Cavelli.

Collationes quatuor noviter additæ, cum scholiis, et notis Waddingi.

Tractatus de cognitione Dei.

Quæstiones miscellaneæ, et

Meteorologicorum libri quatuor, cum scholiis item, et notis ejusdem Waddingi.

TOMO QUARTO.

Expositio in Metaphysicam, cum summariis, et notis Cavelli.

Conclusiones Metaphysicæ, cum notis ejusdem.

Quæstiones in Metaphysicam, cum adnotationibus Mauritii, scholiis, et notis Cavelli.

TOMO V. PARTE PRIMA.

Libri primi Sententiarum distinctiones septem cum Commentariis Lycheti, supplemento Joannis Poncii, scholiis, et notis Cavelli.

PARTE SECUNDA.

Reliquæ distinctiones ejusdem libri primi Sententiarum, cum eorundem commentariis, scholiis, et notis.

TOMO VI. PARTE PRIMA.

Libri secundi Sententiarum distinctiones sex, cum eorundem commentariis, supplemento, scholiis, et notis.

PARTE SECUNDA.

Reliquæ distinctiones ejusdem libri secundi cum eisdem Commentariis, etc.

TOMO VII. PARTE PRIMA.

Libri tertii Sententiarum distinctiones viginti quinque, cum eisdem commentariis, etc.

PARTE SECUNDA.

Reliquæ distinctiones ejusdem libri, cum eisdem, etc. et integris commentariis R. P. Poncii a distinctione 34. *usque ad finem.*

TOMO OCTAVO.

Libri quarti Sententiarum distinctiones 13. *cum scholiis, et notis Cavelli, et integris commentariis Antonii Hiquæi.*

TOMO NONO.

Ejusdem libri quarti distinctio 14. *cum reliquis usque ad* 42. *inclusive, cum scholiis, et commentariis Hiquæi.*

TOMO DECIMO.

A distinctione 43. *usque ad finem ejusdem libri quarti, cum scholiis, etc. et commentariis Hiquæi.*

TOMO XI. PARTE PRIMA.

Reportatorum Parisiensium lib. tres, cum scholiis, et notis Cavelli, et Waddingi.

PARTE SECUNDA.

Eorundem Reportatorum Parisiensium lib. quartus, cum eisdem scholiis, et notis.

TOMO DUODECIMO.

Quæstiones Quodlibetales, cum commentariis Lychcti, scholiis, et notis Carelli.

Singulis autem libris, minutissimis etiam quibusque opellis nos in hac editione judicium nostrum præmisimus, legitimos partus a suppositiliis discernentes, et necessaria quæque prænonentes. Desiderantur adhuc omnes ejus in sacram Scripturam Commentarii, aliæque elucubrationes.

Lectura in Genesim.
Commentarii in Evangelia.
Commentarii in Epistolas Pauli.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Tractatus de perfectione statuum.

Tandem præpropera morte raptus est Coloniæ 6. idus Novembris an. 1508. apud Minores conditus in medio Chori ad aram majorem, cujus tumulo hæc appensa sunt carmina:

Ante oculos sacrum Doctorem deprimit ingens,
Cujus ad interitum sacra Minerva gemit.
Siste gradum lector, fulvo dabis oscula saxo;
Corpus Joannis hæc tenet urna Scoti.
Annus milleno ter centum cum adderet octo.
Postremum clausit letho agitante diem.

Ibidem in appensa tabula versus sequentes ab ejus discipulis compositi leguntur:

Parisius plora, mastix incede lacrenis;
Hic perit, in toto quod colat orbe, deus.
O Sorbona tuis humilis compone cathedras,
Cujus ab ingenio fons sacer artis abest.
Stramineis in vico placidi certaminis ordo
Cespitat, heu belli desinit esse caput.
Pondere supremi valido compositæ luctu.
Doctilloqui pulset tristia corda pavor.
Hunc, posito vultu lato, deflete togati,
Discipulis labor hic omnibus unus erit.

Item in alia vetusta tabella:

Clauditur hic vivus, fons Ecclesiæ, via, vivus,
Doctor justitiæ, studiis flos, arca Sophiæ.
Ingenio scandens, Scripturæ condita pandens
In teneris annis fuit: ergo memento Joannis.
Hunc, Deus, ornatum fac exlitus esse beatum.
Pro patre translato modulentur pectore grato.
Dux fuit hic Cleri, claustri lux, et tuba veri.

Fabulosum illi mortis genus Paulus Jovius, et ex eo Bzovius adfinxerunt, uti testatur Aubertus Miræus in Auctario, et nos diffuse probavimus tom. 3. Annal. ad an. 1308.

JOANNES e DUREN, Wiliotus *DURENIUM*, Gonzaga *DURANDUM* vocant, Germanus, qui in pietate, et studiis, sed potissimum sacrarum litterarum lectione felicem collocavit operam; scripsit

De septem peccatis mortalibus.
De vitiis occultis.
De Confessione.
Sermones Quadragesimales.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.

Vixisse sub ann. 1468. aliqui scribunt; Sweertius sub Joanne XXIII. ad annum 1412.

JOANNES EDÆUS Anglus, ex genere Britannico in Wallia natus, patria Herefordensis, ubi etiam Institutum amplexus est S. Francisci, vir, teste Lelando, fama, eruditione, religione illustris; quique Oxoniæ in ætatis flore ita floruit, ut etiam magna tum ex parte Aristotelis opera commentariis elucidaverit; similes deinde progressus in Theologia pari cum felicitate fecit. Relicta tandem Academia, tantam autoritatem una cum singulari doctrina, et eximia virtute domum reportavit, ut confestim cœnobii Præses a suis eligeretur. Hanc igitur quietem nactus, sacrarum Scripturarum meditationi, et concionibus ad populum habendis omnem deinceps impendit operam, et non mediocrem fecit fructum. Scripsit

In Logicam Aristotelis lib. 1.
In Physicam ejusdem libros octo.
In magistrum Sententiarum lib. 4.
Quæstiones Theologicæ lib. 1. ms. Oxoniæ in Bibliotheca publica.
Lecturam in Apocalypsim, lib. 1.
Concionum variarum lib. 1.
Fasciculum virtutum, et vitiorum, lib. 1.

Herefordiæ mortuus est Guardianus anno 1406.

JOANNES de ERFORDIA Thuringus, natione Tentonicus, scripsit librum haud exiguum, cui titulus:

Tabula Juris originalium nominum; extat ms. in voluuine satis magno in Biblioth. Min. Toletana litteræ y u. 70.

Summa de Casibus. Aaron quid jubet.

Summa Confessorum; nisi fortassis eadem sit cum præcedenti Summa.

Commentaria in libros Sententiarum.
Varios sermones. Num quid aliud nescio.

Vivebat anno 1350.

JOANNES ESTELSIUS, scripsit

Homilias in Evangelia Dominicalia in duas partes, æstivam, et hyemalem distinctas. Antuerpiæ 1559.

In Epistolas Dominicales, et festivitates Sanctorum, similiter in æstivas, et hyemales distinctas. Ibidem 1555.

In omnia Evangelia feriarum Quadragesimalium, Ibid. 1557.

JOANNES EVANGELISTA Silvadunensis Capnocinus, prov. Flandriæ Definitor, scripsit

Piwa, utilemque libellum in verba illa: Regnum Dei intra vos est. Lovanii apud Joannem Messium an. 1637.

Prurim exercendum ante, sub, et post Communionem. Ibid. an. 1645.

JOANNES FABRICA, scripsit

De Indulgentiis per modum suffragii pro animabus, quæ expiantur igne Purgatorii.

Vivebat anno 1511.

JOANNES FABER Germanus, scripsit

Disputationes contra Balthazarem Pasamontanum in causa Lutheri. Lypsiæ 1522. in fol. (*Vide to.* 8. *Annal. an.* 1525. *et deinceps*).

JOANNES FANENSIS Picenus, Reg. Observ. in prov. Marchiæ, sæpe Guardianus, aliquando Definitoris, et Provincialis muneribus perfunctus, vir doctus, et religiosus, in dicendo, in scribendo acerrimus, magni zeli erga suum Institutum, et observantiam ejusdem, scripsit

Commentarios in Regulam Fratrum Minorum.
De pauperlate eorumdem. Romæ anno 1535.
Dialogum salutis inter Fratrem stimulantem, et Fratrem rationabilem circa observantiam Regulæ Fratrum Minorum. Prodiit Anconæ apud Bernardinum Vercellensem anno 1527. in 8.
Contra Lutheri deliramenta, ad Paulum Pisotum, Parmensem Ministrum Generalem.

Ar-

Arteu unionis cum Deo assequendæ per triplicem scilicet Spiritus vian, nempe purgativam, illuminativam, ac unitivam. Prodiit Brixiæ anno 1536. deinde alibi sæpe; demum Romæ anno 1622. opera Joan. Dominici Franzini Bibliopolæ.

Transiit ad Capmeinos anno 1534. apud quos cum vitam duxisset sanctissimam, et aliquot illorum domos in Lombardia extruxisset, in exordio anni 1539. septuagenarius decessit Durantii, quod Piceni oppidum est, et apud Conventuales sepulturam accepit.

JOANNES FAVENTINUS, Guardianus olim Paphensis in Cypro, tantæ virtutis, et pietatis vir, ut pro Sancto reputetur apud suos consodales, et in Monasterio Clarissarum Misericordiæ Regii Lepidi ejus ossa habeantur in veneratione. Scripsit

Vitam B. Petri Thomasii Ord. Carmelitarum, Patriarchæ Constantinopolitani, Legati Apostolici, Famagustæ in Cypro defuncti; cujus meritis Faventinus beneficium anginæ dopuisse recepit. Ejusdem etiam Petri vitam nos nuper edidimus Lugduni an. 1637., adjectis Notis, in quibus diximus, Faventinum prius vitam scripsisse Petri, quam Philippus Mazzorius Cancellarius Cypri eandem scripserit, cui rei contradicit Joannes Bollandus num. 30. Prolegomenorum ad vitam B. Petri; sed ego asserti mei alias opportuniori loco fundamenta producam. Saracenus in Menologio Carmelitarum Faventinum cum Mazzerio confundit, vocans illum *Cypri Cancellarium.* Sed Mazzerius Cyprio Regi, et Petro ab intimis consiliis, Faventino contemporaneus, et conscriptor erat regni, Cancellarius, non vero Faventinus pauper Minorita.

Claruit anno 1370.

JOANNES FEDANTIOLA Perusinus, Commissarius generalis Terræ Sanctæ, edidit

Opusculum descriptionis ejusdem Terræ Sanctæ.

JOANNES FEBALLUS Hibernus, Momoniensis, Collegii S. Antonii Lovaniensis Min. Hibernorum alumnus, Prædicator insignis, scripsit

Librum de Stigmatibus S. Francisci, carmine heroico Latino.

Carmine Elegiaco descripsit *gesta Edmundi Geraldini Equitis aurati dicti Albi.* Prodiit Lovanii.

JOANNES FERUS Germanus, vir variæ doctrinæ, et multiplicis eruditionis, annis viginti quatuor summæ apud Moguntinos Edis concionator, eloquentia singulari præditus, qui pancos in Evangelicæ prædicationis officio habebat pares in Germania, nullum superiorem; scripsit Latino, et sat culto sermone plus, et eruditas inenbrationes in plerosque sacræ Scripturæ libros, quas tam veterum, quam recentium Expositorum veluti compendium dicere possis. Quæ prodierunt hæc sunt:

Commentaria in Genesim. Facies Moysi. Lovanii apud Arnoldum Byrchmannum anno 1564. in 8. et apud Gervasium 1565. Coloniæ 1572.

In Exodum. Quoniam fidelibus.

In Numeros. Insignem illam.

In Deuteronomium. Hactenus de profectione.

In librum Josue. Hactenus ex Moyse.

In librum Judicum. Non temere est.

In Job. Spopondi proxima concione. Prodierunt libri supradicti Coloniæ 1574.

In Ecclesiasten. Juxta litteram. Moguntiæ apud Victorem an. 1550. in 8.

In Psalmum 31. Lugduni per Guliel. Robilium an. 1557.

In Psalmum 66. Antuerpiæ, anno 1557.

In Esther.

In Esdram, et Nehemiam conciones lingua Germanica. Latine prodierunt Lugd. 1554.

In Threnos Jeremiæ. Si cognovisses, etc. Lugduni apud Hæredes Jacobi Junctæ an. 1562. in 8.

In Jonam. Antuerpiæ apud Martinum Nucinm 1557. Lugduni 1554. Venetiis apud Joan. Bariletum 1567. in 8.

In Matthæum. Moyses a Genesi mundi. Compinti apud Andr. de Angulo 1562.

In Joannem. Summa totius Evangelii. Ibidem 1569.

In Passionem Domini. Quod sic Lucas dicit. Antuerpiæ apud Nucium an. 1565. et eodem anno apud Andream Ravenoldum in 8.

In Acta Apostolorum. Hujus capitis primi. Coloniæ 1567. Venet. apud Jacobum Pichurium an. 1568. in 4. et Paris. apud Michael. Somnium eodem anno.

In Epistolam ad Romanos Exegesim.

In Epistolam primam Joannis. Non solum eodem modo.

Conciones in Dominicas anni, et Adventus Domini. Lugduni apud Joannem Trellonium 1555.

Conciones ab Adventu usque ad Pascha. Venetiis apud Dominicum Lilium anno 1550. in 8. et Coloniæ anno 1554. in 4.

Conciones in Dominicas post Pentecosten. Antuerpiæ 1560.

Postilla, in qua singulis diebus Dominicis, et Festivis diebus decem conciones attribuit. Germanice. Moguntiæ anno 1669. in fol.

Sermones de Sanctis. Lugduni anno 1559.

Quadragesimalia duo, primum in duo posteriora capita libri primi Esdræ, et historiam Evangelicam de peccatrice muliere; alterum de filio Prodigo. Antuerpiæ anno 1544. 1557. et Venetiis apud Joannem Bariletum anno 1567. in 8.

Aliquot opuscula in 1. *congesta volumen.* Lugduni apud Bonitium anno 1567.

Precationum libellum, Moguntiæ impressum.

Examen ordinandorum, in quo ad Quæstiones sacrorum Ordinum candidatis proponi solitas aptæ, et piæ responsiones adjunguntur. Lugduni apud Rovilium 1555.

Irreperunt in pleraque ex his operibus aliquot errores, vel dolo hæreticorum intrusi sunt, unde in Romano Indice omnia prohibita sunt, donec expurgentur, præter commentaria in sanctorum Matthæi, et Joannis Evangelia, ac in ejusdem S. Joannis Epistolam primam, Romæ recognita, et in ædibus Populi Romani impressa an. 1577.

Varias passa sunt hæc opera contradictiones; sed et Dominicus a Soto Segobiensis Ordinis Prædicatorum edidit Annotationes in Commentaria hujus autoris super Joannem, ostendens loca sexaginta septem caute legenda esse, cui Michael de Medina Minorita, Dominici in Concilio Tridentino Collega, edito pro defensione eorumdem locorum Apologetico, docte respondit.

Obiit Moguntiæ anno 1554.

JOANNES FLORENTINUS, Philosophus, et Theologus non vulgaris, rerum antiquarum diligentissimus indagator, collectis multis monumentis, contexuit

Historiam sui Ordinis. Habetur ms. in Cœnobio S. Crucis.

De Canonizatione S. Francisci.

JOANNES FONIAN, Gallus, Reg. Observantiæ pro

provinciæ Aquitaniæ Guardianus in plerisque Cœnobiis, edidit Gallice

Controversiarum adversus hæreticos librum decimum, cui titulus: *Le Tériaque Romain*, *Theriaca Romana*, anno 1604.

JOANNES a FONTE, sive *de la Fuente*, Hispanus Toletanus, provinciæ Castellæ, Guardianus Scalonæ, S. Theologiæ Lector, scripsit

In D. Marci Evangelium libros 15. Prodiit Compluti apud Joannem Graciam anno 1582.

In Psalmum Quinquagesimum homilias 26. dicatas Christophoro a Capite Fontium Ministro Generali. Salamanticæ 1566. in fol. et Paris. 1576.

Librum *de Spe, et Timore Christiano*. Compluti 1570.

Librum intitulatum: *Arbor vitæ*. Ibidem 1572.

JOANNES de FONTE Gallus, sacræ Theologiæ in monte Pessulano professor, scripsit

Conclusiones, seu *determinationes in quatuor libros Sententiarum*.

Orationem paræneticam de fide. Lugduni 1585. in 4.

JOANNES FORESTUS Anglus, Regul. Observ. sacræ Theologiæ Doctor, vir integerrimæ vitæ, multiplicis doctrinæ, et magnus Catholicæ Religionis zelator. His nominibus dignus habitus est, ut Reginæ Catharinæ, magnarum virtutum fœminæ, ahlıiberetur ad secreta confessionum. Contra schisma a Rege inchoactum pro auctoritate Ecclesiæ, summique Pontificis strenue laboravit, docuit, prædicavit, scripsit, qua tandem causa carceres, et vincula primum pertulit; deinde sanguinem, et vitam profudit. Doctrinæ monumenta hæc post se reliquit:

De auctoritate Ecclesiæ, Summique Pontificis, lib. 1 Nemo sibi sumat honorem.

Epistolarum ad diversos lib. 1. De aliis nihil habeo. Londini affectus est Martyrio decimo kalendas Junii anno 1538.

JOANNES FORSANUS Theologus Parisiensis, edidit

Resolutiones in quatuor libros Sententiarum Scoti; et correxit

Resolutiones Melchioris Flavii, de quo vide suo loco. Parisiis an. 1579.

JOANNES FRANCISCUS COLLANTES Aragonius oppidi Belchiti, Reg. Observ. provinciæ Aragoniæ, sacræ Theologiæ Lector emeritus, et Minister, utriusque Cantabri Cæsaraugustani, *a sancto Francisco*, et *a Jesu* nuncupati, Guardianus, edidit Hispanice

Sermonum de verbis Domini supra Montem Sion constituti tomos 3. *pro Concionibus Adventus, et Quadragesimæ*. Prodierunt Cæsaraugustæ apud Petrum ile Calharte anno 1617. et 1618.

JOANNES FRANCISCUS FAERNUS Cremonensis Theologus, edidit

Orationes variæ Latinas.

Sermones Quadragesimales.

Obiit Bononiæ, dum sacras conciones in Quadragesima habuit ad populum anno 1537.

JOANNES a S. FRANCISCO Hispanus, edidit Mexicana lingua, quam divinitus didicisse fertur,

Sermones Dominicales.

Orationes variæ.

Collationes multas refertas variis Sanctorum exemplis, satis utiles, et opportunas iis, qui apud Indos concionantur, aut catechizant.

JOANES FRANCISCUS NUNNUS scripsit

De Origine reformationis provinciæ Romanæ.

JOANNES FRANCISCUS a REGIO LEPIDI, edidit

Carmen elegiacum in ortum Principis Etruriæ.

De laudibus Villæ Arictinæ.

JOANNES FRANCISCUS RHEMENSIS prædic. Capucinus, scripsit Gallice libros duos: primus inscribitur,

Director pacificus conscientiarum, ubi quævis persona tam Religiosa, quam sæcularis clare poterit statum snæ conscientiæ, nodos difficultatum explicare, peccatum mortale a venali discernere, plures abusus, et deceptiones detegere, ab omnibus scrupulis, et tentationibus se liberare, et sine inquietudine confiteri. Tandem hic liber non minus utilis est Confessariis, et directoribus, quam necessarius cuilibet personæ, quæ pacem interiorem desiderat acquirere; secunda editio auctior. Parisiis apud Samuelem Thiboust an. 1638. in 8.

Secundus ita inscribitur: *Vera perfectio hujus vitæ in exercitio præsentiæ Dei.* Secunda editio Parisiis apud Viduam Nicolai Buon 1646. in 12.

JOANNES FRUGIBURGENSIS Episcopus Bodoniensis, scripsit

Summam Confessorum, anno 1250.

JOANNES FUCHER Aquitanus, primusquam inter Minoritas initiaretur, Juris Cæsarei Doctor, cum ad Indias recenter detectas Christum prædicaturus se contulisset, et quadraginta annis in illis regionibus fidei disseminandæ laborasset, tantam exentienti populo lucem intulit, at aliquorum morte ejus compatriotarum confessione tale testimonium accesserit: *Si quidem mortuus est Fucher, in tenebris omnes versabimur.* Reliquit sui zeli, et spectatæ doctrinæ monumenta

De Judice Ecclesiastico.

De Juncta delinquentium punitione.

Manuale Prælatorum.

De Religioso ab Ordine ejecto volente contrahere matrimonium.

De electionibus per scrutinium celebrandis.

De immunitate Ecclesiarum.

Antidotum infirmorum.

De justi pretii æqualitate.

De tertia specie cognationis spiritualis.

Itinerarium Catholicorum ad convertendos infideles. Hispali 1574. in 8.

Diversarum diplomatum expositionem. Ejus vitam retulit Franciscus Gonzaga in quarta parte suæ Historiæ Seraphicæ in provincia S. Evangelii.

JOANNES GALLICUS edidit

Sermones quosdam.

JOANNES GARCIA Hispanus, Regul. Observ. provinciæ sanctorum Duodecim Apostolorum in regno Peruano apud Indos Occidentales, edidit

Explicationem omnium mysteriorum, quæ in sacrificio Missæ peraguntur, et interpretationem omnium cæremoniarum. Limæ anno 1641.

Brevem compilationem de Indulgentiis.

JOANNES GARIA Tolosanus, edidit

Expositionem in orationem Dominicam.

JOANNES GAVINETUS in Conventu Vicnnensi scripsit librum præmotatum:

Amicus medicorum. Prodiit Lugduni in 4. an. 1508. Quocunque, cui titulus: *Cœli enarrant.*

Abbreviationem Abrahæ Avenezræ de Luminaribus, et diebus criticis, et Astrologia Hippocratis.

JOANNES

JOANNES BAZO Hispanus, Catalanus, Regul. Observ. provinciæ Cataloniæ, egregius Prædicator, edidit

Institutionum sacrarum Evangelicarum, et moralium pro præcipuis festivitatibus, et diebus totius anni tomum primum, in quo continentur duplicatæ institutiones pro omnibus diebus Quadragesimæ usque ad feriam quartam post Dominicam quartam. Prodiit Barcinonæ impressus in cœnobio sancti Francisci per Sebastianum Mathenad, et Laurentium Deu an. 1610. in folio, et 1614. in fol.

Tomus 2. continet nihilo inferiores a primis institutionibus pro reliquis diebus usque ad secundum diem infra octavam Paschatis. Ibidem anno 1614.

JOANNES GENESIUS de QUALEA, aliis *Joannes Paulinus de Qualea*, communiter nuncupatus *Joannes de Parma*, in Bononiensi tractu natus, dum esset Professor Theologiæ Parisiis, evocatus ex Gallia ab Innocentio IV. creatus est Minister Generalis an. 1247. deinde abiegatus ad Joannem Imperatorem Græcorum, et Mannelem Putriarcham Constantinopolitanum, ali iisdem *Angelus pacis* dictus (*Vide tom.* 1. *Annal. an.* 1247. *num.* 4. *et an.* 1249. *n.* 1. *et* 5.). Cedens officio Ministri Generalis, cunavit sibi substitui S. Bonaventuram. Multa passus invicta perstitit patientia in humili tugurio Græcii in Valle Reatina, a S. Francisco constructo. Joannes XXI. eum plurimi fecit, et Nicolaus IV. eum secundo ad Græcos misit legatum; sed dum itineri se committit, moritur Camerini miraculis clarus anno 1289. Scripsit multa opuscula; hæc tantaxat ad nostram pervenerunt notitiam.

In libros Magistri Sententiarum.

De conversatione Religiosorum lib. 2.

De beneficiis Creatoris.

De Civitate Christi. Habetur ms. in Biblioth. Convent. Mediolani.

Tractatum, quem inscripsit: *Sacrum commercium sancti Francisci cum domina paupertate.*

Officium Passionis Christi, cujus initium est, *Regem Christum Crucifixum.*

Conditus est in Conventu S. Francisci prædictæ urbis in arca marmorea, ubi corpus integrum conspicitur.

Aliqui distinguunt *Joannem Genesium de Qualea a Joanne de Parma*, et illi tribuunt hæc opera:

Rosarium in Genesim, quod Possevinus ait se vidisse Patavii apud Eremitanos ms.

Librum de Civitate Christi; cujus initium, *Fundamenta ejus in Montibus altis*; qui prodiit Regii Lepidi apud Ingonem Rogerium anno 1501. et Romæ apud Jacobum Mazochium an. 1523.

Sed idem prorsus est Joannes hic cum Joanne Parmensi. Vide quæ diximus tomo 2. Annal. an. 1278. num. 31.

JOANNES GENNINGUS Anglus Missionarius, ante restantratam provinciam Anglicanam diu Custos, seu Vicarius, et jam restantratæ primus Minister, ad idem munus secundo, et tertio electus, qui sua prudentia et virtute provinciam restauravit, et stabilivit, ædificato sua industria pro confratribus Collegio Dnaceno, et pro sororibus Anglicanis Tertii Ordinis S. Francisci Monasterio Bruxellensi, Neoportum postea translato, edidit Anglice

Vitam Edmundi Genningi sui fratris germani, Londini ab hæreticis pro Christi fide suspensi. Andomari 1602.

JOANNES GEONA, sive *de Gaona*, Hispanus, Burgensis, qui, absolutis studiis Parisiis, legit Theologiam Burgis, et Vallisoleti. A Regium Catholica Elizabetha missus ad Indos, annis decem ab aliis studiis vacans, illius gentis lingnæ addiscendæ totus intentus, eatheehizabat, prædicabat, et quibus potuit modis vastissimæ gentis salutem procurabat; demum edidit puro, et eleganti Mexicano idiomate

Dialogos spirituales, sive colloquia.

Apologiam quandam Latine.

Dialogum de Christi Passione nondum editum.

Obiit an. 1559. sepultus in Conventu Mexicano.

JOANNES GERVASII, provinciæ Tusciæ, insignis Concionator, scripsit

Sermones Festivos, et Feriales per totum anni circulum.

Floruit sub annum 1351.

JOANNES GILLIUS Aragonius, Reg. Observ. provinciæ Aragoniæ Chronologus, scripsit lingua vernacula e.x præcepto Petri de Sikos Ministri provincialis

Historiam suæ provinciæ in supplementum eorum, quæ Franciscus Gonzaga de eadem exaraverat. Anno 1619. eum ad me transmisit ms.

JOANNES GRAVENDUNK Teutonicus, collegit

Postillam in Evangelia ex libris aliorum.

Vixit Moguntiæ, et successit in Ecclesiastes Cathedralis officio Joanni Fero, de quo supra diximus.

JOANNES a S. GREGORIO Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Bæticæ sacræ Theologiæ Professor in Conventu Hispalensi, edidit

Tractatum de difficultatibus propositis circa Fratrum missionem ad conversionem Infidelium; et an Ministri Provinciales possint impedire, ne eadant Fratres ad hujusmodi missionem, et terras infidelium. Hispali anno 1633.

JOANNES GRITSCH, aliis *Gritsch*, Basilicensis, S. Theologiæ Doctor, scripsit

Sermones de Passione Domini, librum 1.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis. Lugduni anno 1443.

Quadragesimale, quod impressum est Basileæ per Joannem Wiener. an. 1477. Lugduni 1492 et Parisiis 1512. in 8.

Floruit anno 1430.

JOANNES GUALLENSIS, vel *Valleis*, Anglus, Cœnobii Wigorniensis alumnus, vir in sacris, et profanis litteris excellenter doctus; propter uberes, quos protulit eruditionis fructus, et ad spiritualis vitæ alimentum idoneos, suo quodam jure *Arbor vitæ* communiter indigitari solebat. Oxoniæ diu studuit, mire flornit. Num ibi primum, deinde Parisiis sacræ Theologiæ Doctor, et Professor, utrobique maximo cum applausu, teste Trithemio, docuit. Erat ei promptum ingenium, solidum judicium, lingua diserta, eloquium clarum, et in omni disciplina scholastica ita erat exercitatus, ut primo intuitu res perciperet, etsi difficillimas, et de quacumque materia, repente etiam proposita, erudite discurrere, et ornate dissere potnerit. Scribunt probati, et docti illorum temporum authores, et in his Bartholomæus Pisanus, ac Jacobus Bergomus, quod ex suis laudationibus viginti plus minus volumina magna in lucem emiserit. Indicem opusculorum ex Pitseo hic subjiciemus. Scripsit itaque

Lecturas Scripturarum, libros plures.

In Magistrum Sententiarum lib. 4.

In Apocalypsim S. Joannis lib. 1. Legimus apud Euseb.

Sermonum de tempore lib. 1.

Sermonum de Sanctis lib. 1.

In Mythologicum Fulgentii librum 1.

Bre-

Breciarium præceptorum, librum 1. habetur ms. in Biblioth. PP. Convent. Mediolani.

De visitatione infirmorum librum 1.

De Pœnitentia lib. 1.

Summa de virtutibus, et vitiis; habetur ms. in Biblioth. Conventus Assisii duplicata.

Legiloquium de mandatis divinis, librum 1. Scribam eis multiplices.

Communiloquium, et de regimine vitæ humanæ lib. 7. Cum Doctor, sive Prædicator Evangelicus; ms. Oxonii in Collegio Balliol. Cantabr. in Collegio S. Petri. Extat Lugduni anno 1511.

Moniloquium, seu Collectiloquium, lib. 4. Cum almus Christi Confessor Franciscus; ms. Cantabrigiæ in Collegio sancti Petri, et in Aula Pembrochiana.

Florilegium, seu Florilegium de dictis Philosophorum, librum 1. Cum enim deberemus apes imitari; ms. Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti, et in Aula Pembrochiana.

Breviloquium, vel Compendiloquium de sapientia Sanctorum, lib. 1. In principio secundum quod testatur; ms. Oxonii in Collegio Ballioi. et Orialensi.

Breviloquium de virtutibus antiquorum Philosophorum, librum 1. ms. Oxoniæ in Collegio Orialensi.

Margarita Doctorum. Quoniam Respublica. Prodiit Venetiis 1496.

De vita, et moribus Philosophorum libros decem. Summam justitiæ, vel tractatum de septem vitiis ex Gulielmo Parisiensi, libros decem. Summa justitiæ Christi fidelium; ms. Oxonii in Collegio Oxoniensi, Cantabrigiæ in Collegio S. Petri.

Floriloquium, libr. 1 Cum enim circa res domesticas.

De ordinatione universali librum 1. Quoniam omni negotio.

De Republica librum 1. ms. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica.

De virtutibus antiquorum lib. 3. Quoniam misericordia, et veritas; ms. Oxoniæ in Colleg. Orialensi.

Historiarum collectanea, librum 1.

Tractatum de pœnis Inferni. Habetur ms. in Bibliotheca Convent. Mediolani.

Additiones celebres, lib. 1.

Ordinarium, seu Alphabeticum vitæ religiosæ in hac tres partes sequentes divisum. Videlicet in

Dictarium, librum 1. Numquid nostri ordinem exili? Extat Venetiis, et deinde Lugduni an. 1511.

Locarium, lib. 1. Volo viros orare in omni loco.

Itinerarium, lib. 1. Quoniam vir Deo dedicatus.

Indices duorum operum, lib. 1. Ablatio rerum sustinenda est.

Pastoralia, lib. 1. Licet B. Gregorius admoneat.

De diversis materiis lib. 1.

De disciplina lib. 1. Disciplinam ad mentem instruendam.

De correptione lib. 1. Probata virtus quasi per ignem.

De exhortatione lib. 1. Qui exortatur in doctrina.

De cognitione vitæ lib. 1. Quoniam omni negotio.

De relationibus lib. 1.

De esse, et essentia lib. 1.

Commentarios in Valerium, lib. 1.

Collectionem versuum, librum 1. ms. Cantabrigiæ in Collegio sancti Petri.

Expositionem fabularum Ocidii, lib. 1. ms. ibidem.

De diversis rebus libros quindecim.

De origine, progressu, et fine Mahumetis, et quadruplici reprobatione prophetiæ ejus librum 1. Ad ostendendum, quoi Mahumetes.

Manipulum Curatorum, librum 1. quem morte præventus non finivit, absolvit tamen postea Fr. Thomas de Hibernia.

Rudimentum doctrinæ. Habetur ms. in Bibliotheca Conventualium Mediolani.

De Oculo morali lib. 1.

Vir doctissimus Theophilus Raynaudus Societatis JESU noster amicus edidit Lugduni anno 1641. librum istum sub titulo *Oculi mystici*, et nomine *Raymundi Jordani* Canonici Regularis primum Præpositi Uticensis, deinde Abbatis Cellensis, qui hactenus *Idiotæ* nomen prætulit. Ita ei persuasit codex quidam ms. Ludovici de Casenevile Turonensis Medici, ex quo libellum exscripsit, mutilum tamen, et imperfectum, desideratis quibusdam capitulis; quæ dum ab Ingolstadiensibus PP. sui Ordinis accipit, ex conjunctis literis dubitare cœpit de authore. Re mecum perhumaniter collata, suspicari se dixit, Opus esse nostri Joannis Peccham, Archiepiscopi Cantuariensis in re oculari, et perspectiva eruditi scriptoris, vel alterius Franciscani. Ego ex hoc nostro indiculo, allisque authoribus ostendi, hujus Joannis Gualiensis opus esse, quod ille gratanter annivit, et se quantocyus curaturum dixit, ut libellus integer prodiret, et suo restitueretur authori, quo beneficio nostros sibi strictiori vinculo devinciet. Prodiit Italice hoc opusculum omnibus suis partibus integrum Venetiis anno 1496. sub titulo *Oculi moralis, et spiritualis*, adjecto in fine nomine cujusdam Magistri P. Lacepiera S. Theologiæ Professoris tanquam authoris. Ex Latino in Italicum tradixit Theophilus Romanus Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis S. Mariæ de Ortona, ita rogante Dominico de Ponzo Minorita Reg. Observ. celeberrimo concionatore, qui magno Venetorum applausu, et concursu prædicto anno prædicavit in Ecclesia S. Pauli Venetiis, ibique curavit typis committi.

Clarnisse antem Gualionsem an. 1260. scribit Pitsens, et anno 1270. Willotus, et Parisiis tandem inter suos mortuum, et sepultum. Ego Joanem Valensem Anglum Londini docentem invenio in Regesto Vaticano Doctoratus laurea donatum a Bernardo de Gnascenibus Ministro Tusciæ, idque authoritate Pontificia anno 1308.; si hic ille est, oportet mendum esse in notis numerorum apud Pitseum, et Willotum, et pro 1260. substituendum 1360. et quidem Possevinus eum vixisse scribit anno 1300. aliunque affert Joannem Gnalonsem juniorem anno 1340. qui scripsit *Lecturam in libros Sententiarum*, et librum alterum *Disputationum*. Fortassis hic ille est, cui Doctoratum conferri jussit Urbanus V. anno 1368. (*Vide Ann. Min. an.* 1368. *num.* 8.). Ego puto utrumque, seniorem, junioremque unum, et eundem esse Joannem, dnosque ab authoribus, Gesnero, ejus Abbreviatore, Possevino, et Pitseo ex temporum confusione fuisse reputatos. Extant in Bibliotheca nostra Arecceli in Urbe duo opera non contemnenda sub titulo Joannis Gualensis, unum ita inscriptum.

Summa Collectionum, opus varium de re publica, re historica, et Theologica, cujus duo sunt illic vetusta exemplaria mss. Incipit, *Cum Collectionis hujus, quæ potest dici Summa collectionum, sint septem partes.* Aliud est

Postilla in Evangelium Joannis. Incipit, *Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila?*

JOAN-

JOANNES GUALTERI Gallus, provinciæ Aquitaniæ, scripsit

Subtiles Commentarios in Genesim.

JOANNES GUANTIUS Anglus, in Cumbria Britannorum genere natus, vir in sacris, ac profanis litteris apprime eruditus, et, ut satis innuit Lelandus, Oxoniensis in Theologia Doctor, et ibidem saltem inter suos Professor; crescentibus tandem virtutis, et eruditionis meritis, suorum in Anglia Provincialis designatus est; quo officio vigilanter ad suum meritum, et Ordinis utilitatem prudenter functus est. Scripsit

Commentarios in Magistrum Sententiarum, lib. 4.

Sermonum ad populum librum 1.

Quæstiones disputatas, librum 1.

Herefordiæ obiit anno 1348.

JOANNES GUTIERREZ Hispanus, provinciæ Conceptionis Lector emeritus, in supremo Consilio sanctæ Inquisitionis Hispaniæ Qualificator, Guardianus Segoviensis, suam contulit industriam componendo, et edendo libro inscripto,

Armamentarium Seraphicum, de quo vide verbo *Gaspar de Fonte.*

JOANNES GUYFIUS Ultrajectinus, Observan. Reg. primus Groeningensium Episcopus anno 1561. designatus, scripsit Belgice, et Latine

Commentarium in Psalmos, Miserere mei Deus, et *De Profundis.* Antuerpiæ typis Steelsii.

Obiit anno 1578. sepultus in templo Cathedrali Groeningæ.

JOANNES de la HAYE Parisiensis, vir doctus, et prudens, provinciæ sancti Didaci Strict. Observ. in Bætica almumus, postquam in Hispania studia absolvit, et Theologiam aliquot annis edoceuit, in patriam transiatus, suæ Scripturæ studio, Sanctorumque Patrum lectioni totus intentus, ad sacras Conciones Reginæ Christianissimæ Galliarum delectus est, Commissarius ad plerasque provinciias amandatus, Procurator generalis Ordinis, et locorum Terræ sanctæ in Gallia institutus, meus amicus, per familiares, frequentesque litteras mihi notissimus. Scripsit

Commentarios litterales in Genesim, sive *Arborem vitæ Concionatorum, cujus radix liber Geneseos, cujus truncus expositio ejus litteralis, rami cum foliis omnimoda versionum varietas, flores earum concordia, fructus innumeri pene animi conceptus, sexcentorum fere Patrum authoritate confirmati, et concatenati.* Lugduni prodiit primo, et secunda pars tomi primi, et tomus secundus, ac tertius sumptibus Lanreubii Durand anno 1638.

Commentarios similes in Exodum, vel *Concionatorum virga perenticus peccatores, cujus materia liber Exodi omnigena versionum varietate, earumque concordia, innumeris animi conceptibus, plusquam septingentorum Patrum authoritate confirmatis, et concatenatis illustratos.* Primus tomus prodiit Parisiis apud Simeonem Piget an. 1639. Tomus secundus an. 1641.

In Apocalypsim similiter scripsit *alios duos tomos*, apud eundem an. 1644. Item tertium an. 1647.

Quinque doctissimorum virorum Joannis Gagnei Doctoris Parisiensis, Guilelmi Estii Doctoris Duaceni, Emanuelis Sa, Joannis Menochii, et Jacobi Tirini Societatis JESU, notas, et breves expositiones in universa Biblia suis locis dispertitas, in unumque corpus collectas, adjectis prolegomenis, chronico sacro, indicibus locupletissimis, diligenti cura, magnoque labore quinque prægrandibus voluminibus sub titulo, *Biblia Magna*, edi curavit Parisiis an. 1643. sumptibus quatuor librariæ artis mercatorum.

Bibliothecam meditatus Ord. Minorum, editionem scilicet operum omnium gravium ejusdem Instituti virorum, exorsus est a *S. Francisci opusculis, et S. Antonii Paduani operibus*, quæ ornatissime imprimi curavit Parisiis apud Carolum Rovillard 1641.

S. Bernardini Senensis opera, adjunctis aliis, quæ nondum viderant lucem, quatuor magnis tomis publicavit anno 1635. et 1636. Parisiis sumptibus Dionysii Moreau in fol.

Opuscnlum *de Casibus reservatis* sui præceptoris Joannis a Trinitate Hispanico compositum reddidit Latinum, et typis commisit Parisiis anno 1617. Vide verbo *Joannes a Trinitate.*

Commentaria Alexandri Halensis in Apocalypsim, edidit Parisiis anno 1647. apud Antonium Bertier.

Vivit adhuc Parisiis, et vegeto adhuc corpore scribit; Deus ei vires, et vitam addat longiorem.

JOANNES de HERBON, alias *Joannes Roderiquez del Padron* regni Gallæciæ in Hispania oppido non ignobili, provinciæ S. Jacobi alumnus, in Joannis II. Castellæ Regis aula a juventute instructus, ob insignem rei Poeticæ, et Historicæ peritiam Regi perquam charus, ejus versificator, et Historicus renunciatus est (*Vide Argotum de Molina de Nobilitate Betica lib.* 2. *fol.* 272.). Anlicis amoribus implexus, Maciæ sui socii inter procos pertinacissimi insanis affectibus inter Hispanos celeberrimi miscra morte perierritus, et artificiose a regia pellissequa delusus, mundi pertesus, in sequc reversus, Minorum subiit Institutum in patria, ubi concessis facultatibus Cœnobio construendo, vitam duxit religiosissimam. Scripsit lingua vernacula

De Nobilitate.

De Inferno, sive de intolerabili pœna amoris, opus metricum.

Carmina varia.

Floruit sub annum 1450.

JOANNES HERLIUS LUMNIUS, Tertii Instituti S. Francisci, candidi vir ingenii, multæque eruditionis, et lectionis transtulit e Latina in Belgicam

Adlocutionem Christi ad devotam animam Joannis Lauspergii Carthusiani. Antuerpiæ anno 1571. typis Martini Huyssii.

Manuale piarum precationum.

JOANNES HILTONUS Anglus, sac. Theologiæ Doctor Oxoniensis, vir religiosæ vitæ, et multiplicis doctrinæ titulis clarus, subtiliter disputando in scholis Oxoniensibus laudem non mediocrem obtinuit. In causa Ordinis sui aliquando controversiam habuit cum Utredo Boltono Monacho Benedictino, contra quem scripsit

Quasdam determinationes de paupertate Fratrum, lib. 1. Artic. pertractandas.

De statu Minorum, lib. 1.

Quæstiones Ordinarias, lib. 1.

Norvici in suo Cœnobio decessit anno 1376.

JOANNES a S. HUBERTO, Strict. Observantiæ Xamurcensis, composuit librum

De Joseph Patriarcha, qui *Diœcarchus Ægyptius* inscribitur. Leodii anno 1613.

JOANNES INCA Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Valentinæ Definitor. scripsit

Historiam provinciæ provinciæ. Habeo penes me ms.

JOANNES ab INCARNATIONE Lusitanus, provinciæ Portugalliæ Minister, vir doctus, et insignis Prædicator, dearticulavit

Librum

Librum primum Scoti in Sententias. Conymb. apud Didacum Lopez in folio anno 1609.

JOANNES de IRIBARNE, et *Yraburu*, Hispanus Reg. Observ. prov. Aragoniæ Custos, Lector emeritus, sancti Officii qualificator, edidit

In quartum Sententiarum tomos 2. Prodierunt anno 1614. et 1616. in folio Cæsarangustæ apud Petrum Labarte. Tomus 1. dedicatus est Fr. Beringario a Bardaxi ex Minorita Episc. Oscens'.

Tertium præparabat *tomum* in eundem librum 4., sed morte præventus non absolvit.

De actibus humanis. Venetiis apud Marcum Ginammum anno 1635. in 4. et Cæsarangustæ an. 1643.

JOANNES JUBINUS Hispanus, insignis Poeta Episcopus N. scripsit

De Sacramento Eucharistiæ carmine Sapphico.

De B. Virgine.

De D. Hieronymo.

De mundi contemptu, carmine Elegiaco. Barcinonæ apud Bornat anno 1568.

JOANNES KRANEMAN, alias *Kannemant*, Teutonicus, scripsit

Apologiam, seu Defensorium pro scipso.

De Passione Domini lib. 1.

Sermones varios, lib. 1.

Quæstiones varias, lib. 1. *et alia complura.*

Claruit anno 1460.

JOANNES LAGRENAS Gallus, edidit

Sermones sancti Augustini emendatiores.

Vitam sancti Augustini. Citatur ab Athanasio a S. Agnete Ordinis sancti Augustini in Candelabro aureo Templi Salomonis.

JOANNES LATIBERIUS Anglus in Cœnobio Readingensi, sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, quem Lelandus in suo Catalogo mirifice laudat a multiplici scientia tum sacra, tum profana; penetravit enim arcanos naturalium rerum recessus, omnemque Philosophiam egregie calluit. Theologiæ denique mysteria alte hausit, suamque pro occasione in recondita rebus scientiam non raro habitis Scholasticis concertationibus publice testatam fecit. Verum præcipuam hominis laudem ponunt multi in illustrandis eloquiis divinis; nam postquam jam maturam ætatem attigisset, sacras Scripturas jugiter legere, et noctes atque dies in lege Domini meditari solebat, vitamque in his contemplationibus suaviter consumpsit. Ex quo sacro thesauro nonnumquam ad populum sermones depromere consuevit, ne sibi tantum, et Deo vivens, proximorum salutem negligere videretur. Hos autem ingenii, doctrinæque fœtus feliciter in lucem protulit:

Explicationem Psalmorum, lib. 1.

Commentarios in Jeremiam Prophetam, lib. 1.

In ejusdem Lamentationes lib. 1. Incipit: *Justa mores modernorum*. Habetur ms. Oxonii in Collog. Enii Nasi; et extat anno 1482.

Super Acta Apostolorum lib. 1. Superædificati estis supra.

Lectiones Scripturarum, lib. 1.

Conciones varias, lib. 1.

Distinctiones Theologiæ, lib. 1. Cantabrigiæ in Collegio santi Petri.

Alphabetum morale, lib. 1. Abstinendum est a delictis carnalibus; ms. ibidem.

Claruit anno 1406.

JOANNES a S. LAURENTIO e Postillis D. Thomæ Aquinatis, Nicolai Lyrani, et Cardinalis Bertrandi pleraque collegit in varios libros sacræ Scripturæ. Extabant mss. in Biblioth. Franciscanorum Lovaniensium.

JOANNES LELOVE in sacra Theologia Baccalaureus Parisiensis, scripsit

Commentaria in Scoti formalitates. Parisiis anno 1581.

JOANNES de LEOVARDIA Frisius, Doctor Theologus in Indiam Occidentalem missus ad infideles convertendos, scripsit

De Ecclesia Christi.

De Judæorum Synagoga.

De providentia divina.

In Decalogum.

In Hexameron.

Floruit circa annum 1590. teste Suffrido Petro.

Huic symbolum, *Tribulatio dilat.*

JOANNES LISETH, scripsit

Sermones Quadragesimales. Norimbergæ 1495.

JOANNES MADUSIUS Flander, Aldenardensis, Lovanii sacrarum Litterarum in Conventu Lector, primus Episcopus Daventriensis denominatus fuit propter singularem eruditionem, et concionandi facundiam; sed senectute oppressus onus tantum, et honorem fugiens, ad rusculum se recepit, mortem meditaturus. Aldenardo a Genslis occupato, ductore Blommardo, inclementissime vulneratus, pedibus concalcatus, pluribusque aliis injuriis, et opprobriis affectus, instar putridi, et abjecti cadaveris in plateis relictus est anno 1572. Oct. 4. Consule Emmanuelis Demetrii Comment. Belgicos.

Francisci Titelmanni Commentarium in Psalmos in compendium redactum, et

Annotationes Erasmi Roterodami in novum Testamentum. Antuerp. 1638. in 8.

Commentariorum volumen in Epistolas Pauli.

D. Joannis Chrysostomi in Evangelium secundum, Matthæum Commentarios ab Arianorum face purgatos in lucem emisit.

JOANNES MAJOR, alius a Joanne Majore Hadingtano, scripsit

Commentaria in primum Sententiarium. Paris. anno 1590.

In quatuor lib. Sententiarum.

In Matthæum.

Historiam majoris Britanniæ.

JOANNES MAPELLUS Mediolanensis, scripsit

Quæstiones Quodlibetales, et

Tabulam, seu *Indices ad Conformitates Bartholomæi Pisani.*

JOANNES MAMBRE a Colonia, edidit

Quæstiones in lib. Physicorum.

JOANNES MARCHELEIUS, prov. Anglicanus Minister, vir morum probitate, et litterarum scientia conspicuus; acres habuit congressus cum Gulielmo Jordane Ordinis Prædicatorii circa Conceptionem B. Mariæ Virginis, quam ab omni originali labe contendebat fuisse immunem. In hac concertatione, quæ per multos annos inter utrumque Ordinem duravit in Anglia, signiferum hunc fuisse inter suos commemorat Lelandus. Scripsit itaque

De Conceptione B. Mariæ Virginis lib. 1.

Quæstionum variarum lib. 1.

Eboraci mortuus, et sepultus anno 1376.

JOANNES MARIA SFORZA Italus, Conventus sacræ Theologiæ Magister, scripsit

De supernaturali Philosophia, sive *de Metaphysica.*

JOANNES a S. MARIA Hispanus, Strict. Observ.

serv. provinciæ S. Joseph Minister, vir inter sui lustituti viros, et in Curia Regis Catholici magnæ auctoritatis, edidit Hispanice

Chronica prædictæ provinciæ, et aliarum, quæ ex ipsa prodierunt. Tomus primus prodiit Madriti ex typographia Regia anno 1615. in fol. Tomus 2. ibidem 1618. fol.

Rempublicam, sive *Politiam Christianam pro Regibus, et Principibus, et pro iis, qui illorum vices gerunt.* Barcinone apud Laurentium Den an. 1619. in 4.

Vitam, et gesta B. Petri de Alcantara. Madriti apud Viduam Alphonsi Martini anno 1619.

Relationem Martyrum Japonensium, cum additionibus ad eandem doctissimi viri Francisci Pennæ Romanæ Rotæ Auditoris. Romæ anno 1599.

JOANNES MARIA VELMATIUS Balneo-Cabalensis, Italus, edidit librum

De Cristi vita carmine Hexametro, prænotatum hoc nomine, *Christiados.* Venetiis anno 1538.

JOANNES MARIA ZAMORUS Italus, Utinensis, Capuccinus S. Theol. professor, edidit

De eminentissima Deiparæ Virginis perfectione libros 3. in quibus primum generatim de summa illius præstantia; deinde vero sigillatim de ipsius virtutibus, donis, et privilegiis juxta vitæ seriem ab æterna prædestinatione usque ad desponsationem disseritur, opus quidem eunctis sacræ Theologiæ studiosis, et divini verbi præconibus apprime utile, et accommodatum. Venetiis 1629. in fol.

Commentaria Theologica de Deo Trino, et Uno; in quibus complexit omnes controversias inter Divum Bonaventuram, Divum Thomam, et Scotum. Ibidem anno 1626. in fol.

Adhuc vivit, et docte scribit Romæ, mihi perquam familiaris, et charus.

JOANNES MARIUS SCRIBONIUS Gallus, provinciæ sancti Dionysii Strict. Obser. sacræ Theologiæ professor emeritus, postquam annis quindecim continuis Theologiam prælegit, edidit

Pantalithiam, seu *Summam totius veritatis Theologicæ.* Parisiis apud Dionysium Moreau an. 1620. in fol.

Conciones in omnia Jesu Christi Evangelia toto Adventus circulo decantari solita. Ibidem an. 1622.

JOANNES MEDER Germanus, Reg. Observ. edidit

Parabolam filii Prodigi, de perfecta peccatoris ad Deum conversione per veram pœnitentiam, integre de eadem parabola libro sermonum confecto, quos totius anni, præsertim autem Quadragesimæ, concionibus, quas ille Basileæ habuit, aptavit. Prodiit Basileæ apud Michaelem Furter anno 1510. et Parisiis apud Joannem Barbier anno 1511 in 8.

JOANNES MENESIUS Lusitanus, vide verbo *beatus Amadæus Lusitanus.*

JOANNES MERDIGIUS Teutonicus, egregius Concionator, scripsit

Sermones Quadragesimales, librum 1.

Sermones de Tempore, librum 1.

Sermones de Sanctis, lib. 1.

JOANNES MERINERUS Hispanus, Madritensis, per annos multos sac. Theologiæ professor Complutensis, Guardianus Madritensis, Minister provinciæ Castellæ, demum totius Ordinis Primicerius, mox designatus Episcopus Civitatensis, vulgo *Ciudad Rodrigo*, demum Vallisoletanus, vir mansuetus, pradens, et plus, scripsit

Commentarios in universam Aristotelis Dialecticam juxta Subtilis Doctoris Joannis Duns Scoti mentem una cum disputationibus, et quæstionibus hoc tempore agitari solitis. Compluti apud Joannem de Willodas, et Orduna anno 1629.

Habet etiam prælo paratos *Commentarios in universam Philosophiam, selectasque materias Theologicæ.*

Commentariorum in *Regulam S. Claræ partes* 2. Madriti 1642.

JOANNES MICHAELIS vir doctus, et in sacris Scripturis non mediocriter versatus, scripsit

De Quadraginta duabus mansionibus filiorum Israel moraliter applicatis ad totidem gradus, quos ascendere debet, qui, calcatis vitiis, ad virtutum culmen cupit pertingere. Incipit, *Circa Quadraginta duas mansiones.* Habeo penes me us.

JOANNES MINUS de Muro Picenus, vir non vulgariter doctus, sacri Palatii Apostolici lector, et totius Ordinis Minister Generalis Anagniæ creatus anno 1296., post receptum ad Ordinem sanctum Ludovicum Caroli Claudi Regis Neapolitani filium missus a Bonifacio Octavo ad pacificandos Philippum Gallorum Regem, et Guidonem Flandriæ Comitem, ita se præclaro gessit in hac legatione, aliisque rebus suæ fidei commissis, ut paulo post eum Cardinalem Episcopum Portuensem crearit cui se gratum Joannes probavit, dum Bonifacii memoriam constantissime defendit in Concilio Viennensi contra vehementem prædicti Philippi Regis conatum, qui tanquam hæreticum e sorio Pontificum expungi Bonifacium contendebat. Post Cardinalatum commisso ei Ordinis regimine, ut ejusdem Protector. Aliqua scripsisse refert Paulus Cortesius (*in elog. Cardinalium*), eumque a Theologica doctrina valde commendat. Nos in secundo, et tertio Annalium tomo de illo sæpe habuimus sermonem. Scripsit porro

Epistolam Encyclicam ad universos Ordinis Ministros, et Superiores circa Ordinis pauperlatem retinendam; quam nos exscripsimus tomo 3. Annal. ad annum 1302. quo in Comitiis generalibus Genuensibus fuit exarata.

Sermones habitos in solemnioribus festivitatibus.

Obiit Avenione, ad suos consodales sepultus anno 1312.

JOANNES de MIRABELLO provinciæ Aquitaniæ, sacræ Theologiæ Magister, scripsit

Sermones ad Clerum, et populum.

Floruit sub annum 1340.

JOANNES de MIRANDA Hispanus, scripsit

De scribus sacræ Scripturæ. Salamant. an. 1625.

JOANNES e MONTE CALFRIO Italus, Capuccinus, sui Instituti Minister Generalis, edidit

Chorographicam descriptionem provinciarum Instituti Capuccinorum. Romæ anno 1643.

JOANNES de MONTE CASALE provinciæ Januæ, et Custodiæ Montis Ferrati, sacræ Theologiæ Magister, scripsit

Commentaria in Magistrum Sententiarum.

Quæstiones Philosophicas.

Floruit circa annum 1300.

JOANNES MORENO Hispanus, descripsit

Stationes itineris in calum.

JOANNES NASS, sive *Nasus*, e civitate Helman Herbipolensis diœcesis in Francouia Germanus, Suffraganeus Episc. Brixinensis in Germania, non Brixiensis in Italia, ut quidam perperam scribunt, a Gregorio XIII. creatus, acerrimus Lutheranorum hostis, scripsit

Centurias mendaciorum insignium, quæ ab hæreticis, qui se vocant Evangelicos, scripta sunt. Ingolstadii anno 1569.

Centuvias sex. Prima est *De Matrimonio;* secunda *De vita Monastica;* tertia *De vitiis utriusque vitæ;* quarta *Explicatio Orationis Dominicæ;* quinta *De discrimine veteris, et novæ fidei;* sexta *Summa præcipuorum capitum fidei Christianæ.* Ingolstadii.

Conciones duas de fructibus, et proprietatibus veteris, et novæ fidei et de præcipuis capitibus veteris Christianismi.

Concionem initio novi anni habitam, in qua verus usus orationis Dominicæ exponitur.

Aliam in caput 8. *Matthæi de tempestate excitata, a Christo sedata.*

Conciones 12. *de Sacramento Altaris.*

De temperantia, et æterna morte.

Antigratulationem contra Jacobi Andreæ gratulationem, qui mendtus erat Concionatores Ducatus Bavarici factos fuisse Lutheranos.

Centuriam quartam Evangelicarum veritatum, in qua Lutheri vita describitur contra Cyrinem Spongembergium, et Joannem Matthæsium.

Catechismum Catholicum. Singnia hæc variis annis Ingolstadii impressa; Catechismus vero an. 1598.

De veste nuptiali conciones tres.

Conciones Catholicas 65.

De Nasicaino, ejusque vero titulo contra Nigrinum responsio. an. 1571.

Postillam minorem a Paschate usque ad Adventum. an. 1561. Ingolstadi Germaniæ.

Postillam minorem ab Adventu usque ad Paschu. an. 1572.

Conciones familiares sex, domesticas sex, secundo editas. an. 1571.

Concionem ex Matthæi 8. *de victoria maritima contra Turcam,* anno 1572.

Tractatum brevem de Cœna Dominica; unico sermone solidas 50. adversariorum objectionum confutationes comprehendens, ac perspicue declarans verba Christi hoc Eucharistiæ Sacramentum sub utraque specie instituentis. Primum ab eodem authore collectus, et Germanico editus est, deinde Latinitate donatus a Fr. Joanne Dominico Hessio Ingolstadii anno 1577. sed et idem Hessius reliqua ejusdem *opuscula* Germanica fecit Latina.

JOANNES NODIN Gallus, Doctor Theologus Parisiensis provinciæ D. Bonaventuræ Minister, scripsit

Victoriam Hebræorum adversus Ægyptios, Catholicorum trinmphum contra hæreticos prævignantesne; hoc est, commentaria in priora 15. Exodi capita per locos communes ad utilitatem Concionatorum; quæ cum morte præventus absolvere non posset, perfecit Desiderius Richardus ejusdem Instituti. Lugduni apud Clandium Morillon an. 1611. in fol.

JOANNES de NOTO, sive de *Nostro,* Sicnius provinciæ Siciliæ, et custodiæ Syracusanæ, scripsit

Summam de casibus, quæ citatur in Summa Angelica.

JOANNES NUÑEZ de Torres, Hispanus, provinciæ S. Jacobi, ejusque Definitor, scripsit lingua vernacula per modum Dialogi

Instructionem pro omnibus statibus Ecclesiæ. Salamanticæ apud Antonium Ramirez anno 1618.

Vivebat anno 1624.

JOANNEM OCCAM Anglus, scripsit

Directorium Juris, opus magnum, et doctum.

JOANNES de OOSTERROYCK Belga, Thenensis, Tertii Ordinis presbyter, suscepta peregrinatione in Terram Sanctam anno 1356. et 1357. scripsit

Tractatum de Terra Sancta, quem Joannes Bollandus in notis ad caput 14. Vitæ Petri Thomasii 19. Januarii dicit apud se hubere ms.

JOANNES de OVANDO Hispanus, Caceresis, provinciæ S. Jacobi alumnus, postquam annis multis prælegit Salamanticæ Theologiam, scripsit

Commentarios in tertium Sententiarum.

Expositionem in Symbolum Apostolorum. Complnti 1593. in 4.

Cæremoniale officii divini ab aliis compositum edidit Toleti 1591.

Librum de Instructione Prælatorum, quem *Pastorale* inscripsit. Salamant. apud Didacum Curio 1600.

Discursus prædicabiles de mysteriis fidei. Complnti apud Joannem Grazian. anno 1593. in 4.

In omnes Dominicas post Pentecosten sermones lingua vernacula. Ulyssipp. anno 1609.

Vixit snb annum 1610.

JOANNES PADUANUS cognomento, ortu Lusitanus, Reg. Observ. provinc. Portugalliæ, choro celeberrimi Conventus Ulyssipponensis Præfectus, edidit

Manuale chori secundum usum Fratrum Minorum, et Monialium sanctæ Claræ, nunc denuo correctum, et in multis auctum, juxta Missale, et Breviarium Romanum Pii V. et Clementis VIII. authoritate recognitum. Ulysippone apud Petrum Crasbeeck anno 1626.

JOANNES de PALMA Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Angelorum sac. Theologiæ professor, et Minister, a sacris Confessionibus Serenissimæ Infanti Margaritæ a Cruce Austriacæ filiæ Maximilianni II. Imperatoris Ordiuis sanctæ Claræ, nec non Isabellæ Borbonicæ Hispaniarum Reginæ, ejusque filiæ Mariæ, Commissarius generalis Familiæ Ultramontanæ, scripsit Hispanice

Summulas, seu Regulas orationis ad Deum habendæ. Hispali 1621.

Vitam prædictæ Serenissimæ Infantis gravi stylo, et fideli testimonio. Madriti in typographia Regia anno 1636. in folio.

Obiit Madriti an. 1638.

JOANNES PARLIHAUDUS Gallus, Regularis Observantiæ provinciæ Aquitaniæ, Conventus Orbinci Gnardianus, sub annum 1560. scripsit

Tractatum exercitiorum spiritualium de via illuminativa, in duas partes divisum, scilicet in *Exemplarem, et Gratificativam.* Habetur ms. in Bibliotheca Minorum Bayonesi prædictæ provinciæ.

JOANNES PARMENSIS Theologus, vir doctus, citatur a Bonaventura Angelo Ferrariensi lib. 1. Historiæ Pa.mensis, aliumque facit a Joanne Parmensi Ministro generali, et scripsisse refert

Commentarios in plerosque libros veteris Testamenti.

Commentarios in quatuor lib. Sententiarum. Hnbentur mss. in Bibliotheca Vaticana.

Libellus de Medicinis. Ibidem ms.

Liber de Civitate Christi, et bona vita. Ms. ibidem, et Assisii.

De Incarnatione Christi. Ms. ibidem.

De consolatione Medicinarum, ex Mesue. Ms. ibidem.

JOANNES PAULUS BIMBACCIUS, Convent. Florentinus, scripsit

Sermones Quadragesimales.

JOANNES PAULUS GERMANUS, professor Conventus Thamnensis provinciæ Argentinæ, scripsit librum prænotatum:

Seria,

Seria, et joci.

Sermones ad populum.

Vivebat anno 1530.

JOANNES PAULUS PALANTERIUS e Castro Bononiensi, Minorum Conventualium, ex magnæ domus Venetiarum Baccalaureo, Magistro Artium, Regente Cremonensi, et Theologiæ professore apud Monachos S. Justinæ Ord. S. Benedicti Patavii Episcopus Laquedoniensis; scripsit

In totam Psalterium Dividiemm tomos duos, quorum primus apud Cominum Præsenium; secundus apud Franciscum Thebaldinum prodiit Brixiæ anno 1600.

Lecturam in quatuor libros Magistri Sententiarum. Venet. an. 1594.

Prælectiones in librum 1. *Posteriorum* anno 1580.

Tractatum de Anima imperfectum. Ibidem.

Obiit Neapoli anno 1614. die 26. Octobris.

JOANNES PECHLAMUS Anglus, patria Cicestriensis, S. Bonaventuræ aliquando discipulus, et imitator non inditigens; vir quantumvis humili loco natus, alto tamen ingenio præditus. Aspirans ad magna, paulatim virtutum suarum meritis pervenit, et voti compos factus est. Primum propter omnis generis insignem doctrinam Oxonii sacræ Theologiæ supremum laureum Doctor, et primam in eadem facultate Cathedram professor accepit. Deinde Parisiis publicitus Magistrum Sententiarum prælegit, utrobique sacram Scripturam exposuit, et irrepentes tum quasdam voeum novitates erudite confutavit, imo penitus exterminavit. Nec multo post tempore fuit Ordinis sui per Angliam Provinciulis. Romam tandem profectus, utrique Juri strenuam navavit operam, et ibi sacris Pontificiis adhibitus, tandem a Nicolao Papa III. evectus est ad Archiepiscopatum Cantuariensem, et Anglie totius Primatum. Vitam, et gesta hujus optimi viri nos deducimus sub compendium tome 2. Annalium (*An.* 1278. *num.* 29. *et an.* 1279. *num.* 14.). Romæ magnum nomen obtinuit propter doctrinæ, et virtutis excellentiam, ubi aliquandiu Lector fuit sacri Palatii. Non obstantibus tamen diversis, et difficilibus, quæ obivit, muneribus, multis, iisque doctissimis scriptis suum nomen posteritati commendavit, ex quibus sequentia ita recenset Pitseus:

Collectanea Bibliorum lib. 4. Deum qui te genuit, derelinquisti. Colonæ apud Franciscum Birckmannum an. 1513. et 1541. Paris. 1514. Habeutur mss. in Biblioth. Carthusianorum Cantaviæ prope Juliacum.

Locorum ex utraque Testamento librum 1.

Postillam in Cantica Canticorum lib. 1. Dissolveris filia vagn.

In Threnos Jeremiæ lib. 1. Tempus plangendi, etc.

Super Magistrum Sententiarum lib. 4.

Quæstiones quodlibeticas, lib. 1. Inter thesauros sapientiæ.

De decem Præceptis lib. 1. Duo sunt mandata Dei.

Super Symbolo lib. 1. Credimus sanctam Trinitatem esse.

Quæstiones de Eucharistia, librum 1.

Speculum Ecclesiæ de Missa, lib. 1. Dicit Apostolus ad.

Speculum animæ, lib. 1. Audi Domine, et vide.

Postillam super Marcum, lib. 1.

De Trinitate lib. 1. ms. in Biblioth. Baronis Lumlei.

Meditationem de Corpore Christi lib. 1. ms. Cantabr. in Collegio S. Benedicti.

De Passione Domini lib. 1. Pullus Aquilæ sanguinem.

Psalterium meditationum B. Mariæ, lib. 1. Mente concipio.

Opusculum inscriptum: *Verba dicta a Christo*, habetur ms. in Bibliotheca Vaticana.

Quæstiones ordinarias, lib. 1. Utrum Theologia ex duobus.

Sermones Dominicales 25. *lib.* 1. Honeste amhuletis.

Collationes de omnibus Dominicis per annum, lib. unum. Ms. Cantabr. in aula Pembrochiana.

Officium S. Trinitatis, lib. 1. Quod approbatum a Summis Pontificibus idem esse a quibusdam putatur, quod adhuc in Breviario legimus, sed omnino diversum est. Qui legere voluerit, inveniet apud Franciscum Titelmannum, qui commentariis officium hoc mysteriis obscurum illustravit.

De ratione dici Dominicæ lib. 1. Ecce, charissime, singulis festis.

De vanitate rerum mundanarum lib. 1. Non is utique liber inutilis erit.

De vanitate sæculi lib. 1.

De peccatis capitalibus lib. 1. Quæstio est de peccatis capitalibus.

Lecturas Oxonienses, lib. 1.

Quodlibeta Scholastica, lib. 1. Utrum Deus prædestinatum ab æterno.

Contra insipientem, lib. 1. Perfectus omnis erit, si sit.

De perfectione Evangelica lib. 1. Quis dabit capiti meo aquam!

Statuta Synodalia, lib. 1. Ab exordio nascentis Ecclesiæ Christi.

Constitutiones provinciales, lib. 1. Ne quis per ignorantiam se excuset. Hæc autem statuta, et Constitutiones scripsit maxime in Conciliis Radingi, et Lambethi celebratis. Titulos hic subjicere operæ pretium judicavi.

De summa Trinitate, et fide Catholica. Ignorantia Sacerdotum.

De Constitutionibus. Quia incontinentiæ.

De sacra Unctione. Cum sacri Chrismatis.

De Sacramentis iterandis. Quod in constitutione.

De filiis presbyterorum. Cum a Jure.

De officio Archidiaconi. Eisdem etiam.

De officio Archipresbyteri. Ignorantia Sacerdotum.

De postulando. Veloces ad audiendum.

De Procuratoribus. Exhorrenda.

De Judicio. Cuidam ruralium.

De vita, et honestate Clericorum. Quamvis religiouis.

De Clericis non residentibus. Præterea et in.

De præbendis, et dignitatibus. Audistis fratres.

De institutionibus. Ex solito cursu.

De locato, et conducto. Vendentes.

De testamentis. Religiosa sinceritas.

De Parochiis, et alienis Parochianis. Altissimus.

De Regularibus. Sanctimoniales.

De religiosis domibus. Plures invenl.

De jure patronatus. Per nostrum.

De celebratione Missarum. Sacerdotes.

De Baptismo, et ejus effectu. Circa Sacramentum.

De custodia Eucharistiæ. Dignissimum.

De apostatis. Præterea sunt nonnulli.

De eo, qui furtive Ordines recepit. Cum secundum.

De privilegiis. Sacramentum pœnitentiæ.

De

De purgatione Canonica. Clerici pro suis criminibus.

De pœnis. Tantum invaluit.

De pœnitentiis, et remissionibus. Cum salubriter.

De sententia excommunicationis. Cum malum.

Et infra, ac alia quædam. Scripsit etiam

Expositiones in Constitutiones Othonis, et Othoboni Cardinalium in Anglia Legatorum ms. Cauta brigiæ in aula Pembrochiana.

De Confexione facta Fratribus lib. 1. Tandem quæ sunt. De quo argumento duas habeo Epistolas ejusdem mss. unam ad universos Christi fideles, alteram ad Magistrum Joannem Ranengham Commissarium Cantuariensem.

Tractatum pauperis, lib. 1.

Dialogum Francisci, et paupertatis lib. 1. Inter cetera.

Pro S. Bonaventura lib. 1.

Formula confitendi, habetur ms. in Bibliioth. Convent. Mediolani.

De ministeriis Minorum librum 1.

De eorum paupertate lib. 1.

Contra Richardum Clapuellum lib. 1.

Contra Priorem Cisterciensem lib. 1. Super tribus scoiceribus.

Epistolarum ad Oxonienses librum 1.

Itineriarum unum, lib. 1.

Hæreseon a se damnatarum librum 1.

Carminum diversorum lib. 1.

Apologeticon, lib. 1.

Apologiam Synodalium statutorum lib. 1.

De Sphæra lib. 1. Corporum mundanorum.

Disputationes Thomæ, et Pecchami lib. 1. ms. Oxonii in Collegio Mertonensi.

De numeris tractatum. Quia Domine. Ms. Oxonii in Collegio Licolniensi.

De mystica interpretatione numerorum in sacra Scriptura lib. 1. ms. Ibidem.

Expositionem Regulæ S. Francisci, lib. 1.

Cantilenam pauperum, librum 1. Confitebor tibi, Domine.

Perspectivam communem, lib. 1. Inter Philosophiæ considerationes. Ms. Cantabrigiæ in Collegio sancti Petri, et cum figuris per I. Gauricum emendata, et distincta prodiit Venetiis anno 1504.

Perspectivam particularem, lib. 1. Perspectiva cum sit una.

Notabilia Metaphysices, lib. 1. Uno modo dicitur, quod.

Mathematicæ rudimenta, lib. 1. Scripsi dudum rogatus.

Theoricam planetarum, lib. 1. Et *alia* plura.

Cantuariæ e vivis excessit anno 1292. licet quidam asserant obiisse anno sequenti, et Miræus in suo Auctario cap. 406. dicat vivere desiisse anno 1200.

JOANNES PELLICANUS, scripsit

Breves notas in universam sacram Scripturam.

JOANNES PELLENS Leodiensis, vir doctus, et bonus, trium linguarum, Hebraïcæ, Græcæ, Latinæ peritus, Gmurdiunus quondam Daventriæ, et sacræ Theologiæ Lector Lovanii, fuit silentii, et solitudinis amantissimus supra fidem, et alienus ab hominum consuetudine, semper libris, semper chartis affixus; scripsit

De Virtutibus Theologicis, Fide, Spe, et Charitate libros 3. Asservantur ms. Bruxellis.

Obiit Antuerpiæ Confessarius Sororum sanctæ Claræ, anno 1604. die 24 Septembris.

JOANNES PEROTTAU, Regularis Observantiæ, Gallus, edidit

De cultu, et laudibus nominis Mariæ, librum 1. Flexiæ 1620.

JOANNES PERRINUS, Doctor Parisiensis, edidit

Tractatum de dispensatione Ord. Minorum Concent. anno 1495. Sed eum carpsit acerrime Bernardinus Tarvisinus, cognomento *Philosophus*, ejusdem Instituti, hæreticæ pravitatis Inquisitor in provincia sancti Antonii.

JOANNES a S. PIETRO, natus in urbe Calvensi insulæ Corsicanæ, profectus ad Indias Occidentales ita religiose et prudenter se gessit, ut ad regimen cœnobii Limensis, allorumque provinciæ duodecim Apostolorum in regno Peruano adscitus, constanter renuerit. Scripsit

Libellum de contritione, mole parvum, sed virtute magnum, et proinde sæpe apud Indos, et Hispanos impressum.

JOANNES PETRUS FORTIS, Venetus Min. Convent. elegans, et eruditus Poeta Etruscus, in quod idioma perite transtulit

Psalmos Davidicos, qui Pœnitentiales dicuntur; et scripsit

De laudibus Montium.

Obiit Venetiis annos 1580.

JOANNES PHILIPPI Gallus, bis Vicarius generalis Minorum Observantium, primum an. 1407. secundum anno 1475. electus; scripsit

Tractatum de recursu ad amicos spirituales pro relevandis Fratrum necessitatibus, qui ad Regulæ explicationem valde conducit.

JOANNES PICARDUS Gallus, edidit opus inscriptum:

Thesaurus Theologorum; nimirum e quatuor Ordinum Mendicantium, qui tum extabant, Theologis, atque item e nonnullis aliis Doctoribus non regularibus numero triginta eundem thesaurum collegit. Fuit autem opus dignum prælo judicatum in Comitiis Generalibus Mantuæ celebratis anno 1503. Illud sane vidisse, et evolvisse in Conventu sancti Francisci ad marginem Sabis provinciæ Flandria, testatur Henricus Willotus. Joannes Grajus Scotus Hallingtoniensis, Minorita, artium, et sacræ Theologiæ Doctor hoc epigramma libro præfixit:

Quis, rogo, tam nitidus, superas tam cultus in oras,
Summaque Doctorum venit in ora virum?
Hesperius, Gallus, Germanus, et Italus, Anglus,
Armenius, Scotus, Persicus, Indus, Arabs.
Cui tam multigenum soli licet esse? Joannis.
Picardi hoc virtus, ingeniumque facit.

Scripsit etiam

Opus resolutionum aureorum in libros Aristotelis.

Resolutiones aureas in Scotum, Petrum de Candia, et Dovbellum.

Subsidium in Summam Angelicam.

JOANNES PINEDA Hispanus, provinciæ sancti Jacobi, postea translatus ad eam, quæ dicitur Conceptionis, omnimodæ lectionis, et infatigabilis studii vir, qui nullum visus est prætorisse sacrum, aut profanum authorem, præsertim historicum, quem non legerit. Mirum est, quomodo tot libros legenti superfuerit tempus ad scribendum, aut tot volumina scribenti potuerit vacare ad legendum; scripsit enim

Monarchiam Ecclesiasticam historiæ universalis totius mundi in libros 30. *tomos quinque divisam*, in qua omnium regnorum, et rerumpublicarum origines, Reges, et Principes diserte recenset, ac veram Eccle-

siæ

siæ monarchiam ab Adam ad nostra témpora deductam firmiter, et constanter perseverasse demonstrat. Opus hoc omnipotenti Deo bonorum omnium authori munerpatum ex omnium gentium historicis composuit, in eo citatis, et collectis ultra mille, et quadraginta authoribus. Prodiit primum Salamanticæ, secundo Barcinonæ apud Jacobum Cendat anno 1606. Author Bibliothecæ Hispanicæ tomo 2. ait, infirmum huic stravisse Monarchiæ fundamentum in historia Pseudo-Berosi, aliorumque authorum ab Annio Viterbiensi confictorum. Sed quam ille fidem Annii Beroso deberet, non seguiter expedit in operis principio. Cæterum opus satis ingens est, et laboriosum, magnamque prætulit facem optimis quibusque historicis, qui post illum scripserunt, maxime Hispanis.

Agriculturam Christianam in Dialogos triginta quinque, binosque tomos dispertitam, in qua quidquid ad animam Christiane excolendam spectat, artificiose, miraque eruditionis, et rerum varietate intexit. In prima parte quidquid ad instructionem civilem, virtutesque politicas attinet, argutis colloquiis, entematisque inductionibus facete disponit. In secunda magis serio de rebus sacris sermonem instituit; *de præceptis Decalogi; de virtutibus suo ritibus, et Theologicis; de peccatis; de Symbolis Apostolorum, Nicæno et Athanasii; de Oratione Dominica; de salutatione Angelica; de vita et morte; de Antichristo, judicio finali, pœnis Inferni, et gloria Paradisi.* Prodierunt Salmanticæ apud Petrum de Adversea, et Didacum Lopes anno 1589.

Vitam S. Joannis Baptistæ, satis docte, et diffuse scriptam. Ibid. an. 1574. et Barcinonæ 1596.

Chiliadas universi, carmine Hispanico tomis duobus.

Hecatompyram, magnum opus sermonum Latinorum tomis duobus. Utrumque hoc opus ipse author citat in præfatione primæ partis Agriculturæ.

Chria Philotimica adversus ambitiosos.

Librum contra peccata, et errores linguæ.

Miscellanea diversarum materiarum.

Commentarios in decem primos Psalmos Davidicos.

In Threnos Jeremiæ.

Ephamonicum præludium ad explicationem Decalogi.

Pentalogum juniorum Prædicatorum.

Convivium Nobilium.

De honorifico decessu Dom. Sueri de Quiñones.

Visio delectabilis, carmine Hispanico, adjectis glossis.

Alveolos quatuor locorum communium variarum materiarum.

In Metaphysicam Commentaria.

Vivebat anno 1588.

JOANNES de PIZANO Anglus, scripsit

Commentaria super Sententias. Habetur ms. in Biblioth. Convent. Assisi.

JOANNES a PLAGIS provinciæ Arabidorum strictissimæ Observ. in Lusitania Minister, vir summæ pietatis, et magni nominis inter domesticos, et exteros, cum ageretur de concedendis Vicariis generalibus pro Fratribus Cismontanis, et Ultramontanis Strict. Observ. edidit libellum supplicem Gregorio XV. sub quo hæc agebantur, porrigendum, quem inscripsit,

Discursum, seu tractatum, in quo probatur non expedire, quod Religiosi Franciscani Excalceati habeant Vicarios generales, per quos scinderetur regimen monarchicum Ordinis contra Regulæ Franciscanæ præceptum; cui addita est *relatio*, seu historia non adeo felicis eventus institutionis Vicariorum generalium impetratorum in Concilio Constantiensi, et insuper *Apologia* pro statu Observantiæ, in qua ostenditur non fuisse in eo admissas dispensationes; sed Fratres vivere vitam Regularem. Ulyssipone apud Petrum Crasbeeck anno 1622. in 4.

Apologeticum de usu Syndicorum. Ibidem apud Anton. Alvarez 1630.

JOANNES de PLANO CARPINI S. Francisci discipulus, primum Coloniam, deinde in Teutoniam missus Fratrum Minister, et ab Innocentio IV. ad Tartaros simul cum Benedicto Polono, et Stephano Bohemo an. 1244. annuente Concilio Lugdunensi, ablegatus, cum inter eos annum unum, menses quatuor diversaretur, scripsit

Librum de moribus, ritibus, et bellis Tartarorum, præmissa epistola, quæ incipit, *Cum ex mandato Sedis Apostolicæ.*

Floruit sub annum 1246.

JOANNES PONCIUS Hibernus Corcagiensis, provinciæ Hiberniæ, Collegii Lovaniensis Fratrum Minorum Hibernorum alumnus, qui cum Coloniæ Philosophiam absolveret, et Lovanii Theologiam inchoaret, in Collegium Romanum, eorumdem Fratrum, me procurante, translatus est, ibique absolutis studiis, bis integrum cursum Philosophicum prælegit, deinde per annos multos Theologiam, recensitus demum inter Lectores emeritos. Ingenio pollet subtili, sed claro, prompto ad dicendum, facili ad scribendum. In litteris humanioribus non mediocriter versatus, illarum cultum non neglexit, quantumvis seriis semper studiis vacaverit; religione et virtute omnibus gratus. Scripsit

Integrum Philosophiæ cursum, in tres partes divisum. Prima continet *Logicam.* Secunda *Physicam, et libros de Cœlo, et mundo.* Tertia *Libros de Generatione, et Corruptione, de Meteoris, de Anima, parvis Naturalibus, et Metaphysica.* Prodiit Romæ apud Lodovicum Grignanum, sumptibus Hermanni Schens an. 1643. Deinde excusus est Parisiis tomo uno in folio sumptibus Antonii Bertier anno 1648. auctior, et correctior.

Appendicem apologeticam ad prædictum cursum, in qua non solum a novis, quibus impetitur, impugnationibus opus vendicatur, sed et plurimæ Philosophicæ difficultates, ac loca Scoti ad non mediocrem sectatorum ejus utilitatem, ac profectum examinantur, et exponuntur. Romæ apud Andream Phœum sumptibus Joannis Baptistæ Smeraldi anno 1645.

In nova editione operum Scoti, quam ego nuper Lugduni fieri procuravi, adjectis Franciscì Lycheti expositionibus, *supplementum* adhibuit Poncius, additis *Commentariis* ad singulas quæstiones Scoti, quas Lychetus non erat interpretatus, in libro primo, et secundo Sententiarum scripti Oxoniensis; et in lib. 3. a distinct. 34. usque ad finem integros adhibuit *Commentarios.*

Cum vero in eadem editione Antonius Hiquæus, de quo suo loco dictum est, tribus Commentariorum tomis librum quartum doctissime exposuisset, et ad tres præcedentes libros similem commentationem, in qua firmiori methodo ex communicis Concilliis, SS. Patribus, aliisque Doctoribus Scoti confirmaretur doctrina, et adversariorium refellerentur objectiones, excogitavisset, ac sex priores distinctiones tertii libri graviter explicuisset, nec ulterius, morte abreptus, perrexisset, opus intrepido aggressus Poncius, feliciter, et breviter absolvit, scripto in primum Sententiarum libro uno, in secundum duobus, in tertium totidem, atque hos quinque tomos prælo jam habet paratos.

Cur-

Cursum integrum meditatur Theologicum juxta Scoti doctrinam, jactis in cursa Philosophico fundamentis conformem; atque utroque quidem cursu facilior patebit aditus Scoti sectatoribus ad ejus doctrinam percipiendam, et docendam. Propitietur Dominus generosis ejus conatibus, et vitam tribuat diuturnam.

JOANNES PORTHESIUS Gallus, vir celebris, Græce, et Latine egregie doctus, nec Hebraicæ ignarus, publice cum Calvinistis Antuerpiæ, cum Ibidem exorientibus, saepius congressus, eos non semel confodit. Ubi autem illic per aliquot annos Ecclesiastom vere Catholicum, opero et sermone potentem egisset, in Gallias revertens, obiit Gallice

Demonstrationes Catholicæ. Parisiis apud Emanuelem Philippum Tornesium anno 1567.

De verbis Domini, Hoc facite in meam commemorationem, pro acumenica Synodo Tridentina adversus Matthæi Flacci Illyrici nebulas. Antuerpiæ anno 1567. et 1586.

Vivebat anno 1584. ejusque vitam conscripsit Joannes Masculus, *le Masle*, Andegavensis.

JOANNES de PRATO scripsit

Summulam contractuum.

JOANNES RADA Hispanus, Aragonensis, provinciæ S. Jacobi in Conventu Sahuanticensi usque adeo celebris S. Theologiæ Professor, ut a Clemente VIII. Romam evocatus sit, et adscriptus inter consultores præcipuos delectos pro gravissima illa controversia de efficacia gratiæ, quæ inter Prædicatores, et Societatis JESU professores versabatur: dehinc factus Procurator generalis sui Ordinis, mox electus est Archiepiscopus Tranensis in Apulia anno 1605. die 17. Augusti, et anno sequenti die 16. Januarii Episcopus Paetensis in Sicilia. Scripsit

Controversias Theologicas inter sanctum Thomam, et Scotum super quatuor libros Sententiarum, in quibus pugnantes sententiæ referuntur, potiores difficultates elucidantur, et responsiones ad argumenta Scoti rejiciuntur. Opus in quatuor partes distinctum, non modo utrinsque scholæ Professoribus, verum etiam præcipuis ingeniis apprime utile, et necessarium. Venetiis apud Joannem Gneriinm an. 1599. et alibi sæpe; postremo Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Critinm anno 1620.

Obiit in Cœnobio S. Francisci de Paula in Calabria, dum Roma ad suum proficiscereturc Episcopatum an. 1608.

JOANNES REDALDUS, edidit

Kalendarium ad annos centum, usui universæ Familiæ Minoritarum, juxta ritum Romani Breviarii. Venetiis anno 1580.

JOANNES REGINALDUS, prov. Franciæ Parisiensis olim Minister, scripsit

In Regulam Fratrum Minorum.

JOANNES RENNAMARA Tentonicus, scripsit

Sermones varios.

De Passione Domini.

Defensorium contra quosdam sui calumniatores.

JOANNES RENSINCK Durstensis Guardianus Marcodurensis, et provinciæ Coloniæ Minister, scripsit

Manuale Franciscanorum, Regulæ expositionem, aliaque ad ejus observantiam, ac Monasticæ vitæ disciplinam spectantia breviter complectens; cum adjuncta de Censuris Ecclesiasticis, aliisque ad confessionem pertinentibus, instructione Confessariis perneccssaria. Coloniæ apud Joannem Critium anno 1609.

JOANNES de RIBAS Hispanus, provinciæ S. Gabrielis, sextus e duodecim Ordinis Patribus, qui ad Indos novæ Hispaniæ trasfretantes, primi illos sacro lavacro regenerarunt, Definitor provinciæ S. Evangelii, et Guardianus Mexicanus, hæc Indis monumenta illorum lingua reliquit:

Catechismum ad rudes illos Neophytos erudiendos.

Sermones Dominicales totius anni.

Dialogum, quo perfecti Christiani mores exprimuntur.

Vitas sanctorum Patrum e Latino in Mexicanum tradvxit.

Vitas Patrum, et suorum sociorum, qui præcesserunt, ac quorum studio, et prædicationibus lux Christiana primum Mexicanis illuxit, lingua Mexicana composuit.

Tetzcocano in Conventu curvatis prope lectulum genibus, sanctissime decessit anno 1562. die 25. Junii.

JOANNES RICCA Siculus Syracusanus, sacræ Theologiæ Magister, scripsit

Commentaria in Magistrum Sententiarum.

Librum de Penitentia. Citatur in Summa Augelica, et a Roeco Pyrrho in notitia Syracusana.

Floruit sub Martino Rege Siciliæ anno 1396.

JOANNES RICUTIUS VELLINUS Camers, vir sui temporis doctissimus, Lector ordinarius et publicus Viennæ Pannoniæ, naturalis, et Romanæ historiæ peritissimus, in optimis quibusque Romanorum authoribus apprime versatus, scripsit

Annotationes in Titum Livium, quæ ad veteres Romanorum historias viam sternunt, possuntque esse multis adminiculo.

Commentaria in Lucium Florum. Prodierunt Argentorati apud Hervasium anno 1528. et Coloniæ anno 1537.

In Julium Solinum. Excusa sunt Viennæ.

In Q. Plinii naturalis historiæ libros primus attexit Indices, unum adhibuit vocum, et rerum, secundum Geographicum amplissimum, cujus fini hi versus subjunguntur:

Terrarum partes, sylvas cum montibus, amnes,
Æquoraque, et fontes, oppida, stagna, lacus.
Vim cæli, variosque hominum si noscere ritus
Expetis, hæc mox te parva tabella docet.

Impressi sunt cum ipso opere Plinium Venetiis anno 1517. apud Georgium de Rusconibus in folio.

Commentaria in Tabulam Cebetis. Cracoviæ anno 1555.

In Claudianum. Viennæ.

Annotationes in Fenestellam.

In Eutropium Commentaria. Subinde ad ipso citantur in Annotationibus ad Florum.

Commentaria in S. Augustini libros de Civitate Dei. Florebat anno 1528.

JOANNES RIDEVALLUS Anglus, quem Josephus Pamphilus, et alii faciunt Augustinianum, Willotus vero cum plerisque Minoritam; sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, vir omni virtutis, et eruditionis laude florens. Juvenis Latini sermonis elegantiam avide didicit, matura ætate accurate eadem studia revolvit, et per totum vitam impense coluit, et quamvis provectioribus annis in divinis litteris fixam studium posuerit, ad humanas tamen animi gratia nonnumquam excurrere, et veteru repetero mire gestivit, atque ita factum est, ut ubique ministras illas scientias summæ scientiarum domiuæ Theologiæ fecerit ancillari, et quasi detractis Ægyptiorum spoliis templum Dei ornaverit. Nam Theologica ejus scripta Poesi, historia, Rhetoricisque floseulis tauquam quibusdam gemmis distincta splondent, et sua multiplici varietate

tate lectoris animum mirifice oblectant. Multos eruditos authores tum antiquos, tum recentes, tum sacros, tum profanos Incalentissimus commentariis illustravit. Omnia, quantum fieri poterat, vel ad virtutis amorem, vel ad vitii fugam convertere consueverat; quod maxime palam fit in illis explanationibus, quas ad Mythologias Fulgentii composuit, ubi confinxit quasdam picturas virtutum, et vitiorum sub imaginibus Deorum, et Dearum, quos olim pagani superstitiose colebant; quamvis in istis a quibusdam non probetur. Nescio quam ob causam nonnulli scriptores hunc authorem *Joannem de Musca* vocent. Indices hi sunt illius doctrinæ:

Super Psalterium lib. 1.

Super Cantica lib. 1. Diligenti discretione cautum est.

In Evangelium sancti Joannis librum 1.

In Epistolas D. Pauli libros 14.

In S. Augustinum de Civitate Dei libros 22.

In Mythologias Fulgentii lib. 3. Intentio venerabilis viri Fulgentii. Ms. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica.

Moralem expositionem in Metamorphosim Ovidiis super fabulas ducentas, et octodecim. In hujus expositionis. Ms. ibidem.

Lecturas Scripturarum, lib. 1.

Sermones per annum lib. 1.

Quæstiones ordinarias octo lib. 1. Primus articulus quæstionis.

In Valerium ad Rufinum de uxore non ducenda lib. 1. Loqui prohibeor, et tacere non.

Claruit anno 1330.

JOANNES de RIBERA, vir pius, et doctus, provinciæ Majoricensis, in doctrina, et præceptis Raymundi Lulli, cujus causam multis annis in Urbe defendit, versatissimus, scripsit

Doctum Tractatum, in quo respondet omnibus, quæ hucusque objecta sunt doctrinæ Raymundi. Palmæ Majoricarum 1627. in fol,

Obiit in hoc Collegio magna virtutis opinione, sepultus in sacello sancti Francisci.

JOANNES RIGALDI, alliis perperam *Richardi*, Episcopus Draconensis; non autem ille Osonæus, qui prohibitus est in Indice Romano; scripsit

Compendium Theologiæ, elegans quidem opus, libris septem distinctum, quod habeo ms. pulchro charactere, et minio, auratisque majusculis exaratum.

Tabulam thematum pro diversis negotiis applicandorum. Habetur in fine prædicti codicis.

JOANNES RIGANDUS Gallus, Pœnitentiarius Clementis V., scripsit

Summam Confessariorum.

JOANNES RIOCHA Brito, provinciæ Britanniæ Minister, scripsit

Compendium temporum, et historiarum ab Ascensione Domini in cælum usque ad annum 1576. Prodiit Parisiis anno prædicto in 8.

JOANNES a RIPA TRANSONUM, sive a *Ripis*, Picenus, *Doctor Difficilis* nuncupatus, ante annum ætatis trigesimum Doctoris gradum obtinuit, et legatione ad Græcos suscepta, in iis ad Ecclesiæ unionem plurimum laboravit. Scripsit

In aliquot Aristotelis libros, præsertim de Anima.

Quæstiones de Formalitatibus.

De virtutibus.

De vitiis.

In libros Sententiarum; cujus initium est: *Amice, ascende superius.* Habetur ms. Assisii in fol.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

In Conventu Ripæ Transonis in lapide marmoreo hoc ei ponit monumentum Felix Perettus a Monte Alto, postea Sixtus V.

IOANNI A RIPIS, ORDINIS MINORUM,
THEOLOGO, ET PHILOSOPHO CLARISSIMO,
QVI ANNOS PLVRES
IN PVBLICO PARISIENSI GYMNASIO DOCVIT.
IN SENTENTIARVM LIBROS
ACCVRATISSIMA COMMENTARIA EDIDIT,
DE ANIMA, DE VITIIS, ET VIRTVTIBVS,
ALIAQVE INGENII SVI MONVMENTA,
QVAE TEMPORVM INVIRIA,
SEVVETERVM INCVRIA LATENT
SEV PERIERVNT, POSTERIS RELIQVIT.
CLARVIT SUB JOANNE XXII. PONT. MAX.
ET LVDOVICO BAVARO IMPERANTE.
FRATER FELIX PERETTVS A MONTE ALTO,
AGATHENSIS ECCLESIAE EPISCOPVS,
ORD. MINORVM CONVENT.
VICARIVS GENERALIS APOSTOLICVS,
PROVINCIALI SVO REVERENTIAE ERGO
POSVIT.

JOANNES RODINGTONUS Anglus, patria Lincolniensis, quem quidam immerito monachum dixerunt Benedictinum, Franciscanis nomen dedit in cœnobio Stanfordiensi. Inter suos quidem virtutis, et eruditionis titulis eminet. Joannes Major lib. 1. cap. 5. de gestis Scotorum scribit, eum Oxoniæ Philosophiam, atque etiam Theologiam didicisse, ad perfectam tamen utriusque professionem deunum Parisiis pervenisse. In Anglia autem ad aliquot annos Ordinis sui provincialem egit. Petrus Vicentinus Ord. Prod. hoc in eo notat, quod inordiens tenuerit Deiparam Virginem in originali peccato fuisse conceptam. Cuitiorem linguæ Latinæ sermonem non magni fecit, scholastico, sient iiin ferebant tempora, contentus stylo, pluris æstimans rerum solidum scientiam, quam inanem verborum ornatum. Scripsit

Super Magistrum Sententiarum lib. 4. Da mihi intellectum. Habetur in Bibliotheca Vaticana ms. ejus *Lectura super primum Sententiarum.*

In textum Sententiarum lib. 1. Circa hanc distinctionem.

Determinationes Theologicæ, lib. 1.

Quæstiones disputatas, lib. 1. Utrum Sacramenta novæ.

Quæstiones ordinarias, lib. 1. Circa Dei potentiam.

Quæstiones extraordinarias, lib. 1. Utrum visio divinæ.

Quodlibeta majora, lib. 1. Ut habetur tricesimo septima.

Quodlibeta minora, lib. 1. Secundum B. Augustinum.

Replicationes Scholasticas, lib. 1.

Bedfordiæ migravit ad Dominum anno 1348.

JOANNES ROJARDUS Aldenardensis, seculi sui summus Ecclesiastes, et Commissarius sui Ordinis in Scotia, magno nomine florebat Antuerpiæ anno 1545. Scripsit

Homilias in Epistolas, et Evangelia Dominicalia, et festivitates Sanctorum temporis æstivi. Coloniæ 1550. Antuerpiæ anno 1553. et anno 1559. typis Joannis Stelsii in 4.

In Evangelia Dominicarum post Pentecosten. Antuerpiæ 1544.

In

In Evangelia Feriarum Quadragesimalium. Antuerpiæ 1538. 1546. Parisiis 1548.

In Evangelia Dominicalia totius anni. Antuerpiæ 1554.

In Epistolas, et Evangelia festorum. Antuerpiæ anno 1546.

Obiit Brugis anno 1547. apud suos sepultus in navi Ecclesiæ.

JOANNES ROUSSERIUS Gallus, Andegavensis, provinciæ Turonicæ Pictavicusis Definitor, et Conventus Ancensii Guardianus, scripsit

De statu, et origine Ordinis Minorum, necnon omnium Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, in quo tractatu non solum ea omnia, quæ ad dicti Ordinis Minorum veram, et genuinam intelligentiam conducunt, sed et plurima alia, quæ omnes Monasticos Ordines concernunt, charissime, et diligenter collegit. Parisiis apud Petrum Crocque anno 1610. in 8.

JOANNES de RUPELLA Gallus, Minister Parisiensis, Alexandri Halensis auditor, vir religiosus, et doctus, scripsit

Postillam super Danielem. Ms. in Bibliotheca Vaticana.

Commentaria in Evangelium Matthæi.

In Epistolas Pauli.

In Apocalypsim.

In quatuor libros Sententiarum.

In Regulam Minorum; quam simul cum aliis tribus doctis Minoritis exposuit, et proinde declaratio quatuor Magistrorum nuncupatur, et circumfertur inter reliquas ejusdem formulæ expositiones. Adjuncta epistola, quam nos alias exscripsimus, (*tom.* 1. *Annal. an.* 1242. *n.* 2.), eam dicti Magistri miserunt ad Capitulum generale Bononiæ anno 1242. celebratum.

Summam virtutum, et vitiorum. Habetur ms. in Bibliotheca Assisii PP. Conventualium, et in Bibliotheca Vaticana.

Sermones Dominicales.

Interfuit solemni disputationi habitæ Parisiis circa pluralitatem beneficiorum, de qua nos egimus alias (*tom.* 1. *an.* 1238. *num.* 8.).

Obiit autem anno 1271.

JOANNES de RUPE SCISSA, quem magnopere commendant Trithemius, Wilhotus; et alii, spiritu Prophetico clarior, quam felicior. Etenim ab Innocentio VI. conjectus est in carcerem, quod vitia illius temporis aliquanto acrius perstrinxerat, et imminentia vindictæ divinæ supplicia vehementius prænunciarat. Quid de hoc homine in hac re sentiendum, et quid illius temporis dixerint authores, alias (*tom.* 4. *an.* 1357. *num.* 15) diffusius examinavimus. Multa quidem vaticinatus est, quorum clarus eventus divinum quidquam in homine latuisse probavit. Scripsit porro

Relationes Antichristi de adventu, et Ecclesiasticorum correptione, et reformatione. Habentur in Bibliotheca Vaticana mss.

Epistolam ad quendam Cardinalem in vinculis scriptam de suis vaticiniis, et tribulationibus.

Commentarium in Oraculum Cyrilli quarundam prædictionum.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum, et alia.

Circumferri secreto sub ejus nomine libellum quendam *de Quinta Essentia* ms. diversum ab illo, qui sub nomine Raymundi Lulli editus est Basileæ anno 1561., refert Wilhotus, et Episcopum ait fuisse Parisiensem; sed in hoc fallitur; non enim hic, sed alius hujus nominis fuit illius Ecclesiæ Antistes sub an. 1430. Hic autem noster Rupescissanus vixit sub anno 1360.

JOANNES le SAFFE Belga provinciæ S. Joseph, edidit Gallice ingeniosum opus, cui titulus:

Hercules Christianus, ubi *de vera potentia, et præstantia viri Christiani pertractat.* Lilæ.

JOANNES SALON Hispanus, Valentinus, Reg. Observ. vir Hebreæ linguæ, et Astrologiæ in paucis peritus, scripsit

De emendatione Romani Kalendarii, et de Paschalis solemnitatis ad propriam diem reductione, quæ denique a Gregorio XIII. Pont. Max. summa prudentia, et diligentia restituta est anno 1582. Salonis opus impressum est Florentiæ an. 1576.

JOANNES SAXO, sivo de *Saxonia*, Tentonicus Juris Canonici, et sacræ Theologiæ consultus, edidit

Summam Juris. Incipit, *Rogatus a fratribus.*

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis. Quin et idem esse putatur, qui composuit

Summam de Casibus, et

Glossas super consuetudines Turonenses. Habetur in Bibliotheca S. Francisci Assisiatis liber magnus in folio, ita inscriptus:

Summa Confessorum Joannis de Saxonia. Vivebat anno 1350.

JOANNES SCALCUS Antuerpiensis, tertii Instituti S. Francisci, pietate singulari, prudentiæque laude claruit; scripsit vero

Xenium Evangelicum ad omnium Ordinum Christianos Antuerpiæ 1576. apud Antonium Tilenium.

Orationem lugubrem de Antiochena seditione, et statuarum dejectione, Theodosio imperante, ad Iconomachos Bidegios accommodatam. Antuerpiæ an. 1573. in 8.

Obiit Bruxellis anno 1602.

JOANNES SCHILBERT, vide verbo *Nicolaus Gazzo.*

JOANNES SERRANUS Hispanus, Abeazarensis Reg. Observ. provinciæ Carthaginensis, vir doctus, Episcopus Acernensis, scripsit

De sacrosancto Missæ sacrificio, ejusque mysteriis.

De immaculata, prorsusque pura sanctissimæ, semperque Virginis Genitricis Dei Mariæ Conceptione, libros quinque. Neapoli apud Ægidium Longhum anno 1635. in fol.

JOANNES de SESTOLA Italus, Prædicator Capucinus, scripsit Italice

Vitam, et gesta Alphonsi III. Ducis Mutinensis, qui postea factus Capuccinus vocatus est Joannes Baptista; nec non ejus olim consortis Isabellæ Sabaudæ. Mutinæ apud Bartholomæum Soliannum anno 1645.

JOANNES SNELLINCK Meeblinicusis, provincie Germaniæ inferioris Prædicator, in Ordine Jubilatus, libellum aureum Petri Alcantaræ

De meditatione, et Oratione in Latinum translatum opera P. Antonii Dueken Carthusiani in vernaculum sermonem vertit; Meeblinæ oxeusum anno Domini 1609. typis Henrici Fayo.

JOANNES SOMERIUS, vel *Sumner*, Anglus, alumnus Cœnobii ad Gualtrii Pontem, vulgo *Bridgervalter*, quod est emporium in Comitatu Somersetensi ad Flueli fluminis ripas situm. In scholis Oxoniensibus, teste Lelando, bonis litteris operam dedit, tantosque in Mathematicis, et Philosophicis scientiis fecit progressus, ut iis temporibus vix quenquam habuerit Anglia cum illo conferendum, neminem plane præferendum. Astronomiæ præ cæteris invigilavit, et partim ex probatissimis authoribus, partim ex ingenio

suo,

suo, secutaque industria monimenta in eo genere laudatissima deprompsit, quæ mandato Thomæ Heberi ani Provincialis, et rogatu Joannæ Principis Walliæ matris Regis Richardi perpolivit, in bonum ordinem redegit, in lucem emisit. Scripsit igitur

Astrorum Canones, librum 1.

De qualitate anni librum 1.

Calendarii castigationes, librum 1. Corruptio Calendarii.

Tertium Calendarii, librum 1. In hoc opusculum Tertii.

De facultate metrica librum 1. *et alia* non pauca. Claruit anno 1390.

JOANNES STAFFORTUS, in Occidentalibus Angliæ partibus versus Walliam natus, ab oppido natalitio, unde et totus illo Comitatus nomen sortitus est, cognominatus. Hic, finitis Philosophicis, et Theologicis studiis, ut Joannes Lelandus, et Rossus insinuant, patriis historiis illustrandis operam suam collocavit. Latino itaque sermone non ineleganter scripsit

*Historiam Angli*cam, *lib.* 1.

Vixisse creditur circa annum 1380.

JOANNES STANDICIUS Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, vir doctrina, pietate, fide, et divinæ gloriæ zelo conspicuus. Hic deprehensis intolerabilibus abusibus provenientibus ex eo, quod sacra Bibilia in linguam vulgarem translata passim in manibus mulierculariun, et quorumlibet idiotarum haberentur, et ab iis temere explicarentur, a quibus plane non intelligerentur, enavit, regnantibus Philippo, et Maria, proponi in publicis regni Comitiis (*Parlamentum* vulgo dicitur), ne talis, et tanta irreverentia divino chirographo amplius fieri permitteretur, ut ne sartorum, sutorum, vetularum ad domesticos suos sacræ Scripturæ explicationes ridiculæ, et coelestibus mysteriis prorsus indignæ tolerarentur; super qua re scripsit

De non edendis in vulgari sacris Bibliis librum 1. Incipit, *Quæstio movenda summo Regni Parlamento.*

Ad Cardinalem Polum de unitate Ecclesiæ Anglicæ lib. 1. Extat Lovanii anno 1556.

Contra Barnes hæreticum lib. 1., et *alia* plura. Diem suum obiisse dicitur anno 1556.

JOANNES a SYDERNO Italus, Capuccinus sac. Theologiæ Professor, et provinciæ Rheginæ Minister, edidit

Directorium Theologicum, seu Apologium contra hæreticales errores Armenorum. Messanæ apud hæredes Petri Brea anno 1645.

JOANNES TISSERANDUS, aliis *Tisnandus*, et *Tirlandus*, Gallus, vir pius, et celebris concionator, postquam Sixtus IV. anno 1481. indulsit fieri ollicinas de quinque Martyribus Marochiorum hujus Ordinis sacris primitiis, Bernardo scilicet, et sociis, scripsit

Historiam, et officium eorundem.

Vivebat anno 1480.

JOANNES TERRONES Hispanus, provinciæ S. Jacobi, scripsit

Modum, sive artem concionandi. Granatæ 1617.

JOANNES TISSINGTONUS Anglus, sac. Theologiæ Doctor Oxoniensis, et ibidem ejusdem facultatis Professor, et tandem Ordinis sui in Anglia Provincialis usque ad mortem, vir, ut author est Lelandus, et post eum Willotus, pius, et eruditus, magnæque apud omnes authoritatis, unus erat ex illis primis Doctoribus, qui Oxonii anno salutis 1381. cum Gulielmo Bertono Academiæ Cancellario Joanneum Wicleffum hæresis damnarunt; et iterum anno Domini 1392. cum Rege Richardo II., Episcopis, et Doctoribus interfuit Concilio Stanfordiensi, in quo prædicta hæresis cum omnibus sectatoribus publice, solemniterque damnata est, ubi etiam vir strenuus palam demonstravit se, tanquam alterum Davidem, inimicum esse inimicis Dei, eosque perfecto odio odisse, uti etiam egregia ejus contra illas perfidas sectas opera abunde testantur; scripsit enim contra Wicleffum

Scutum pro Eucharistiæ defensione, librum 1., quem eundem esse putant, qui ms. habetur Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti sub titulo: *De Sacramento Altaris librum* 1.

De Sacramentis lib. 1.

Pro auriculari confessione librum 1.

Certamina scholastica, librum 1.

Contra confessionem Wicleffi librum 1. Semel contessus est.

Londini in suo Monasterio mortuus, et sepultus est anno 1395.

JOANNES e TREVIO, insigni ducatus Spoletani oppido, Procurator generalis Ordinis, scripsit

Compendium Theologiæ, quod ms. extat Trevii.

Orationes, sive homiliæ viginti quinque S. Joannis Chrysostomi Græcas fecit Latinas.

Habuit coram Sixto IV. orationem *De humana felicitate* anno 1472. 2. idus Martii, assumpto themate, *Resplendit facies ejus sicut sol*, et alteram eorumo eodem *De animarum immortalitate* anno 1473. non. Decembr. propositis illis verbis, *Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.* Simul cum prædictis orationibus Chrysostomi fuerunt impressæ Romæ in domibus Philippi de Lignamine Messanensis anno 1473. in folio.

Vivebat anno 1478. Obiit Suessæ.

JOANNES a TRINITATE Hispanus, Strict. Observ. provinciæ S. Gabrielis, Theologiæ Lector emeritus, edidit Hispanice

Tractatum doctum *circa casus, qui in Ordine Minorum solent reservari Ministris provincialibus, sive Generalibus*, quem Latinus fecit, et typis commisit Parisiis anno 1617. Joannes de la Hayo ejus discipulus. Vide verbo *Joannes de la Haye.*

Transformationem animæ in Deum. Ulyssipone 1633.

Expositionem bullæ tiregorii XV. contra solicitantes. Hispali 1643.

JOANNES a TURRECREMATA Hispanus, Reg. Observ. provinciæ sancti Evangelii Mexicanæ in nova Hispania, scripsit Hispanice

Monarchiam Indicam in tres partes, et libros viginti unum distributam, continentem ritus, originem, bella, colonias Indiarum Occidentalium, moresque, quibus in Hispanorum decesserunt potestatem. Tomi tres prodierunt Hispali apud Matthiam Clavixno anno 1615.

JOANNES a TURRIBUS Hispanus provinciæ Castellæ, Commissarius Curiæ Regiæ, scripsit librum pro defensione Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ, quem ita inscripsit:

Consuelo de los devotos de la Conception de la Virgen santa Señora nuestra. Cæsaraugustæ 1620. in 4.

Commentaria in Tertium Regulam sancti Francisci. Madriti anno 1628. et 1631.

JOANNES TYTHLESHALE Anglus, Nordovicensis, quem Possevinus Ordinis Minorum, Pitsens facit Carmelitanum, et patria Norfolcensem, scripsit

Commentaria in libros plures sacræ Scripturæ.

In Apocalypsim.
Prælectiones sacrorum Bibliorum.
In Magistrum Sententiarum.
Determinationes Theologicas.
Quæstiones de anima ms. in Colleg. Oxoniensi.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Obiit Romæ circa annum 1354.

JOANNES VALLO, Gonzagæ Wallonus, e Juvenatio, regni Neapolitani insigni oppido, Apulus, scripsit

In Formalitates Scoti. Quod opus Florentiæ recusum fuit apud Georgium Marescottum an. 1580. a Constantio Sarnano S. R. E. Cardinale auctum una cum textu Antonii Syrecti. Prodiit Parisiis an. 1585. Venetiis autem anno 1588. apud Franciscum Senensem.

Summam de regimine vitæ humanæ. Venetiis anno 1496. in 8. et Parisiis 1511.

JOANNES a VEGA apud Indos Occidentales patre Hispano natus, Cenobii Lluensis almnnus, provinciæ 12. Apostolorum in regno Peruano, composuit

Artem, seu Rudimenta Grammaticæ. Prodiit Limæ.

JOANNES VIGERIUS Ligur, scripsit

Lecturam in librum 1. *scripti Oxoniensis Scoti.* Venetiis apud Joannem de Tridino an. 1527. in fol.

JOANNES VITALIS Cardinalis, vide *Vitalis de Furno.*

JOANNES VITODURANUS scripsit

Historiam universalem ab anno 1215. *usque ad annum* 1348. Extat ms. in Bibliotheca Monasterii S. Galli in Helvetia.

JOANNES WALLNODORPIUS Germanus, concionator Andernacensis, edidit Germanice

Explicationem Passionis Jesu Christi Domini nostri. Coloniæ anno 1582.

Tractatum de Justificatione impii, in Concilio Tridentino Latine.

JOANNES de WERDENA, alii *Werdenem*, Teutonicus, scripsit

Sermones duplices de Tempore libris duobus.
De Sanctis item duplicatos libris totidem.
Quadragesimales lib. 1.
Floruit anno 1350.

JOANNES WINCHELSEUS Anglus, Oxoniæ Doctor, et publicus Professor in sacra Theologia, vir integritate vitæ conspicuus, et in omni tum sacra, tum profana Philosophia insigniter doctus: postquam in sæculo celeberrimum propter singularem doctrinam nomen apud omnes esset consecutus, senex tandem imitatus humilitatem Christi, et ad Christianam aspirans perfectionem, apud Sarisburium Institutum D. Francisci miro fervore amplexus est, sed adhuc novitius eodem anno, quo sæcularem statum cum religioso mutavit, etiam ex hac vita ad meliorem migravit. Dum autem in sæculo vixit, ex iis, quæ in scholis legit, non pauca scriptis mandavit, et posteritati tradidit.

Sermonum de Festis lib. 1.
Quodlibeta Theologica, librum 1.
Lectiones scholasticas, lib. 1.
Super Aristotelis Logicam, librum 1.

Sarisburiæ in Ordinis sui Monasterio vitam finivit, et sepulturam accepit anno 1326.

JOANNES WICHINGAMUS Anglus, juvenis Ordinem intrasse, et habitum suscepisse videtur; nam fernnt eum Norvici primum litteras humaniores didicisse, deinde Cantabrigiam profectum, Philosophos, et Theologos pervolvisse, et in utraque professione multum profecisse. Tandem ad sacrarum Scripturarum studium se contulit, et ad populum frequenter conciones habens, scripsit

Sermones de Tempore, lib. 1. Humiliamini sub potenti.

Disputationes rerum difficillimarum, librum 1., et id genus alia.

Claruit anno 1362.

JOANNES XIMENES Hispanus, Strict. Observ. provinciæ S. Joannis Baptistæ in regno Valentiæ Minister, vir vere pius, et doctus, scripsit

Vitam B. Paschalis Baylonj, plerisque locis impressam: multa quidem habet hoc opusculum lectu, et scitu dignissima.

Examen casuum occurrentium in articulo mortis. Valentiæ 1636. in 8.

Manuale Theologicum, et Juridicum contra lupanaria a Principibus permissa. Anocæ 1629.

De oratione mentali. Valentiæ 1620. in 8.

Exercitia spiritualia. Ibidem 1617, in 16.

Exercitia divina Nicolai Eschii. Hispanice vertit. Ibidem anno 1609. et Madriti 1613. Ea postea edita sunt Italice Mutinæ apud Julianum Cassanum anno 1628. in 8.

Regulam Minorum Hispanice exposuit. Prodiit primum Valentiæ in domo Joannis Chrysostomi Gurrez 1611. in 16, secundo aucta recusa est post mortem authoris ibidem apud Patritium Mayuntum an. 1622.

JOANNES ZAMARA, Minister provinciæ Lusitaniæ, edidit

Librum de præconiis Hispaniæ.

JOANNES de ZAMORA Hispanus, provinciæ Carthaginensis, scripsit

Cæremoniale Romanum, a Clemente VIII. specialiter approbatum. Burgis an. 1603.

Kalendarium perpetuum. Ibidem eodem anno.

JOANNES de ZAYAS Hispanus Regularis Observ. in provincia Castellæ sac. Theologiæ Lector, scripsit

Supplementum Chronicorum Francisci Gonzagæ, ex diversis Archiviis, librisque collectum, in his scilicet, quæ ad suam spectant provinciam. Illud ad me transmisit ms.

JOANNES ZEITA Lusitanus, provinciæ Algarbiorum vir eruditus, edidit vulgari idiomate

Sermones Quadragesimales, quos Castellanos fecit Joannes de Navaez Cistercien. Vallisoleti 1626. quos etiam secundo traduxit in idioma Castellanum Ferdinandus Camargo Augustinianus, ediditque Madriti in officina Joannis Gonzales 1629.

Sermones de Sanctis. Ulyssipponc per Petrum Craesbeck 1635.

De præcipuis festis, et mysteriis beatæ MARIÆ serm. 40. Vallisoleti anno 1622.

JOANNES de ZELAYA Hispanus scripsit

Quæstiones in Tertium Sententiarum.

JOANNES de ZUVIGNEO, provinciæ Burgundiæ, scripsit

Lecturam super Sententias. Habetur ms. in Bibliotheca Convent. Mediolani.

JOANNETTINUS NINO Hispanus provinciæ S. Jacobi Minister, sac. Theologiæ Professor, ab Ordinis secretis, scripsit

Aphorismos prælatorum, et subditorum. Barcinone 1625.

Trac-

Tractatus varios de rebus sui Instituti, præsertim unum ad Gregorium XV. pro defensione ejusdem.

Alterum ad Philippum III. Regem Hispaniarum ejusdem argumenti.

Vitam sororis Annæ Mariæ a S. Joseph, plissimæ Clarissæ. Salamanticæ anno 1632.

Chronica Ordinis a Marco Ulyssipponensi scripta recognovit, et in alium stylum, methodumque reduxit, duobusque tomis edidit Salamanticæ apud Antoniam Ramirez an. 1626.

JODOCUS ab ALMARAS Brabantus, natus in pago Londersecl, tertii Instituti D. Francisci Minister Zeppernensis, et Sororum 3. Ordinis in Steynart Confessarius, scripsit

De tribus virtutibus Theologicis tractatum.

De frequenti usu SS. Sacramenti Eucharistiæ per quæstiones.

Varias spirituales meditationes.

JODOCUS a CASTRO Bruxellensis, provinciæ Germaniæ inferioris, Definitor, Custos, et secundum Minister provincialis, divini verbi Prædicator facundissimus, edidit

Decachordum Marianum, idest, *tractatum de decem virtutibus Evangelicis B. Mariæ Virginis.* Antuerpiæ in officina Plantiniana tomis duobus 1633.

Conciones dominicales per totum annum. Ibidem eodem anno tomis duobus.

Octavam, seu Sermones octo de sanctissimo Sacramento. Ibidem eodem anno.

Conciones de Sanctis, nondum editas.

Obiit Mechliniæ anno 1634. die 18. Aprilis.

JODOCUS de RYCK, omnium primus missus ad Cænobium Franciscanorum in Quito anno Christiano 1534. scripsit

De moribus incolarum insignem epistolam, an. 1556. Vide Commentarium P. Henricii Sedulii ad 3. caput vitæ S. Francisci.

JOSEPHUS ANGLES Hispanus, Valentinus, provinciæ S. Jacobi alumnus, nec. Theologiæ professor, Episcopus Bosanensis, scripsit

Flores Theologicarum quæstionum in quartum librum Sententiarum Magistri, duobus distinctos voluminibus, sive partibus: quarum prima Lugduni apud Stephanum Michaelem prodiit an. 1584. et secunda 1585. apud Belletum.

In secundum item librum earumdem Sententiarum postea alios attexuit flores Sisto V. nuncupatos, Madriti 1586. Lugduni apud Adrianum Perier anno 1587. et Venetiis apud Joannem Baptistam Ugolinum anno 1588. Commendat valde opus prædictus Sedulius in Commentariis ad vitam S. Francisci.

JOSEPHUS AVETA, aliis *Acceta*, Andrius Apulus, egregius Poeta, cecinit

Vitam, et miracula sancti Francisci, decem libris distincta carmine heroico Latino.

JOSEPHUS BERGAIGNE Antuerpiensis, Strict. Observantiæ provinciæ Germaniæ Inferioris, Cœnobii Lovaniensis alumnus, inde in Hispaniam studiorum causa trausmissus, deinde ad Coloniæ provinciam missus, post tot clades, et bella iterum renascenti subsidium laturus, illic Philosophiæ, et Theologiæ Lectorem, Guardianum, deinde Ministrum, anno ætatis nondum vigesimo octavo expleto, laudabiliter peregit. Postmodum factus Visitator Apostolicus, Definitor generalis Ordinis, mox provinciarum Belgicarum, eisque adnexarum Commissarius generalis, quem ego peramanter a multis annis cum veneratione colui, vir doctus, pius, mitis, affabilis, atque ad res magnas tractandas, et peragendas miræ dexteritatis, et prudentiæ; cujus opera apud Belgas, Batavos, Germanos sæpissime usus est Philippus IV. Hispaniarum Rex, proinde aliquoties in Hispaniam acciturs, ad varios Principes legatus. In tot laborum, difficillimaque itinerum compensationem factus est primum Episcopus Buscoducensis, deinde Archiepiscopus, et Dux Cameracensis, sacri Romani Imperii Princeps, et Comes Cameracesii. Nunc, dum in consessu Monasterii Westphaliæ strenue, et prudenter partes ageret Regis Catholici plena Principis fretus potentia, omnium dolore decessit die 24. Octobris hujus anni 1647. quo hæc exaro. Scripsit

Apologiam adversus litteras Geralasi Molitoris, Prædicantis religionis evangelicæ reformatæ, qui antea accusatus de calumnils, et citatus, cum suis litteris se excusasset, et non ausus comparere, repetiisset causmnias, accusatur, et citatur hic denuo. Augustæ Trevirorum sumptibus Egidii Immendor anno 1625. in 4.

Apologiam alteram ad Imperatorem Ferdinandum III., pro conservatione veterum Religiosorum, ac Monachorum in suis antiquis domibus, et possessionibus.

Instructionem ad Virgines nobiles recenter conversas a Calvinismo contra famosum libellum ad easdem datum a quibusdam hæreticis. Coloniæ apud Henricum Crith. anno 1631.

JOSEPHUS de BERNA Siculus, Cameratensis, Capuccinus, edidit

Symphoniam sacræ Lectionis, sive *libellum de sacrarum dictionum prolatione.* Messanæ apud Jacobum Matthæi anno 1646.

JOSEPHUS de BRUNIS Venetus, Regularis Observ. prov. S. Antonii concionator, edidit

Reductorium Jerosolymitanum, in quo candide, et sincere describitur quidquid diu desideraverat sciri de omnibus ad sanctam Jerusalem spectantibus, videlicet, *Numerus locorum Fratrum Diei Francisci de Observantia*, ab hinc multis annis, et in præsentiarum maximo zelo Christianum cultum, et partem Catholicam tuentium. Venetiis 1616. in 8.

Admirabilia devotio Sanctuariorum quamplurium.

Multitudo præcipuarum reliquiarum, copia Indulgentiarum a diversis summis Pontificibus concessarum.

Et tandem *generosa condonatio privilegiorum multorum*, quibus gaudent in primis Guardianus sacri Montis Sion, deinde Fratres omnes el humiliter subjecti. Venetiis apud Joannem Bapt. Bonsad an. 1616.

JOSEPHUS le CLERC, Parisinus, Capuccinus, edidit

Introductionem ad vitam spiritualem per facilem quandam orationis methodum pro omni anima devota, et religiosa. Pictavii primo duobus tomis partitam, apud Franciscum Lucam anno 1616. Deinde Parisiis in secunda editione unico volumine comprehensam apud Joannem Fovet 1630.

Praxim interiorem præcipuorum vitæ Christianæ exercitiorum juxta methodum Orationis in primo libro traditam. Ibidem apud eundem 1626.

Sexaginta exhortationes ad Moniales Benedictinas sub titulo *Calvarii.* in 4.

Tractatum de perfectione Seraphica, sive *de felicitate admirabili servorum Jesu Christi, sub forma coronæ mysticæ expressa, quam omnibus divinorum suorum consiliorum veris observatoribus tribuit, et specialiter religiosis sancti Francisci.* Parisiis apud Sebastianum Cramoisy 1634. in 8.

Epi-

Epistolas, et alia ejus opuscula edidit Franc. Andegavensis Capuccinus.

JOSEPHUS CODICIS, Siculus, montis Drepani, Regul. Observ. Doctoris laureati Parisiis, ubi per annos septem sacram Theologiam prælegit, assecutus, edidit

Commentarios in Logicam Aristotelis.

Obiit Neapoli anno 1545.

JOSEPHUS EXIMENUS, Hispanus, scripsit

Vitam Nicolai Factoris, pietate, et virtute illustris. Barcinone anno 1618 in 4.

JOSEPHUS FERRER, Hispanus, scripsit

Logicæ, et Physicæ Summulisticum præludium. Valentiæ 1636. in 4.

JOSEPHUS a LEONESSA, Italus, Cappuccinus, vir admirandæ virtutis, et notissimæ pietatis, tanta sanctitatis opinione defunctus, ut nunc in Curia instanter agatur de adscribendo in numeram Beatorum, scripsit

Tractatulum de protestationibus frequenter præmittendis ab iis, qui piæ morti obeundæ se præparant. Circumfertur ad finem Paradisi interioris a Paulo Manassei compositi. Vide verbum *Paulus Manassei.*

JOSEPHUS MALDONATUS Hispanus, Reg. Ob. serv. cum in Indiis Occidentalibus habitum suscepis. set, in Hispaniam trajecit, ubi eam apud Ordinis Rectores, et Hispaniarum Regem gratiam invenit, ut per aliquot gradus ad Indiarum, deinde totius Familiæ Ultramontanæ Commissariatum generalem in Congregatione generali in urbe Victoriæ anno 1648. celebrata omnium calculis pervenerit. Ad me tanquam amicum, et sibi religioso fœdere devinctum misit

Tractatum copiosum de authoritate Commissarii generalis circa destinandos Commissarios in Indiam Occidentalem, quem Hispanice edidit Madriti: Mox librum doctum, et spiritualem ita Hispanice inscriptum

El mas escondido retiro del alma, en que se descubre la preciosa vida de los muertos, y su glorioso sepulchro. Cæsaraugustæ anno 1649. in fol.

JOSEPHUS a S. MARIA, Hispanus, Strict. Observ. provinciæ sancti Gabrielis Minister, edidit Hispanice librum, quem prænouiauvit

Tribunal Religionorum, in quo agitur præcipue de modo corrigendi excessus, sive defectus Fratrum, et qualiter se debent gerere in re judiciaria Prælati, et subditi. Hispali per Ferdinandum Rey an. 1617. in 4.

Tractatum de usu, et frequentia sanctissimæ Eucharistiæ.

JOSEPHUS PICCOLOMINEUS, Convent. sacræ Theologiæ Magister, edidit

Exercitia spiritualia pro Confratribus Chordigeris.

JOSEPHUS RESEGHINUS, a Casali, provinciæ sancti Didaci, edidit *Meditationes inscriptas:*

Scala Jacob. Mediolani.

JOSEPHUS SIMON de PALLARES Hispanus, edidit Hispanice librum inscriptum:

Guia espiritual, id est, *via*, seu *directorium spirituale.* Valentiæ anno 1630.

JOSEPHUS VASQUEZ, Hispanus, provinciæ sancti Jacobi, Lector emeritus, Minister, et Guardianus Salamanticensis, vir doctus, gravis, et subtilis ingenii, olim venerandus meus Magister; cum Salamanticæ multi Doctores prætexta faciendarum novarum opinionum vellent jurare in verba sanctorum Augustini, et Thomæ Aquinatis, atque ad horum dumtaxat sectandas doctrinas solemni juramento cogere omnes Academicos Theologiæ professores, et studiosos, suscepto in Curia Regis Catholici onere classicos Doctores snæ religionis, Italensem, Bonaventuram, Scotum, aliosque defendendi, ne paulatim in scholis illorum exularet doctrina, adhibitis laboris, et studii sociis aliis viris doctis, et prudentibus, insignem obtulit librum Philippo III. et Consiliariis Regiis,

Tractatum pro defensione Doctorum Ordinis S. Francisci, per quem evicit, ne quidquam in illa celebri Universitate innovaretur. Madriti apud Ludovicum Sanchez 1628.

IRENÆUS AVALONENSIS. Burgundus, concionator Cappuccinus, edidit Gallice

Explicationem rationum, quæ moverunt dominos de Pesaudes, et du Mazel nobiles Gabolitanos, et alios ad veritatem Catholicam in manibus suis publice professandam, abjurata primum hæresi Calvinistica. Accedunt propositiones ejusdem Patris, Responsiones Ministri hæretici, et Contra-responsio S. Irenæi Russii apud Stephanum Andream 1623. in 8.

IRENÆUS BRASSAVOLUS Ferrariensis, sacræ Theologiæ professor, Commissarius suorum consodalium in Curia Romana, Episcopus Castrensis, Serenissimæ familiæ Farnesiæ gratissimus, accurate exposuit

Quæstiones universales Scoti. Venetiis in 4. apud Marcum Vurisciun anno 1599. Scripsit

De secundis intentionibus.

Super formalitates Scoti.

IRENÆUS MEU, natione Gallus, patria Normannus, Tertii Ordinis, provinciæ S. Ivonis Minister provincialis, edidit

Vitam verum cœli pro iis, qui in mundo degunt. Paris. 1639.

Cantica spiritualia super vias Purgativam, Illuminativam, et Unitivam ad dirigendam animam ad Deum. Ibidem 1639.

Exercitia hominis Christiani, quibus disponitur ad Confessionem, et Communionem. Ibidem 1642.

Radios solis justitiæ in Sacramento Altaris. Ibidem 1643.

Exercitia militis Christiani. Ibidem 1644.

Solitudinem decem dierum. Ibidem 1647.

ISIDORUS PERUSINUS, Regular. Observ. in Jure Canonico non mediocriter versatus, scripsit

Tractatum de Restitutionibus. Inelpit, *Restitutio primo. Volens Magister tractare.* Habeo penes me ms.

JULIANUS TEUTONICUS, Sacello, et Musicæ Gallorum Regis Præfectus, Ordinem amplexus Minorum composuit

Mensuras, et modos canendi divina Officia.

Obiisse miraculis clarum scribit Henricus Willotus; et Parisiis quidam volunt sepultum; alii in urbe Aquilæ in Aprutiis, atque hoc ejus sepulchro incisum epitaphium:

Degerat in terris vitam Julianus honestam:
Ossa tegit marmor, spiritus astra tenet.
Cui placuit vivo sanctissimus Ordo Minorum,
Est cælo, et terris nunc sibi firma quies.
Fertilis ingenio tulit hunc Germania Patrem:
Ast Aquilæ functum corpus in urbe jacet.
Dites hunc omnes repetunt, clamantque miselli,
Subsidium hic miseris, divitibusque salus.

JULIANUS VERROCHIUS Florentinus, Philosophus, Theologus, Astrologus, variaque humanæ eloquentiæ scientia clarus, pleraque scripsit; extant dumtaxat quædam ejus

Adnotationes in Dialecticam Aristotelis.

Obiit Florentiæ anno 1413. alii dicunt posterius decessisse. Sepulchro marmoreo in medio amplissimi templi S. Crucis hoc incisum est epitaphium:

JV-

JVLIANVS VERROCHIVS,
THEOLOGVS INSIGNIS HIC SEPVLTVS EST;
ANTONIVS DE MEDICIS
EIVSDEM ORDINIS THEOLOGVS,
ET ETRVRIÆ PROVINCIÆ MINISTER,
NE IACERET INCVLTVS
QVI MAGNVM ORNAMENTVM ÆTATI SVÆ PVERAT,
DECENTI HOC MONVMENTO DONAVIT.
VIXIT ANN. XLII. MENSES VIII. DIES X.
OBIIT M. CCCCXIII.

JULIUS ARIGONUS Cremonensis Ord. Minorum Convent. scripsit

Vitam Sororis Diomiræ Binæ de Assisio Tertii Ordinis sancti Francisci, virtute, et pietate insignis; quam Marcello Cardinali Lantes Episcopo Tudertino Ord. Minorum Convent. Protectori dedicavit. Habeo penes me ms.

JULIUS e CORRIGIO Italus, scripsit

Commentarium ad Symbolum Apostolorum.

Dialogum de Sacramento Altaris.

JULIUS PRUNIANUS Italus, Ferrarien. Convent. vir doctus in omnibus ferme scientiis, per præcipuas Italiæ civitates cum laude prædicavit. Metaphysicam publice professus in patria, alibi Theologiam annis multis edocuit. Alphonso II. Ferrariensium Duci gratissimus, cum adhibuit suum Confessarium, et Elemosynarium. Fuit Inquisitor Senensis annis quatuor. Scripsit

In universalia Porphyrii.

In Prædicamenta, et Posteriora Aristotelis.

In universam Philosophiam.

In formalitates Scoti.

Commentaria in Ecclesiasten Italice.

Super Symbolum Apostolorum.

Homilias diversas.

Diversarum materiarum lib. 1.

Omnia asservantur in Biblioth. Convent. Ferrariensi.

Obiit in patria anno 1595. ætatis anno 65.

JUNCTA de BEVEGNATIS, provinciæ Tusciæ, vir religiosissimus, B. Margaritæ Cortonensi Clarissæ in Beatarum numerum solemni ritu relatæ a sacris confessionibus, diffuse scripsit :

Vitam, et revelationes ejusdem prælaræ fœminæ. Habeo penes me ms.

JUNIPERUS DREPANENSIS Siculus, Strict. Observ. sac. Theologiæ Lector, provinciæ Vallis Mazariæ Definitor, deinde Minister, Pœnitentiarius Lateranensis, scripsit

Disputationes commentarias pro Juris Pontificii defensione in novam Urbani VIII. extensionem revocatoriæ Constitutionis omnium Privilegiorum citræ vocis oraculo foetorum Gregorii XV. In quibus Summi Pontificis legislativa potestas in ferendis, revocandisque favorabilibus legibus contra nonnullos defenditur. Lugduni sumptibus Laurentii Durand anno 1637. in 4. Obiit in Ministeriatu prædictæ provinciæ anno 1648.

JUNIPERUS PARASCANDALUS Neapolitanus, provinciæ Terræ Laboris Reformatæ, sac. Theologiæ Lector, disertusque concionator, aliquoties Guardianus, deinde Custos, mox Definitor Generalis, edidit doctum librum concionum sub hoc titulo:

Spicilegii Evangelici ex sanctorum Patrum, gravissimorumque Scriptorum messe collecti per omnes Quadragesimæ dies distributi, concionatoribus, sacræque Scripturæ Professoribus profuturi, pars prima. Neapoli ex typographia Honophrii Savii 1647. in fol.

Nunc habet prælo paratam partem secundam.

IVO MAGISTRI Gallus Reg. Observ. Confessarius Sororum Annunciationis Monasterii Bituricensis, cum plurimum laboraret pro restituenda disciplina regulari in Gallia, plurima collegit diplomata, et aliorum lucubrationes, quæ in hunc finem conducebant, obtulitque Francisco Gonzagæ Ministro Generali sub titulo:

Oculoria, et Monipulus Fratrum Minorum. Prodiit Parisiis apud Michaelem Sonnium an. 1582.

IVO PARISIENSIS, vir insignis, Capuccinus, in sua provincia sæpe Guardianus, aliquando etiam Definitor, egregius Concionator, qui verbo, et scripto suscepit sui Ordinis, aliorumque Mendicantium defensionem contra quendam in Gallia Episcopum, qui nimio ardore, et spiritu vehementi ex rostris, et multis scriptis libellis in omnem Religiosorum, maxime autem Francisceanorum statum, longa amorum serie, invehi non cessat; quantumvis hinc ex Urbe non semel fuerit admonitus, ut ab hujusmodi invectivis, snæ dignitati indecoris, abstineret, et aliquot ejus libelli in sacra Congregatione Indicis librorum sint proscripti. Scripsit autem Ivo Gallice

Felices successus pietatis, et triumphum vitæ religiosæ, tomis duobus in 4.

Declarationem quarundam propositionum ex prædicto opere non adeo sincere extractarum, tom. 1. *in* 4.

Theologiæ naturalis tomos quatuor in 4.

Moralitates Christianas, tom. quatuor in 4.

Misericordiæ Domini circa genus humanum, to. 1. *in* 4.

De summo Pontifice. Parisiis anno 1645.

Progressus amoris divini, tomos 4. *in* 8.

Demonstrationem ad Reginam Christianissimam circa doctrinas novitii, tomum 1. *in* 8.

Tractatum de virtute inflexibili, tomum 1. *in* 8.

Omnia hæc prodierunt variis annis Parisiis apud Dionysium Thierry. Scripsit autem Latine, et nunc sudat sub prælo

Digestum Sapientiæ, in quo habetur scientiarum omnium rerum divinarum, atque humanarum nexus, et ad primi principia reductio. Tomi tres in folio, primus prodiit Parisiis anno 1648. sumptibus Dionysii Thierry, secundus ibidem anno 1650.

JUVENALIS do TERRA NOVA, Lemovicensis Reg. Observ. edidit.

Theatrum Minoriticum compendiaria serie dispositum omnium virorum, ac mulierum in triplici Ordine Francisceno sanctitate, et doctrina insignium. Accedit *vera, fidelis, et legitima Relatio originis, progressus, ac præsentis status totius Religionis Seraphicæ Fratrum Minorum, S. Claræ, et Tertiariorum de Pœnitentia, tam sæcularium, quam Regularium.* Ruessii apud Hæredes Stephani Andreæ 1646. in fol.

L

LACTANTIUS ARCTARIUS Calaber, Ceropolitanus, Theologus, et insignis Concionator, edidit vernacule

Conciones a se habitas.

Poemata vernacula, et Latina.

De Monarchia Ecclesiastica lib. duos.

De Prædestinatione lib. 1.

Repertorium SS. Patrum.

Artem concionandi.

Conceptus Quadragesimales.

LA-

LADISLAUS MARSOMI prov. Polonus, doctrina, et sanctitate clarus, scripsit

Carmina super Magistrum Sententiarum.

Exposuit vetus, et novum Testamentum.

Obiit Marsomi anno 1508.

LAMBERTUS a S. TRUDONE, Belga, provinciæ Germaniæ inferioris, qui per aliquot annos vixit in Italia apud Patres Strict. Observ. provinciæ Principatus, scripsit

Varias resolutiones, et doctas quidem conclusiones in Regulam Fratrum Minorum, dignas, quæ lucem aspiciant.

Tractatum de congruo, et licito modo, quo iidem Fratres recurrere possunt ad pecuniarum subsidium.

Coronam Beatissimæ Virginis Mariæ, in qua ad singulas vices, quibus recitatur Salutatio Angelica, adhibetur metrum Latinum, in quo pars aliqua vitæ Christi, aut B. Virginis ordinate ad memoriam revocatur. Titulum hunc apposuit author: *Vita, et passio Domini nostri Jesu Christi, nec non sanctissimæ Matris Dominæ nostræ super coronam recitandæ, et contemplandæ*, materiam præbentes devote orandi, atque petendi secundum normam ejusdem sacratissimæ Passionis quidquid cuilibet statui conducit, quæ instar horarum, seu devoti officii in Congregatione Confratrum recitari possunt, versiculi nimirum alternatim, sed *Ave Maria* conjunctim. Collegit insuper varia Ordinis monumenta in codicem, quem

Speculum Ordinis Minorum appellavit.

LAMBERTUS WILLOT, patruus Henrici Willoti, qui Athenas Orthodoxorum Sodalitii Franciscani scripsit, vir plus, Biezensis in Arthesia, Namurcensis, et Leodiensis Guardianus, pietati in se, aliisque promovendæ summopere studuit, piis opusculis componendis totus intentus. Prodiit unum, quod prænotavit:

Varii fidelis sponsæ affectus, quibus erga sponsum Redemptorem dulcissimum varie illa fertur, quos quatuordecim iconibus expressit, adjunctis ex sacra Scriptura propriis sententiis quæ cujuslibet imaginis significationem referant, libellumque explicationis adjunxit.

Obiit Leodii, ex adverso majoris aræ tumulatus. Marmori, quo tegitur, hæc incisa sunt:

In caplte duarum lucernarum figuria hæc verba adjecta:

LAMPADES EIVS IGNIS, ATQVE FLAMMARVM.

In corpore lapidis hæc:

RELIGIOSISSIMO IN DEVM
THEOTOCON MARIAM SACERDOTI
ECCLESIASTAE ARDENTISSIMO
P. LAMBERTO WILLOT HVIVS CONVENTVS
COENOBIARCHAE MERITISSIMO
DISCIPVLI MOESTI POSVERVNT.
OBIIT OCTAVO KALENDAS MAIAS
ANNO M. D. LXXIX.

Inferius

IGNEM VENI MITTERE IN TERRAM,
ET QVID VOLO, NISI VT ARDEAT?

LANDULPHUS CARACCIOLUS nobilis familiæ Neapolitanæ, Doctor, et publicus Lector Parisiensis, Scoti auditor, primum Episcopus Stabiarum in regno Neapolitano, deinde Archiepiscopus Amalphitanus, de quo nos plura diximus Tomo tertio Annalium (*An.* 1331. *n.* 6. *et an.* 1347. *n.* 8.). Scripsit

In quatuor libros Magistri Sententiarum. Incipit, *Fundamentum primum lapidis sapphiri.*

Quodlibeta scholastica.

In Zachariam Prophetam.

In quatuor Evangelia ms. in Conventu Assisii.

In Epistolam ad Hebræos.

Sermones de Tempore.

Sermones de Exaltatione S. Crucis, mss. in Bibliotheca Vaticana.

Orationem ad Papam nomine Reginæ Siciliæ ms. ibidem.

Librum Collationum spiritualium.

Obiit circa annum 1350.

LANDULPHUS Incerti cognominis, ignotæque patriæ, teste Willot, scripsit

In primum Sententiarum; eumque citat author Summæ Angelicæ.

Alium Landulphum ait Eysengrenius scripsisse in *Secundum Sententiarum*, et vixisse anno 1462.

LAURENTIUS BRIXIANUS edidit

Tractatum de Formalitatibus Scoti.

LAURENTIUS a CONCHA Hispanus, scripsit

Homilias variis in Evangelia. Madriti 1602. in 4.

LAURENTIUS CORBOSA prov. Tusciæ, composuit

Lectiones 46. super psalmum, Fundamenta ejus in montibus sanctis, et super caput 24. Ecclesiastici, anno 1627.

LAURENTIUS CARDUSIUS Strict. Observ. Lucensis, scripsit Italice opus inscriptum:

Villa Regia Maria Virginis, Venet. a Georgio Valentino excusum an. 1630. in 8.

LAURENTIUS CORRADUCCIUS Fabrianensis, edidit

Sermones festivos.

Sermones feriales. Extant Fabriani mss. in Conventu sancti Francisci.

LAURENTIUS FASANUS Viola Neapolitanus, Regularis Observantiæ provinciæ Terræ Laboris, edidit

Arcana fere omnia tum Theologicæ, tum Philosophicæ, quæstiones disputatas, ac ultimas voluntates subtilissimi Doctoris Joannis Scoti. Neapoli apud Tarquinium Longum anno 1618. in 4.

Tractatum de adjuvandis infirmis ad pie moriendum, quem inscripsit: *Lumen agonizantium.* Ibidem anno 1617.

LAURENTIUS a S. FRANCISCO Hispanus, edidit opuscnlum inscriptum:

Thesaurus cœlestis. Gadibus 1638. in 4.

LAURENTIUS GULIELMUS de TRAVERSAGNIS Ligur Saonensis Sixti IV. almnnus, sub ejus disciplina annis quinque Paduæ, et Bononiæ profecit. Theologiam primo in Anglia; deinde Parisiis publice professus est. Scripsit

Rhetoricam pro juvenibus.

Correctorium vitæ humanæ.

Dialogum de vita æterna, et vera felicitate, in tres libros divisum.

De bono conjugali, sive Matrimoniali.

Triumphos quinque Jesu Christi Redemptoris; nempe

De sapientia.

De fortitudine.

De justitia.

De clementia.

De amore, qui libris viginti tribus continentur.

De pudicitia B. Virginis, metro heroico. Habentur ejus monumenta Saonæ apud Minores mss.

Decessit anno 1495. ætatis 81. Magnam librorum copiam eo in Conventu conservavit.

LA-

LAURENTIUS LUPUS Hispanus, edidit

Compendiosam explicationem Rubricarum Breviarii, et Missalis Romani. Madriti 1632. in 8.

LAURENTIUS MAGRIUS Normannus, Regul. Observ. scripsit

Apologiam pro Fratribus Minoribus de Familia, sive de Observantia Ordin. S. Francisci. Rothomagi apud Silvestrum Rambruinum anno 1498.

LAURENTIUS MASSORILLUS Umber, Fulginas Regni. Observ. provincie sancti Francisci, pius, et eruditus Poeta, edidit

Volumen sacrorum Metrorum, quod præmonstravit: *Aureum sacrorum hymnorum.* Opus libris quatuor distinctum, præcipuis quibusque Sanctorum, et Sanctarum suos hymnos attribuens, dedicavitque Rodulpho Pio Cardinali Carpensi Ord. Minorum Protectori. Prodiit Fulgini apud Joannem Simonem, et Vincentium Cantagallus anno 1547.

Claruit anno 1560.

LAURENTIUS PARISINUS prov. Capucinorum Parisien. Definitor, Prædicator ferventissimus, ac Theologiæ mystiæ magister eximius, edidit Gallice

Palatium amoris divini inter Jesum, et animam Christianam, in quo quæris persona, tam sæcularis, quam religiosa potest videre regulas Dei, et proximum perfecte amandi in hac vita. Paris. in prima editione apud Carolum Castellanum anno 1614. in secunda editione aucta, in 4. apud Dionysium de la Nove.

Pecristromata divini Amoris, seu *Passionem, ac mortem Jesu Christi secundum historiæ veritatem in quatuor libros divisam, dolores internos Christi centum, et quatuor contemplationibus comprehensos continentem.* Parisiis apud Viduam Nicolai Buon anno 1631. in 4.

LAURENTIUS PORTEL Lusitanus, provinciæ Algarbiorum olim Minister, sacræ Theologiæ professor, in dubiis quæstionibus Regularium enodandis potissimum occupatus, vir pius, et prudens, scripsit

Dubia Regularia, sive accuratam, brevemque discussionem difficultatum circa religiosam personam, atque familiam, ac etiam circa Sacerdotem regularem confessionem sæcularium excipientem. Lugduni sumptibus Laurenti; Durand anno 1630.

Responsiones aliquorum casuum moralium spectantium præcipue ad personas regulares, ac etiam sæculares. Ibid. sumptibus ejusdem anno 1640.

Earumdem Responsionum tomum 2. Ibidem sumptibus Laurentii Arnaud anno 1645.

Dubia Regularia simul cum primo tomo Responsionum prodierunt uno volumine Venetiis apud Paulum Balleonum anno 1641.

Exhortationes Monasticas. Ulyssippone apud Petrum Craesbeck an. 1617. in 8.

LAURENTIUS quidam, ignoti cognominis, et temporis, incertæque patriæ, doctus Concionator, scripsisse refert Willotus

Postillas pro concionibus æstivis.

Alias pro hyemalibus. Asservabantur in Bibliotheca Minorum Westphaliæ.

LAURENTIUS SPATHA Bononiensis, sacri Collegii Bononiæ Magister, electus Generalis Minister Convent. Romæ anno 1537. post hujus functionis annos sex assumptus ad Episcopatum Calvensem; vir quidem probis moribus, bonisque litteris egregie ornatus. Ejus enibiculum erat perpetua Officina bonarum artium, quo homines quique doctissimi confluebant. Ipse vero semper vel legebat, vel scribebat, aut meditabatur. Scripsit

Elucidationes in primum Sententiarum Scoti; cujus doctrinam egregie colebat.

Constitutiones quasdam sui Ordinis.

Obiit Neapoli sepultus in Ecclesia sanctæ Claræ.

LAURENTIUS a VILLA VINCENTII, edidit

Sermones pro toto anni decursu. Lugduni 1568.

LEANDER MONTANUS de Murcia, Hispanus, Capucinus provinciæ Castellæ Definitor, et Conventus S. Antonii Madritensis Guardianus, scripsit Hispanice

Quæstiones selectas Regulares. Madriti apud Gregorium Rodriquez 1645. in fol.

Expositionem in Regulam Fratrum Minorum. Ibidem eodem anno.

Commentarios litterales, et morales in librum Esther. Ibidem apud Alphon. de Paredes anno 1647. in fol.

B. LEO ASSISIAS, Umber, sancti Francisci socius, et confessarius, adiutus opera Angeli Tancredi, et Raffini consanguinei sanctæ Claræ, scripsit

Legendam, et miracula sancti Francisci.

Nos multa de hoc optimo viro scripsimus tomo primo, et secundo Annal. et in opusculis sancti Francisci epistolam dedimus sanctissimi Institutoris ad hunc suum discipulum transmissam.

Obiit Assisii anno 1271. die decima quinta Novembris; tumultus in Basilica majori S. Francisci.

LEO BACCON Gallus, Reg. Observ. provinc. Aquitaniæ, edidit Gallice

Summam Confessorum Hispanice editam ab Henrico Villalupensi. Vide Verbo *Henricus Villalupensis.*

LEO RUBEUS, Mediolanen. edidit

Sacram repræsentationem Reginæ Esther. Mediolani 1618.

LEO VALVASORIUS e Perego, Ducatus Mediolanensis oppido, ex Ministro Minorum Archiepiscopus Mediolanensis (*Tom.* 1. *Annal. an.* 1239. *nu.* 15.). Annis octodecim strenue illam celeberrimam rexit Ecclesiam. Gregorii IX. partes magnanimiter, et constanter contra Fredericum Imperatorem Pontifici ultra modum invisum semper defendit. Scripsit

Epistolas varias ad prædictum Gregorium Pontificem, aliosque Italiæ Principes, eorum implorans auxilium contra Fredericum.

Constitutiones Synodales.

Obiit anno 1257. die 15. Octob. sepultus Lignani miraculis claruit.

LEO de VENNES, Aremoricus, Prædicator Capucinus, præclo mandavit librum, qui inscribitur:

Secunda Nativitas JESU, complementum primæ hoc est, Conversio animæ formata super exemplar Verbi Incarnati. Opus divisum in 3. *partes.* Paris. apud Robertum Berthand. 1637. in 8.

LEO ZAMBELLUS Italus, Placentinus, Regul. Observ. scripsit Italice librum, quem ita inscripsit:

Globus cælestis, et politicus vitæ Principum, tempore pacis, et belli. Venetiis apud Marcum Ginammum anno 1642.

LEONARDUS BORIANUS, Gallus, Regularis Observantiæ prov. Aquitaniæ, edidit

Librum controversiarum contra Ministrum hæreticum. Tolosæ apud Joannem Boudet anno 1620.

LEONARDUS de RUBEIS, ex Giffonibus, quod Campaniæ Felicis oppidum est non ignobile, perperam alii *de Ciffono, Chiffano, de Joris Fano* inconstanter cognominant, ex Ministro provinciæ Terræ Laboris, non Tolosanæ, uti habent Possevinus, et Willotus, creatus Tolosæ anno 1373. totius Ordinis Generalis Minister, et anno 1378. (*tomo* 3. *Annal.* 1378. *nu.* 7.) his donatus purpura Cardinalitia, primum ad Urbano Sexto, secundum a Clemente Septimo Urbani

Digitized by Google

æmulo, et tertium a Benedictio XIII. multas probavit incoustantis fortunæ vicissitudines; scripsit autem

In Cantica Canticorum ingens volumen, in centum quadraginta Cantica distributum, multa continens abstrusioris Theologiæ arcana, quod S. Antoninus (3. *par. tit.* 24. *cap.* 8. §. 2.) se vidisse testatur, et laudat.

In libros quatuor Magistri Sententiarum commentaria.

Summam Theologiæ moralis.

Tractatum de modo extinguendi schismatis Pontificii, quod tunc vigebat magno totius orbis scandalo, valde eruditum ad Reges, et Principes Christianos. Incipit, *Utrum via cessionis.* Extat ms. in Bibliotheca Minorum Toletana.

Obiit Avenione anno 1405. IV. nonas Maji sepultus apud Minores, non in æde Cathedrali, uti habet Possevinus.

LEVINUS BRECHTUS, Antuerpien. Theologus, Poeta laureatus, multorum illustrium Patrum in Conventu Lovaniensi magister, vir pietate in Deum, et eluditate in proximos clarus, scripsit Lovanii

Euripum, Tragœdiam de vitæ humanæ inconstantia, exhibitam in Falconensi Collog. anno 1547. kal. Julii typis Martini Rotarii 1549. et Volpii anno 1568. in 8.

Sylvam piorum carminum. Ibidem 1556. in 8.

Christianam Tragœdiam, cum Appendice carminum selectiorum.

Historiam agonis sanctorum Marci, et Marcellini fratrum Martyrum, incerto authore ex Bibliotheca Francisc anorum Mechliniæ recognovit. Ibidem typis Rotarii anno 1551.

Vitam S. Lamberti Episcopi Leodiensis, et B. Zachariæ Francicani carmine.

Fato functus est Vicarius Mechliniæ anno 1560. Julii 27.

LINUS MORONUS, Florentinus, edidit

Descriptionem Montis Alvernæ in Etruria celeberrimi cum iconibus docta manu arte incisis. Florentiæ anno 1612.

LIVINUS Gallus, provinciæ Franciæ, vir egregius ad Terram Sanctam profectus, et Jerosolymis in Conventu Montis Sion aliquando commoratus: Cairum ad Christianorum obsequia missus, fidem prædicans Christianorum, et sectam condemnans Saracenorum, capite abscisso gloriosam subiit martyrium, uti nos diffusius narravimus tomo tertio Annal. ad initium anni 1345. Scripsit opuscula pia

De Christi infantuli, et B. Mariæ Genitricis Encomiis.

LIVIUS GALANTES, Imolanus, edidit

Christianam Theologiam comparatam cum Platonica, cum tota veteri sapientia Ethnicorum, Chaldæorum nempe, Ægyptiorum, et Græcorum, lib. 20. Bononiæ 1627.

LUCAS ASSISIAS, Regens studii Parisiensis, et deinde Custos magni Conventus suæ patriæ, edidit

Opuscula de Christi Incarnatione.

Floruit anno 1440.

LUCAS BALIONIUS, Italus Reg. Observ. edidit Italice

Artem concionandi juxta præcepta Rhetorices. Venet. an. 1562.

LUCAS BITONTINUS, facundus Concionator, scripsit

Sermones in Evangelia, et Epistolas Quadragesimales, quorum initium est, *Narraverunt mihi iniqui.* Extalant manuscripti Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis.

LUCAS MECHLINIENSIS, Capucinus, provinciæ Flandriæ, scripsit

Librum Casticorum spiritualium, Antuerpiæ apud Henricum Ærtsens anno 1641.

LUCAS a MONTEFORTI, regni Neapolitani oppido, vir pius, et religiosus, olim sacræ Theologiæ Lector, Guardianus Cœnobii S. Mariæ Novæ urbis Neapolitanæ, provinciæ Terræ Laboris Definitor, Examinator synodalis, scripsit nuperrime in Virginis Mariæ laudem librum, quem inscripsit:

Domus sapientiæ septem suffulta columnis, in qua per multas ex S. Scriptura desumptas questiones Virginis cultum, adductis etiam multis sanctorum Patrum testimoniis, commendat. Opus verbi divini prædicatoribus, sanctissimæ Virginis cultoribus apprime profuturum. Ad urbem Stabiarum prope Neapolim, ubi Episcopo unico colliborat, hoc anno 1648. sudat sub prælo in folio.

Alium prælo parat librum *de Monarchia Christi* Italice.

Regnum Tertii Ordinis a S. Francisco instituti, cujus erat Commissarius, commentariis illustravit. Neapoli apud Octavium anno 1636.

LUCAS PACIOLUS, e Burgo S. Sepulchri, prope fines Etruriæ, omne pene rationem Mathematicæ disciplinæ Italica lingua complexus est; scripsit enim

De divina proportione Compendium.

De Arithmetica.

De proportionibus, et proportionalitatibus; opus egregium, et eruditum, nuli tamen Minerva, ad Guidobaldum Urbini Ducem.

De quinque corporibus regularibus.

De majusculis Alphabeti litteris pingendis.

De corporum solidorum, et vacuorum figuris, cum suis nomenclaturis. Excusa sunt omnia Venetiis an. 1509.

Transtulit Euclidem in linguam Italicam; et alia ejusdem scientiæ composuit opuscula.

B. LUCAS PATAVINUS, S. Antonii Ulyssipponensis socius, et discipulus, sanctitate, et doctrina insignis (*Vide Annal. Min. an.* 1240. *num.* 9.), in exilium cum universis consanguineis actus, quod murum se pro domo Dei posuerit, et Ezelini Tyranni Patavini Vicario multa contra Ecclesiam Del. et Pontificem machinanti intrepide in faciem restiterit; scripsit

Sermones in Evangelia, et Epistolas Dominicales.

Sermones de Sanctis. Servantur mss. Patavii in Bibliotheca magni Cœnobii sancti Antonii.

Obiit sub annum 1245. sepultus in sacello S. Antonii.

LUCAS ROMANUS, Orgasius Reg. Observ. provinciæ Romanæ Definitor, Guardianus Aracœlitanus, scripsit lingua vernacula

Exercitia, sive præparatoria ad pie christianeque moriendum. Velitris anno 1640.

Basin, sive fundamentum ad superædificandum excelsum perfectionis ædificium. Romæ an. 1641.

Stellarium immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ. Velitris anno 1640. apud Alphonsum de Insula. Obiit Romæ in Conventu Aracœli an. 1645.

LUCAS de SUBERTO, Etruscus, edidit

Quadam opuscula spiritualia.

LUCAS WADINGUS, Hibernus, Waterfordiensis, scripsit

Legationem Philippi III. et IV. Hispaniarum Regum ad sanctissimos Paulum V. Gregorium XV. et Urbanum VIII. pro definiendo controversia Conceptionis B. Vir-

B. Virginis Mariæ. Lovanii apud Henricum Rastenium 1624. in folio.

De Hebraicæ linguæ origine, præstantia, et utilitate ad sacrorum litterarum interpretes, opusculum præfixum Concordantiis Hebraicis a Mario de Calasio Minorita ingentium quatuor voluminum mole editis; nec non reliqua magni illius operis prælimiaaria; vide verbum *Marius a Calasio.* Romæ apud Stephanum Paulinum anno 1621. in folio.

Apologeticum de præcenso Monachatu Augustiniano S. Francisci, in quo detegnntur, et refelluntur varii errores ex hac una controversia exorti. Madriti apud Teresiam Junctam anno 1625. in 4. Prodiit secundo in folio ad finem tomi primi Annalium; tertio in 8. Lugduni apud Laurentium Durand anno 1641. cum *defensione ejusdem* contra Thomam Herreram sacræ Theologiæ Magistrum, Eremitam Augustinianum, Apologetici impugnatorem. Hispanum reddidit Petrus Navarrus provinciæ Castellæ Definitor. Madriti anno 1625. in typographia Regia.

Annalium Minorum ab exoriente Ordine S. Francisci usque ad annum 1250. *tomum* 1. Lugduni sumptibus Claudii Landry anno 1625. in fol.

Eorundem Annalium tomum 2. *ab anno* 1250. *usque ad* 1300. Ibidem anno 1628. in fol.

Tomum 3. *ab anno* 1300. *usque ad annum* 1350. Ibidem sumptibus Claudii du Four anno 1635. in folio.

Tomum 4. *ab anno* 1350. *usque ad annum* 1400. Ibidem anno 1637. in fol.

Tomum 5. *ab anno* 1400. *usque ad* 1450. Ibidem anno 1642. in fol.

Tomum 6. *ab anno* 1450. *usque ad* 1475. Ibidem sumptibus Jacobi Prost, et Joan. Baptistæ Daveuet an. 1647. in fol.

Tomum 7. *ab anno* 1475. *usque ad annum* 1500. Ibidem anno 1648. in folio. Reliquam absolvet historiam, Deo propitio, aliis tribus voluminibus.

Vitam B. Petri Thomæ Carmelitæ Patriarchæ Constantinopolitani. Lugduni sumptibus Laurentii Durand an. 1637.

Bibliothecam hanc, sive Catalogum Scriptorum Ordinis Minorum.

EDIDIT ALIENA.

Opuscula S. Francisci sui Institutoris, quibus addidit Commentarios asceticos. Antuerpiæ apud Phantinum anno 1623. in 4. Prodierunt insuper absque Commentariis Salamanticæ, Alexandriæ Statelliorum, Neapoli, et alibi, ut facilius et commodius circumferantur.

Concordantias morales S. Antonii Patavini cum Promptuario moralis ejusdem Anonymi Minoritæ Hiberni, additis etiam amplissimis Notis, Romæ apud Alphonsum Ciaconium anno 1624. in 4.

Angeli del Pas doctissimi Minoritæ Commentaria in Marcum tomo 1. Ibidem anno 1623. in fol.

Ejusdem in Lucæ Evangelium Commentaria tomis 2. Ibidem annis 1625. et 1628. in folio. Reliqua plissimi viri opera aliquando daturus, Deo volente, tomis quinque.

Joannis Duns Scoti opera omnia tomis xcvdecim distributa, quibus addidit præter prælimiaria sua, aliorumque notas, et censuras ad singulos libros. Lugduni sumptibus Laurentii Durand anno 1639. in fol.

Vitam, et res gestas B. Jacobi Piceni carmine heroico per Joannem Baptistam Petruccium Archiepiscopum Tarentinum conscriptas, quas notis, et commentariis illustravit. Ibidem 1641. in 4.

Officia plurima, præsertim *Lectiones secundi Nocturni Sanctorum multarum Ecclesiarum tum in Italia, tum in Hispania, Germania, Bohemia, Hungaria, etc.* quæ vel ex integro composuit, vel fidelius juxta veriora acta eorumdem Sanctorum, aut puriora Ecclesiarum monumenta restituit, ex commissione sacræ Congregationis Rituum Ecclesiasticorum, dum a multis annis obit munus Consultoris ejusdem Congregationis

HABET EDENDA.

Vitas, et res gestas Clementis VIII. Leonis XI. Pauli V. Gregorii XV. Urbani VIII. Innocenti X. et omnium Cardinalium ab eis creatorum.

Vitam sancti Anselmi Lucensis Episcopi, cum notis et commentariis, ad Cardinalem Throsium Episcopum Lucensem.

Vitas Sanctorum Ecclesiæ Urbevetanæ, cum notis, ad Cardinalem Faustum Polum Episcopum Urbevetanum.

Tractatus quatuor, qui *ad Conceptionem B. Virginis Mariæ a peccato originali inendam conducent.*

Primum de Baptismo B. Virginis, ut satisfiat iis, qui ex baptizata Virgine deducunt in peccato fuisse concepiam, ne eximie sequeretur formam baptismi eidem collati non verum, sed falsum fuisse, quo argumento usus est Augustinus contra Pelagianos, et postremo Concilium Tridentinum contra negantes peccatum originale.

Secundum de Morte ejusdem Virginis, ut respondeatur alteri argumento ejusdem S. Doctoris negantis penalitates, aut mortem inferri insontibus, nullumque habentibus peccatum, ne judicetur impotens Deus, qui innocentes non possit ab immeritis pœnis liberare; aut injustus, qui innocentibus supplicium inferat, et pœnam irroget, ubi culpa non præcessit.

Tertium de Redemptione ejusdem Virginis, ut ostendatur perfecte fuisse a Christo redemptum, etsi originale peccatum non contraxerit, contra eos, qui redemptionem negant, nisi nullum inerat peccatum.

Quartum de mente Sanctorum Patrum, ut plane videatur non adversarios, sed tutelares fuisse originalis innocentiæ Dei Genitricis, neque audiendos esse, qui universam sanctorum Patrum multitudinem hnic peculiari Virginis privilegio objeciant.

Collecta habet omnia *Comitia generalia Ordinis Minorum, res quasque graviores in iis peractas, editasque omnes Constitutiones, quibus multa etiam subjicit Provincialia statuta, tomo* 1. *comprehensa.*

Bibliothecam veterum Patrum ejusdem Instituti, quorum plurima hactenus non prodierunt opera, alia antiquis typis commissa non inveniuntur, aliquot tomis distribuendam.

Aphorismos in Regulam Fratrum Minorum ad eliminanda multorum, plerumque imperitorum, expositiones in eandem, quæ timoratis, et infirmis conscientiis graves scrupulos ingenerunt.

Librum de insigni pictate Urbinatum erga Minores, in quo de multis Fratrum, et Sororum, quas hujus Instituti construxerunt, Cœnobiis, et de piis Minoritis, ac Clarissis vel apud eos natis, vel inter eos denatis compendiose tractatur.

Consultationum Ecclesiasticarum circa varias materias sibi commissas occasione multarum Congregationum, quibus jubetur interesse, volumen 1.

Epistolarum selectarum librum 1.

LUCIUS, sive LUCIDUS, Veronensis, scripsit

Doctos, variosque hymnos in laudem S. Francisci.

LUDOVICUS a S. AUGUSTINO, Prædicator provinciæ Angliæ ex Strictioris Observantiæ, transtulit in suam lilioua

Sti-

Stimulum divini Amoris a S. Bonaventura compositum. Duaci apud Viduam Wiouis anno 1642.

LUDOVICUS BENEDICTUS, Gallus, qui et Gallice *Benoist*, vir eruditus, vertit e Gallica in Latinam linguam Gabrielis Plaumae Canonici Lateranensis regularis, qui deinceps fuit Ciodiensis Episcopus

Sermones sitrcm super Evangelium D. Lucæ: Missus est Gabriel. Prodiit Parisiis anno 1587.

LUDOVICUS BORAGIUS Italus, provinciæ S. Antonii, scripsit

De divina civium civitatis Dei prædestinatione, deque civium civitatis Satanæ reprobatione.

LUDOVICUS BOROJUS Italus, provinciæ S. Antonii, Reg. Observ. egregius Theologus, scripsit

Dialogus de sancta Oratione, referlum piis, doctis, et utilissimis sententiis. Tridenti anno 1590.

Tractatum de virtuoso exercitio Christiani. Ibidem anno 1597.

LUDOVICUS BOZZUTUS, Italus, Saviauensis, Regul. Observ. provinciæ Terræ Laboris, Theologus, et Prædicator, edidit librum inscriptum:

Debito del Christiano, idest, *Debitum Christiani*, in 3. partes divisum. Neapoli anno 1649.

LUDOVICUS CESENAS, Regularis Observantiæ provinciæ Bononiensis, insignis Concionator, reliquit posteris

Sermonalia, uti scribit, *quatuor*. Secundum partem quarti, quam inscripsit,

De Deo retribuente, sive *de finibus malorum, et bonorum*, ego habeo magno rohumine penes me ms.

LUDOVICUS CARVAJALIUS Hispanus, Boetieus, Reg. Observ. vir eruditus, et disertus, edidit

Declamationem expostulatoriam pro immaculata Conceptione Genitricis Dei Mariæ, cum dilutione quindecim argumentorum, quæ adversus præfatam declamationem quidam Parisiis autori objecerunt. Prodiit Parisiis in officina Oliverii Maillardi anno 1541. cura Jacobi Dunantieri sacræ Theologiæ Doctoris, provinciæ Franciæ Ministri, qui opusculum, et authorem ab eloquentia, et doctrina summopere commendat. Dedicatoria ad virum Principem Joannem Alphonsum Gothmannm Ducem Sydoniensem scripta est Hispali anno 1533.

De restituta Theologia, opus semel, atque iterum impressum, in quo lector videbit veram Theologiam a sophistica, et barbaric magna industria rejungatam. Incip. *Non me fugit viri Christiani.* Antuerpiæ primum, deinde Coloniæ apud Melchiorem Novetianum an. 1545. Carolo V. Imperatori consecratum.

Theologicarum Sententiarum lib. 1. *cum explicationibus quorundam argumentorum* ad suum consanguineum Ludovicum Carvajalium Osorium. Antuerpiæ apud Joannem Graviam 1548. in 8.

Apologiam Monasticæ religionis contra Erasmi errores. Parisiis anno 1529.

Dilucidationem nuncupulentiarum Erasmicæ responsionis ad prædictam Apologiam. Ibid.

Epistolam insignem ad Laurentium Suarez Figueroam Feriæ Comitem. Salamanticæ anno 1528.

Orationem habitam ad Patres Concilii Tridentini Dominica secunda Quadragesimæ anno 1547.

LUDOVICUS CASPENSIS Hispanus, Cæsaraugustanus Capucciuus, sacræ Theologiæ Lector, et Definitor prov. Aragoniæ, scripsit

Cursum Theologicum complectentem præcipuas materias, quæ in scholis tradi, et legi solent secundum ordinem Divi Thomæ, in duos tomos distinctum. Prodiit Lugduni anno 1641. in folio, sumptibus Hæredum Gabrielis Boissat, et Laurentii Anisson.

LUDOVICUS de CASTILIONE ARETINO provinciæ Tusciæ sacræ Theologiæ Magister, apud Oxonienses publicus professor, scripsit

Tractatum de paupertate Christi.

Floruit circa annum 1329.

LUDOVICUS a CASTRO Leodiensis, sacræ Theologiæ Doctor, Conventualis, seu plus Provincialis, et Commissarius Ordinis per Sabandiam, Delphinatum, Vivaresium, Burgundiam, vicinaque loca; vir fuit in omni scientiarum genere versatissimus, et Concionator facundissimus. Scripsit Gallice

De divisione pretensæ Religionis provinciarum Belgicarum, quæ se fœderatas vocant, seu de dissectis Calvini sectis.

Antisynodica Concenticulorum Ultrajecti, et Dordraci unnis 1618. *et* 1619. *habitorum.* Leodii apud Christophorum Ouwerxanno 1619. in 8.

Castrum Monasticum, sive Apologiam oppositam Turri Babel Danielis Hochede Calviniani Gulliorum Dordraci Concionatoris. Ibidem anno 1622. in 8.

Vindicium Mostiæ-Pietatis Leodiensis contra Joannem de Lilleo Advocatum Cameracensem. Ibidem anno 1627. in 4.

De Institutione Montium Pietatis per Principatum Leodiensem, et Comitatum Loxensem. Ibidem 1618. in 4.

Decessit anno 1632. Leodii apud suos magno honore sepulchri tumulatus in navi Ecclesiæ.

LUDOVICUS CAVALLI provin. Franciæ Parisiensis, in pago *Rhodeliughen* prope *Arleras* oppidum natus, Bolouiam maritimam venit an. 1607. ubi Minorum Institutum professus est. *Quindecim* circiter annis partim Nauceï, partim Rothomagi humaniores litteras fratribus junioribus prælegit. Hinc Romam a Joanne a Campunea Ministro Generali vocatus, nihi hoc in Collegio sancti Isidori a studiis gratissimus, et assiduus ferme per biennium cooperator fuit, quem demum Lugduni una cum Joanne Tyrello Hiberno Scoti operibus, meisque eudendis Annalibus præfici curavi; postea revocatus a Patribus suæ provinciæ, in Conventu Bolouiensi Guardianus institutus est; tandem Romam iterum a Joanne a Neapoli Ministro Generali, me postulante, vocatus, meeum assidnitate pristinu collaborans, factus est Pœnitentiarius Lateranensis. Scripsit, et edidit propria:

Opus multæ Lectionis *de Syllabarum quantitate, et variis carminum generibus, allatis authorum testimoniis.* Quartum in lucem prodiit, sed nova semper facie, novo ordine, primum Parisiis sub titulo *Prosodiæ*, deinde Rothomagi auctum, postea Lugduni auctius, et *Scala Parnassi* prænotatum, tandem multo accuratius examinatum, et *Jarna Musarum* reserata inscriptum, Parisiis edidit anno 1647. Antonii Bertier Bibliopolæ sumptibus; in cujus calce addidit

Compendium Poeseos Gallicæ.

Varias Odas, Epigrammata, et Chronographica quædam.

ALIENA.

Franciscias, id est S. Francisci nostri Institutoris vitam a Francisco Mauro Hispellate Minorita 13. libris heroico carmine conscriptam, a se posito notis, argumentis, scholiis, et indice periphrasinm Poeticarum Illustratam edidit Rothomagi in 8. apud Laurentium Maury. Vide verbo *Franciscus Maurus.*

Opuscula S. Francisci in 16., omissis meis Commentariis, in commodiorem usum en circumferre volentium, præmissa epistola dedicatoria ad supradictum P. a Campunea, aliisque ornamentis. Lugduni sumptibus Laurentii Durand.

Bre-

Breviloquium S. Bonaventuræ in 12. præfixa epistola dedicatoria ad nobilissimum virum D. Chaponay, addito etiam insigni elogio ejusdem Doctoris Seraphici, alterius authoris.

Manuale Theologicum Francisci de Herrera Minoritæ a chalcographorum mendis expurgatum. Lugduni in 16. sumptibus Hieronymi de la Garde an. 1642.

Resolutionem doctrinæ Scoticæ, per Eleutherium Albergonum Minoritam Conventualem. Ibidem in 8. sumptibus Joannis Amati Candy. 1643.

Prosequitur Epitomen Annalium nostrorum jam pridem inchoatam.

LUDOVICUS CAVIEZ Gallus, e Latina Gallicam fecit

Fidei Catholicæ professionem Sebastiani Flavii, qua duæ et viginti rationes afferuntur, quibus ad Romanam Catholicam Ecclesiam ab Lutheranâ, et reliquis hæresibus redüit. Parisiis apud Antonium Honima anno 1576.

LUDOVICUS CICONIOLANUS edidit

Directorium Divinorum officiorum.

LUDOVICUS COMPLUTENSIS in Theolog. Morali non vulgariter doctus, scripsit

De fœneribus, et cambiis, variisque contractibus, qui inter mercatores exercentur. Toleti apud Joannem de Ayala anno 1546.

LUDOVICUS a CRUCE Lusitanus, urbe Brigantina honestis parentibus ortus, in Beticam trajiciens Minorum subiit Institutum in provincia S. Gabrielis. Complutum amandatus, ut studeret, optimæ indolis specimen exhibuit, eumque assecutus est inter consodales opinionem, ut dignus videretur, qui Romam mitteretur curaturus Ordinis negotia penes Procuratorem generalem. Hoc officio aliquot annis laudabiliter functus, transivit in Apuliam allectus precibus Patrum provinciæ sancti Nicolai, apud quos remansit, donec a Clemente VIII. vocatus ad aliorum mores reformandos institutus est provinciæ Terræ Laboris in Campania Felici Minister. Post hæc præfectus nobilissimo, et numerosissimo Parthenoni Clarissarum Corporis Christi urbis Neapolitanæ, deinde translatus Romam, ut præesset sacræ Pœnitentiariæ Laternensi, demum sub Gregorio XV. creatus est Vicarius generalis Strict. Observ. in Italia. Sublato tamen sub Urbano VIII. hoc regendi genere, quod minus universo Sodalitio expediret, rediit ad pristinam præfectnram Pœnitentiariæ: dehinc secundo adscitus ad regimen provinciæ Neapolitanæ, retento priori officio, ad Comitia generalia sui Ordinis Toleti celebranda profeiscens, obiit in itinere Cæsaraugustæ in Conventu *a JESU* nuncupato 7. idus Maji anno 1633. ætatis 67. a Cœnobitis solemnibus exequiis, et oratione funebri cohonestatus. Vir fuit religiosissimæ vitæ, perpetui, et constantis in se rigoris, assiduus in studiis, ubi per occupationes, quibus implicabatur, licebat. Scripsit

In Bullas Cruciatæ, Compositionis, et Defunctorum commentaria librum unum. Prodiit nostra opera Lugduni sumptibus Nemesii Trichet an. 1634.

In Bullam Cœnæ Domini tomum alterum, cujus editionem nos curabimus, Deo volente.

Tractatum de piis legatis relictis Fratribus Minorum; in quo probat licere hæc admittere juxta cautiones a S. Bonaventura præscriptas in Regulam Minorum, dummodo Fratrum nimia solicitudo, aut cæcus amor habendi aliquos abusus in his non introducat.

Dubia aliquot moralia, quibus in Pœnitentiaria Laternen. docte respondit.

LUDOVICUS, cujus cognomen, et patria reticetur ab Eysengrenio, et Willoto, qui ejus meminerunt, scripsit

Sermones Feriales per totum annum.

Commune Sanctorum.

Sermones centum septuaginta et unum ad Religiosos.

Sermones extraordinarios.

De B. Virgine Maria.

De Angelis, et de quibusdam Sanctis separatim.

Vixit, Eysengrenio teste, an. 1513.

LUDOVICUS a DOLA BEREUL Capuccinus, Minister provinciæ Comitatus Burgundiæ, scripsit

De modo conjunctionis concursuum Dei, et creaturæ ad actus liberos ordinis naturalis, præsertim ad præcos. Lugduni 1634. in 4. sumptibus Jacobi, et Petri Prost fratrum.

LUDOVICUS FERNANDEZ Blascho, Hispanus, Tertii Ordinis, scripsit

De universali redemptione per Christum. Compluti 1613. in fol.

LUDOVICUS ex FILICARIA, Florentinus, edidit

Vitam B. Francisci carmine Etrusco. 1493.

LUDOVICUS a S. FRANCISCO, Lusitanus, scripsit ad Ferdinandum Medicæum tunc S. R. E. Cardinalem, et Ordinis Minorum Protectorem, postea magnum Etruriæ Ducem, librum præmotatum:

Globus, et canon arcanorum linguæ sanctæ, ac divinæ Scripturæ. Romæ an. 1589. in 4.

LUDOVICUS FUNDONI Hispanus, scripsit

De Corpore, et Sanguine Christi. Valentiæ 1614. in 4.

De morte, et debita præparatione ad eandem. Ibidem 1621. in 8.

S. LUDOVICUS Galliarum Rex Christianissimus, et optimus, cujus vitam, et Institutum sub Tertio Ordine S. Francisci nos descripsimus tomo 1., et 2. Annalium, edidit

Pragmaticam Sanctionem. Habetur tomo 13. Bibliothecæ veterum Patrum.

Memorabile insuper cum Raymundo Tolosatum Comite fœdus. Habetur ibidem tomo 6.

Institutiones sanctissimas sub mortem Philippo primogenito relictas. Habentur apud Surium tomo 4. et in nostris Annalibus an. 1270. num. 10.

LUDOVICUS GUERILLUS a Pinerolio edidit Hebrum inscriptum:

Neomicrocosmum.

LUDOVICUS HIERONYMI de *Ore*, natus in urbe Guamangæ regni Peruani, alumnus Cenobii Limani provinciæ XII. Apostolorum, Reg. Observ. in Indiis Occidentalibus, edidit librum, quem inscripsit:

Symbolum Indianum, in quo mysteria, omnia, quæ continentur in tribus Symbolis, Apostolico, Nicæno, et Athanasii, docte interpretatur. Limæ an. 1598.

Descriptionem novi orbis, et incolarum.

Doctrinam Christianam, seu Catechesim in linguis Quichua, et Aymara. Ibidem.

Tractatum de Indulgentiis. Alexandriæ Statellorum anno 1606.

Rituale seu Manuale Peruanum, et formam brevem administrandi Sacramenta apud Indos, qua utuntur in vastissimis regnis dominii Peruani; habentur enim rudimenta, seu institutiones filei Christianæ variis linguis eo in libro explicata, in Latina, Hispanica, Quichuana, Aymarana, Puquina, Mochina, Garanina, et Brasilicana. Neapoli apud Jacobum Carlinum, et Constantium Vitalem anno 1607. in 4.

Co-

Coronam Virginis Mariæ, sub quo titulo comprehendit lingua Hispanica octoginta Meditationes præcipuorum fidei mysteriorum. Madriti an. 1619.

Relationem, sive narrationem Martyrum Franciscanorum, qui in Florida passi sunt. Limæ anno 1612.

Conciones per annum.

LUDOVICUS IMOLENSIS, provinciæ Bononiensis, edidit

Orationem de S. Stephano Protomartyre, coram Sixto IV. habitam.

Alteram de nomine JESU, coram Innocentio VIII.

LUDOVICUS a S. JOANNE EVANGELISTA, Hispanus Strict. Observ. edidit

Summam inscriptam, *Lux Sacerdotum*. Madriti 1622. in fol.

Tractatum de administrandis Sacramentis, et frequenti Communione. Ibid. 1634.

LUDOVICUS de S. LEONE, scripsit

Super primum Scoti. Habetur ms. in Bibliotheca Conventualium Assisii in fol.

LUDOVICUS e LYRANO, edidit

Feriales sermones per totum annum.

Commune Sanctorum, et alia.

LUDOVICUS de MALVEDA Hispanus, scripsit librum, cui titulus:

Lux fidei pro Principe Christiano. Brugis 1545. in 4.

LUDOVICUS de MANGANELLIS a POLLA, Italus, Reg. Observ. prov. Principatus, sac. Theologiæ Lector, et Definitor, scripsit

Discursus predicabiles, Theologicos, speculativos in modum meditationum, et soliloquiorum, per quos habetur expositio primi, et secundi Cantici Canticorum Salomonis, juxta doctrinam, et ordinem quæstionum Scoti in primo libro Sententiarum, utiles admodum contemplativis, et Prædicatoribus, qui voluerint suos sermones Scoti sententiis exornare. Madriti ex typographia Regia anno 1619. in 4.

LUDOVICUS de MIRANDA, Hispanus Vallisoletanus, provinciæ S. Jacobi, sacræ Theologiæ professor, his Salamanticensis Custos, seu Guardianus, semel provinciæ Minister, a secretis Ordinis, in Curia Romana Procurator generalis, vir plus, et variæ eruditionis, scripsit

Manuale Prælatorum Regularium, in quo religionum omnium origines, progressus, ac dilatationes recensentur, optimaque methodus exprimitur ad imbuendos Novitios, instruendosque virtutibus professos pene necessaria, quo ad dignitatum apices omnibus numeris absoluti deducantur, et præterea quæ ad Prælatos pertinent, affruntur.

Tractatus de sacris Monialibus, omnia complectens, quæ ad ipsarum regimen constituendum possunt desiderari.

Hæc duo opera variis editionibus prodierunt. Placentiæ vero Italice apud Joannem Bazachium 1616.

De Conceptione Virginis Mariæ. Salamanticæ 1626. apud Antonium Ramirez Vidnam in 4.

De ordine Judiciarii, sive *de modo procedendi in causis criminalibus, tam in foro Ecclesiastico, quam sæculari agitandis*, ad Ferdinandum Niño de Guevara S. R. E. Cardinalem Hispalensem Archiepiscopum, et supremum in Hispania Inquisitorem. Salamanticæ apud Andream Renaut anno 1601. in 4.

Commentaria in Regulam Fratrum Minorum. Ibid. in 4. 1622. apud Antonium Vasquez.

In Regulam sanctæ Claræ. Ibidem in 4.

In Regulam Tertiariorum. Ibidem apud Arthurum Taberniel anno 1609. in 8.

Instructorium, seu Doctrinam spiritualem pro educandis Noritiis. Ibid. apud Susannam Muñoz anno 1616. in 12.

Collationum spiritualium ad Fratres tomos duos, quorum revisio mihi commissa est. Ibid. in 4. anno 1617 et 1618.

Vixit anno 1620.

LUDOVICUS MONDELLUS Mediolanensis, edidit

Novum Epistolarium ad Marium Philelphianum cum erudita præfatione.

LUDOVICUS a NAZARETH Missionarius ejusdem provinciæ, edidit rhythmo patrio

Vitam S. Mariæ Ægyptiacæ. Duaci apud Vidnam Wionis anno 1640.

LUDOVICUS PARISINUS, Capuccinus, scripsit Gallice

Expositionem litteralem in Regulam Minorum. Parisiis apud Renatum Goffert anno 1622.

Methodum facilem ad adipiscendum perfectionem. Parisiis apud Bon. 1626. in 16.

LUDOVICUS PASCHALIS Gallus, Reg. Observ. edidit Gallice

Notas in rubricas generales, et particulares Breviarii Romani, et tractatum de Missa solemni. Paris. apud Franciscum Plet. anno 1638.

LUDOVICUS PRUTENUS, sive *de Prussia*, ab Hilberg, scripsit

Trilogium animæ; opus videlicet tripartitum de animæ potentiis, passionibus, et habitibus. Norimbergæ apud Antonium Rebergeram anno 1498.

LUDOVICUS de QUIROS Hispanus, provinciæ S. Jacobi, sac. Theologiæ Lector emeritus, prov. Canariensis Minister, scripsit librum

De origine, et miraculis imaginis, seu simulacri Christi Crucifixi cœnobii Lavinæ Ordinis Minorum insulæ Tanariffæ.

Vixit anno 1612.

LUDOVICUS de REBOLLEDO Hispanus, Regularis Observ. provinciæ Bæticæ Minister, facundus, facundusque declamator, scripsit elegantius, quam accuratius, lingua vernacula

Historiæ sui Ordinis partem primam. Prodiit Hispali ex cœnobio S. Francisci typis Francisci Perez anno 1598.

Partem secundam, quæ inde prodiit tipis Clementis Hidalgi anno 1603.

Constitutiones multorum Capitulorum generalium in unum corpus redactas, edidit Hispali anno 1610.

Orationes funebres quinquaginta. Hispali anno 1600. et Cæsaraugustæ an. 1608.

Vitam Christi a Landulpho Carthusiano compositam fecit Hispanicam. Ibid.

LUDOVICUS RODRIGUEZ Gallæcus, Noyensis, Regularis Observantiæ, provinciæ S. Jacobi, in Collegio Civitatensi sac. Theologiæ professor, scripsit

Commentaria in Logicam Doctoris Subtilis Scoti. Salamanticæ apud Antonium Ramirez anno 1624. in folio.

LUDOVICUS RODRIGUEZ Hispanus, apud Indos Occidentales traduxit in linguam elegantem Mexicanum

Proverbia Salomonis, aliaque multa fragmenta sacræ Scripturæ.

Libros quatuor de contemptu mundi, demptis duntaxat viginti postremis capitibus libri tertii, quæ post ejus decessum addidit Joannes Baptista. Guardianus Tetzcucanus.

Breves Catechismum ejusdem idiomatis.

Scr-

Sermonum variorum primam partem.

Varios tractatus spirituales.

LUDOVICUS SOTELUS Hispanus, Regularis Observantiæ, provinciæ Beticæ, animarum zelo accensus ad Indias Occidentales profectus, ulterius perrexit, et intimos Japoniæ sinus penetravit, ubi post innumerabiles labores, extrema vitæ pericula, et annorum duodecim in illa regione gentis conversioni operam impensam, tandem Voxii Regem Idatem Masamunem ad fidem reduxit, a quo simul cum Philippo Faxecura Regis consanguineo missus est legatus in Urbem, obedientiæ, et fidelitatis sacramentum Paulo V. præsiturus. Id egregiæ suæ Pontificis lætitia, omninoque applausu in publico Cardinalium, et Prælatorum peregit consessu, recitata per Gregorium Petrocham doctum, gravemque Minoritam solemni oratione; multisque honoribus, et gratiis a Pontifice cohonestatus, in Japoniam redit, ubi multa pro fide passus, tandem glorioso martyrio vitam coronavit. Ejus legationem scripsit integro libro Scipio Amatus Romanus Legatorum interpres; et rei solemnissimæ gestæ conspicitur monumentum in amplissima aula prætoribus sacelli Pontificii in monte Quirinali. Scripsit autem Ludovicus, dum esset in vinculis,

Graveu, Christianam, doctamque Epistolam ad Paulum prædictum Summum Pontificem de statu rerum Japonicarum, de mittendis idoneis operariis in vastissimam illam vineam, deque corrigendis quorundam excessibus, per quos retardari videbatur illius gentis conversio. Prodiit Mauriti, recisis quibusdam, quæ religiosam quandam familiam male possent habere.

Alias plerasque epistolas ad Principes, Præsules Ecclesiasticos, aliosque graves viros de eodem argumento transmissas.

Catechismum Japonicum, alioque libellos numerosissimæ genti erudiendæ opportunos.

LUDOVICUS TANA CHERIENSIS, B. Ludovici Gonzagæ affinis sui e Societate Jesu æmulator, edidit

Speculum vitæ religiosæ.

LUDOVICUS TIFERNAS, cognamento *Philosophus* edidit Italice

Hortulum Religionis. Perusii anno 1571.

LUDOVICUS TREGLIOTTA, e Castellana regni Neapolitani oppido, Ordinis Minorum Convent. scripsit Italice

De Incendio montis Vesuvii anni 1631. mirabilibusque ejus effectibus. Neapoli per Lazarum Scorrigium anno 1632. in 8.

LUDOVICUS de TRIOLA Jumensis, Strict. Observantiæ Custos provinciæ Romanæ, Confessarius, et Director spiritualis piæ, et perquam devotæ famulæ Piæ Imperiatiæ Romanæ Tertii Ordinis sancti Francisci, collegit tomis 12. qui in cœnobio sancti Francisci trans Tyberim in Urbe asservantur, multas revelationes, apparitiones, documenta, et opera spiritualia prædictæ Piæ, quæ obedientia superiorum constricta partim proprio ore retulit, partim propria manu conscripsit, inter quæ valde utiles, et pii sunt isti tractatus:

Tractatus de vocatione peccatoris.

Scala 33. graduum, per quam omnes Sancti ascenderunt in cœlum.

Considerationes 22. de ultima Cœna Domini nostri Jesu Christi.

Remedium contra tentationes.

De Judicio particulari cujuslibet animæ tempore mortis.

LUDOVICUS a TURRE *Veronensis*, in Theologia, Jure Canonico, et Sacra Scriptura doctissimus, Vicarius generalis Observantum, Commissarius Apostolicus pro Jubileo publicando per universam Italiam ab Alexandro VI. constitutus, vir prudens, et pius, scripsit

De Conceptione B. Virginis.

Apologium pro Familia Fratrum Observantum.

Apologium alterum pro Monte Pietatis.

Vixit sub annum 1500.

LUDOVICUS VERRUCCINUS, e Nursia, Capuccinus, cecinit

Eclogam Pastoralem de Natalitiis Christi Domini. Fulginei anno 1629.

Poema sacrum heroicum de S. Antonio Eremita. Ibidem anno 1627.

LUDOVICUS a VILLALPANDO Hispanus,

Linguam Indicam, ut nani esse posset iis, qui ea in vinea Domini per ingentes illos novi orbis tractus laborant, *in methodum redegit, certasque regulas præscripsit, quibus facile posset addisci.*

Floruit sub annum 1564.

LUDOVICUS VINCENTINUS, renunciatus Auximi Vicarius generalis in Comitiis generalibus anno 1461. redegit in breviorem, ac magis commodam rationem

Constitutiones suæ familiæ.

Vitam S. Bernardini scripsit ad Curdinalem Agriensem.

LUPUS, sive LOPE, PAEZ Hispanus, provinciæ Castellæ, scripsit

Commentaria in Regulam Tertii Ordinis sancti Francisci, quibus additit *Vitas Sanctorum ejusdem Instituti, et privilegia.* Madriti 1623.

LUPUS, sive LOPETUS, o Salinis, vir pius, et prudens, Custodiæ Burgensis, quæ postea erecta est in provinciam, fundator, et restitutæ disciplinæ regularis in Hispania indefessus propagator, Comitibus de Haro charissimus (*Vide tomum 6. et 7. Annal.*), egregios post se reliquit tractatus suis discipulis erudiendis, et observantiæ regulari stabiliendæ perquam opportunos, videlicet

Speculum eorum, qui Religiosis relint præesse.

Scalam perfectionis regularis usque ad perfectum amorem Dei.

Antidotum abusuum, et malorum, per quæ vita monastica relaxatur.

Collationes spirituales super Evangelium Transfigurationis.

Testamentum ejusdem, in quo multa salutaria dogmata suis discipulis præscribit. Omnia hæc opuscula habentur idiomate Hispano in vetusto magno codice Bibliothecæ Minorum Cœnobii sancti Stephani ad Uimos ab authore fundati prope urbem Burgensem.

Regulas, formulas vivendi, Constitutiones, et Catechismos pro Fratribus ejusdem Custodiæ recte gubernandis. Habentur in alio codice Bibliothecæ S. Mariæ Angelorum urbis S. Dominici Calcitensis.

Obiit circa annum 1470. Methymnæ Pomerii apud Clarissas, nobili donatus sepulchro ad latus Evangelii a Comitibus Harensibus constructo.

M

MALACHIAS HIBERNICUS, iguoti cognominis, Doctor Oxoniensis, Eduardo Secundo Angliæ Regi a sacris concionibus, vir probus, et doctus, qui multipliei eruditione, et pietate magnam sibi laudem domi,

domi, forisque comparavit (*Annal. Min. anno* 1310. *numero* 15.). Ordinis Prædicatorum eum facit Antonius Senensis; sed Franciscannm dicunt Possevinus, et Willotus, sed et hæretici nomenclatores Balæus, et Warwus, ille in opere de Scriptoribus Britannis (*cent.*14), hic de Scriptoribus Hiberniæ (*cap.* 10.). Scripsit

De veneno peccatorum mortalium, deque remediis ipsorum. Prodiit Parisiis anno 1518. ex officina Henrici Stephani, qui erat Catholicus, nam alter Henriens ejus cognominis ante aliquot annos obiit Calvinianus Genevæ Allobrogum. Hujus operis mentionem facit Joannes Garetius in libro de sacro Corpore, et Sanguine Christi.

Concionum lib. 1. Vixit an. 1310.

MANFREDUS TERDONENSIS provinciæ Januensis, ac Custodiæ Papiensis, scripsit

Librum de expositione omnium vocabulorum sacræ Scripturæ, quem *Polyglosium* inscripsit.

Floruit circa annum 1360.

MARCELLINUS de PISE Gallus, Matisconensis Cappuccinus, concionator, provinciæ Lugdunensis, vir doctus, puri, et nitidi styli, noster amicus, scripsit

Moralem Encyclopædiam, id est, *scientiarum omnium chorum, expendentem sacrosancta Evangelia de Festis Domini, de Eucharistia, de Festis omnibus B. Mariæ Virginis. Opus multiplici varietate conspicuum, utpote Theologiæ, Philosophiæ, utriusque Juris, Mathematicæ, Medicinæ, et historiæ omnigenæ floribus vernans.* Tomus primus prodiit Parisiis apud Joannem Tost anno 1637. in folio.

Tomus secundus, qui est *de Festis omnium Sanctorum*, prodiit Ibidem anno 1639. in fol.

Tomus tertius expendit moraliter Evangelia Quadragesimæ, præmisso sensu litterali, qui expenditur ad trutinam sanctorum Patrum, consultis textibus Hebræis, Chaldaïs, Syriacis, et Græcis. Adjectæ sunt antiquitates omnium nationum moraliter explicatæ; præsertim recensentur ritus Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Persarum, Medorum, Assyriorum, Indorum, Græcorum, et Persarum. Ibidem 1643. in fol.

Commentaria in Matthæum.

Vitam, et gesta Hieronymi Narniensis Vicarii generalis Cappuccinorum, et Prædicatoris sacri Palatii Apostolici. Romæ apud Manelphum anno 1647. in 4.

Paratam habet prælo *Vitam, et gesta Urbani VIII. Summi Pontificis.*

MARCELLINUS de PONTE BAVVESINO Allobrox, Cappuccinus, Concionatur eruditus, et hæreticorum acerrimus insectator, edidit Gallice, tacito nomine in frontispicio libri, apposito tamen post præfationem.

Fallacias ministrorum, et falsitatem Religionis Calvinisticæ, simul veritatem Catholicam a Domino de Pasthee nobili Delphinate cognitam. Lugduni apud Ludovicum Muguet 1629. in 8. Titulus Gallice sic se habet: *La Piperie des Ministres, etc.* Edidit etiam

Doctissimam Responsionem adversus Narrationem quandam ministri Gratianopolitani Calvinistæ circa collationem inter eos habitam 19. *Novem.* 1614. *de Sacramento Eucharistiæ, et aliis fidei controversiis.* Gratianopoli apud Guilielmum Verdier 1615. in 8. Item

Sermones octo ab eo Lugduni habitos de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. Lugduni apud Joannem Lantret in 8. 1620.

MARCELLUS de RIBADENEIRA Hispanus, prov. S. Jacobi, Pœnitentiarus Apostolicus, zelo fidei propagandæ, et infideles convertendi ad remotissima Japoniæ regna profectus, post uberem messem, deperditosque socios, quos gentiles occiderunt, in Hispaniam reversus, sanctissime conversatus, scripsit

Vitam, et gesta Martyrum Japonensium, quorum agonis spectator fuit, dum parti eeps esse non potuit, quod summopere concupivit. Barcinone 1601.

Historiam Archipelagi, et regnorum Chinæ, Tartariæ, etc. Barcinone 1643. in 4.

Coronam Excellentiarum B. Mariæ Virginis duobus tomis divisam. Neapoli 1606.

Laudes, et prærogativas S. P. N. Francisci, et duodecim ejusdem sociorum.

Privilegia, et decora cinctorii, seu chordæ S. Francisci.

Excellentias, et decora beatæ Mariæ Magdalenæ. Vixit anno 1606.

MARCHESINUS de BAJADON, scripsit

Mortem B. Odorici; vide Bolandum 1. p. Januarii pag. 262.

MARCHESINI'S PETOR, edidit

Tractatum de pœnis peccatorum. Incipit, *Pœna debita.*

Alterum item de Passione Christi, cujus initium, *Passio Domini nostri.*

MARCHESINUS e REGIO LEPIDI, quæ civitas prope habest Mutina, *Mammotreptus* communiter nuncupatus, sic ab inscriptione Dictionarii a se editi cognominatus, vir simplex, et devotus, illius pauperculæ viduæ inopem largitionem scentus, quæ de sua pauperie duo minuta in gazophylacium templi misit, ipse quoque de sua exigua facultate obtulit in templum Domini quod habebat, hoc est

Dictionarium vocabulorum Bibliorum, Latinarum vocum prolationem, accentum, et significationem; crassa, et rudi minerva explicans, quod quia rudibus Clericis, et adhuc in Latina lingua infantibus vehti mammam sugendam, et manibus puerilibus tractandam instar piæ nutricis, exhibnerat, *Mammotrepton* inscripsit, tacito ob humilitatem sui ipsius nomine, pro quo postea *Mammotrepti* nomen invalescente consuetudine sortitus est. Opus Incipit, *Impatiens propriæ imperitiæ.*

Aliud simile aditexuit in *omnes hymnos, sermones, homilias, et legendas Sanctorum, Antiphonas, et Responsoria, quæ in officio divino suo tempore recitari solebant.*

Edidit etiam opuscula *de Accentibus verborum, de Orthographia, de Interpretibus sacræ Scripturæ, de modo cum exponendi, et de dignitate ejusdem.* Omnia hæc prodierunt Venetiis opera Jacobi Pontii de Lenco anno 1596.

Habentur ejus *Sermones de Sanctis* mss. in Bibliotheca nostra Arecœli. Incipiunt a festo S. Andreæ, et terminantur in festo S. Catharinæ; et in Bibliotheca Conventualium Asisii habetur ms. ejus

Tractatus de Purgatorio, et vitiis.

Floruit circa annum 1300. in provincia Bononiæ, et Custodia Ferrariæ.

MARCUS ANTONIUS CAPELLUS, vide *Antonius Capellus.*

MARCUS ANTONIUS GALITIUS de Carpendulu, Brixiensis, Ord. Minorum Cappuccinorum Definitor Generalis, doctus S. Bonaventuræ sectator, scripsit pro sui Instituti professoribus integrum cursum artium liberalium ex ejusdem sancti Doctoris operibus depromptum.

Prima pars, quæ Dialecticam comprehendit, edita est Romæ apud hæredes Jacobi Mascardi anno 1634. in 4.

Se-

Secunda de physico auditu. Ibid. an. 1635. in 4.

Tertia de cælo, et mundo, de generatione, et corruptione. Ibid. eodem anno in 4.

Quarta de Anima. Ibid. in 4.

Novum de immaculata Virginis Conceptione encomium. Venetiis sumptibus Marci Antonii Brigioli anno 1636.

MARCUS BLANCUS Salodiensis, Francisci Lycheti alumnus, complavit

Tractatum de secundis intentionibus, ad Albertum Pium Principem Carpensem.

MARCUS DIAZ Lusitanus, prov. Romanæ Strict. Observ. edidit

Ordinem perpetuum recitandi divini officii. Romæ 1637.

MARCUS de SUMMA RIPA, id oppidum est in Subalpinis Sabandiæ Duci subditis, Professor Theologiæ in Conventu Taurino, edidit

Quadragesimale, quod prænotatum est, *Bonum Quaternarium.*

Floruit anno 1419. decessit in patria.

MARCUS VIGUERIUS Saonensis Ligur, vir undequaque eruditus, Marci item Viguerii Episcopi Nolani ejusdem Instituti, Sixti IV. præceptoris nepos, Paduæ Theologiam una cum Antonio Tubeta professus, a Sixto laurea doctorali insignitus, in Sapientiæ Romanæ Gymnasio Lector institutus, deinde creatus est Episcopus Senogalliensis in Piceno, mox Urbis Præfectus pro Joanne de Ruvere, et a Julio Secundo Bononiæ Suffraganeus, paulo post Custos Arcis S. Angeli, et Cardinalis, Legatus exercitus Pontificii adversus Alphonsum Ferrariæ Ducem, ab eodem Pontifice missus ad Concilii Lateranensis res gravissimas tractandas. Scripsit

Apologiam adversus Pisanum Conciliabulum; quamvis eam imperfectam reliquerit, inde credo, quod illud ipsum illico reprobatum est, ac dissipatum.

Decachordum, opus Theologicum, doctum, et varium, Julio II. Pontifici Maximo dicatum. Prodiit Romæ apud Hieronymum Soncinum an. 1507. in fol. et Parisiis anno 1517. apud Jodoc. Badium Ascensium in 8. Et ms. habetur in Biblioth. Vaticana.

Controversiam de Excellentia instrumentorum Passionis Dominicæ, quam Marens Siller Romæ an. 1512. et Jodocus Badius Ascensius an. 1517. Parisiis emiserunt, ita procurante Simone Begnio Episcopo Mondriensi Cardinalis contubernali.

De dignitate ferri Lanceæ Christi, et vestimentorum ejus. Ms. in Biblioth. Vaticana.

Obiit Leone X. Pontifice, an. 1516. die 18. Julii sepultus ad S. Mariæ trans Tyberim, cujus erat presbyter Cardinalis, ejusque ædificia restauravit, et auxit.

MARCUS VITUS PISA Siculus, Ciaramontanus, diœcesis Syracusanæ, scripsit

De divino, et humano intellectu juxta Peripateticorum sententiam.

Sermones super Psalmum 50. Miserere mei Deus. Prodierunt Messanæ anno 1589.

MARCUS ULYSSIPPONENSIS provinciæ Portugallicæ, cum jussu Ministri Generalis Andreæ Iusulani potiores urbes, et præcipua Cœnobia Italiæ, Hispaniæ, et Galliæ lustrasset, multa collegit monumenta, ex quibus, et Chronicis mss. Mariani Florentini scripsit idiomate Lusitano

Chronica Ordinis Minorum tribus partibus distincta, diminuta satis, sed veridica, et sincera, quæ in linguam Hispanicam Didacus Navarrus provinciæ Castellæ Minister, et Philippus a Sosa provinciæ Boticæ; in Italicam Horatius Dioia Bononiensis; in Gallicam Joannes Blancona Regul. Observ., transtulerunt. Primam Partem dedicavit author Joanni III. Lusitanorum Regi Minoribus addictissimo. Secundam Reginæ ejusdem gentis Catharinæ. Tertiam, quam reliquit Patribus Salamanticensibus excudendam, Mariæ Infantissæ Portugallicæ, anno 1568.

Factus Episcopus Portuensis, sive Portugallensis, obiit circa annum 1580.

MARCUS ULMENSIS Germanus, collegit, et emisit

Dictionarium in universam sacram Scripturam.

Incip. *Abstinentia multipliciter sumitur.*

Vivebat anno 1400.

MARIANUS FLORENTINUS Reg. Observ. provinciæ Tusciæ, totus intentus colligendis, præsertim intra fines Italiæ, monumentis sui Ordinis, historiam a Religionis exordiis ad sua usque tempora rudi quidem stylo, sed fida narratione deduxit. Operis titulus est:

Fasciculus Chronicarum Ordinis Minorum. Libris quinque opus distinxit. Autographum penes me est magnoque fuit adjumento Annalibus scribendis.

Catalogum, seu breviculam historiam plorum Laicorum, seu Conversorum ejusdem Ord.

Alterum fœminarum Ordinis S. Claræ.

Tertium virorum illustrium Tertii Ord. S. Francisci.

Alterum Montis Alvernæ.

Obiit Florentiæ in magna contagionis lue inserviens universæ urbis infirmis.

MARIANUS de ORSCOLOR ab Ingolstadio provinciæ Argentinæ Strict. Observ. concionator, edidit

Chronica Observantiæ Strictioris reparatæ, reductæ, ac reformatæ, ejusdem per Christianos Orbes non solum, sed et Americam, Peru, Chinàs, Japones, Chichemecas, Zacatheccas, Indos orientis, et occidui sotis, Turcas, et barbaras gentes diffusæ, et Evangelio fructificantis, distincta libris sex, et viginti octo figuris æneis ornata. Ingolstadii ex officina Wilhelmi Ederi anno 1625.

Thesaurus cordium suavissimi nominis JESU, quinque gazophylaciis dirisum. Monachii 1622.

MARINUS MAURUS Venetus insignis Ecclesiastes, et Theologus, Cornelio Musso, de quo supra suo loco, per omne tempus apprime charus, ejus *scripta* tum Latine, tum Italice emisit Venetiis.

Summam insuper haud spernendam secundum *D. Thomæ doctrinam* collegit.

MARIUS de BIGNONO Venetus, Capucinus, sacræ Theologiæ professor, edidit erudito sermone, et docta methodo

Sermones pro universa Quadragesima, sub titulo: *Splendores Seraphici.* Venetiis apud Juntas, et Babam an. 1619. in 4.

MARIUS a CALASIO, ita cognominatus ab oppido nativo, quod inter Saumitum Montana non longe distat ab Aquila civitate Bernardini Senensis funere notissima, humili, sed honesto genere satus, adolescens D. Francisci Instituto nomen dedit. Expletis non sine fructu tyrocinio, artium liberalium, et Theologiæ curriculis, addiscendæ linguæ Hebraicæ, ejusque percipiendis, et enodandis mysteriis totus incubuit. Tantos in hoc studii genere fecit profectus, ut eum generalem in Urbe sacri idiomatis Magistrum instituerit, Doctorisque privilegiis, et titulo, sui Sodalitii viris inassueto, et pene interdicto, decoraverit felicis me-

memoriæ Pont. Paulus V. bonarum litterarum optimus parens, cujus rei honorificum exat vestigium in Bibliotheca Vaticana, ex ea parte, quæ noviter adjecta est Sixtinæ, in qua inter cætera tanti Pontificis egregia monumenta illud pennicillo, et litteris exprimitur, quod Marium hunc ex nostra familia, aliosque tum Prædicatorii Ordinis, tum alterius generis doctos Hebræi idiomatis in Urbe creaverit, et foverit professores. Multos habuit hic, et erudivit ex diversis provinciis adventantes discipulos in ædo D. Petri in Monte arreo, quam aliquandin rexit, et postea in Araccelitana. Eo totum ejus tendere desiderium, eo propendere videbatur affectus, ut uberior, et frequentior fieret hujus linguæ notitia, quam ille pleniorem, quam familiari sermone explicare poterat, continuo quadragiuta, et plurium annorum labore adeptus est. Tempus nullum, nec quod in Fratrum triclinio necessariæ refectioni supererat, absque lectione præter-mittebat, nec absque codiculo quoquam Hebræo in populum, vel in campos exibat. Facilem habuit accessum ad Paulum V. cui in minoribus familiaris erat, et a confessionibus. Ipso sui obitus die longiorem cum eo protraxit sermonem de his operibus eundis, quæ sicuti, Authore superstite, ut in lucem prodirent, Pontifex maxime desiderabat, ita post viri obitum accurate edi præcepit. Humilem, et ad sui Institutí normam, pauperem semper vitam egit, semper etiam serina in studiis. Obiit septuagenarius, et ultra, ex rupto apostemate, psalmos cantans Hebraice, audita Salvatoris passione, explctisque, et præmissis cunctis Christiani hominis officiis, 9. Kal. Febr. 1620. Scripsit

Grammaticam linguæ Hebraicæ addiscendæ perutilem.

Canones generales linguæ sanctæ. Romæ an. 1616. apud Stephanum Paulinum.

Dictionarium Hebraicum. Ibidem anno 1617.

Concordantiarum sacrorum Bibliorum Hebraicorum tomos quatuor ingentes, in quibus Chaldaicæ etiam Concordantiæ librorum Esdræ, et Danielis suo loco inseruntur; deinde post thematum, seu radicum omnia derivata, et usus latina deducta, ac linguarum Chaldaicæ, Syriacæ, et Arabicæ, vocabulorumque Rabinicorum cum Hebraicis convenientium Latina ad verbum versio adjungitnr, ad quam vulgatæ, et septuaginta editionum differentia fideliter expenditnr, demum ad ultimi tomi calcem nomina propria sacrorum codicum novo ordine digerunture. Opus hoc insigne cum author perfectum reliquisset, nec supperet imprimendo expensæ, ego impense egi cum prædicto fel. rec. Paulo V. et cum Benigno Germensi Generali Ordinis Ministro, ne periret, sed ad publicam utilitatem, et sacræ doctrinæ subsidium ederetur. Tandem ita factum est, ut, stabilita in domo Minorum Aræcœli in Urbe completa typographia, in lucem sit emissum anno 1621. præmissis a me omnibus præliminaribus, etiam iis, quæ sub aliorum nominibus præleguntur.

MARIUS a FORO SARZINO in Flaminia Capucinus, Generalis octavus illius Congregationis. Multa scripsit

Opuscula in laudem Beatiss. Virginis.

Chronica suæ Religionis, anno 1545.

MARIUS TARVISINUS edidit

Recollecta Ordinis.

MARQVARDUS LEONIS Germanus, provinciæ Argentinæ secundum Minister, Ordinis Definitor generalis, sacræ Theologiæ Lector emeritus, edidit germanice

Discursum Theologicum de vera Ecclesia Dei. Monachii anno 1605.

Examen Tractatus Joannis Henrici Hiemers præconis Lutherani de Fraternitate B. Mariæ Virginis in Reith. Dillingæ 1619.

Resolutionem quarundam quæstionum de vera fide. Ingolstadii anno 1607.

Enumerationem methodicam selectissimorum Scriptorum, qui scripserunt pro Ecclesia Romana, Latine. Ibidem eodem anno.

Demonstrationem Catholicam, et universalem S. R. E. et ejusdem fidei perpetuæ, latine. Lechusii prope Augustam Vindelicorum anno 1622.

MARTIALIS BRIVATO Gallus Petracoricensis, Capucinus, concionator, Poeta elegantissimus, edidit Gallice

Poemata sacra, festiva, varia, sed omnia semper dulcia, arguta, elegantia. Burdigalæ typis Bergerianis tomis duobus anno 1650. in 8.

MARTIALIS CENOMANENSIS Tertii Ordinis, qui fui sæpius Definitor provinciæ S. Ivonis, edidit

Praxes Anni Sancti in vitas Sanctorum pro singulis diebus anni. Tomi duo Parisiis, et Rothomagi 1644.

Calendarium spirituale pro civitate, et suburbiis Parisiensibus, in quo notantur devotiones quotidianæ. Parisiis 1645.

Annotationes in Tractatum Raymundi Lulli de Amico, et Amato.

MARTIALIS PARISINUS Capucinus, qui diu instructor fuit Noviticrum in prov. Parisiensi, edidit

Exercitium trium charorum.

Tractatum optimum *de Oratione mentali, et de exercitio silentii.* Parisiis apud Nicolaum Fremiot 1635.

Crucem spiritualem. Ibid. 1634.

MARTINUS cognomento ABBAS, de quo in præfatione ad Summam auream Henrici Cardinal is Ostiensis Lugluni anno 1568. impressam, Franciscanum fuisse, et inter primos Jnreconsultos suspiciendum præmonetur. Talia ejus scripta fuisse ibidem dicitur, ut si quis ea rejecerit, sanctissima Jurisprudentnm responsa, sacratissimas Imperatorum constitntiones, Pontificum decreta, jus, pene dixeris, universum se rejecturum arbitretur. Nam Jnreconsultos sua illic jura loquentes, sacrosque principum affatus prævidens, integros juris civilis locos κατὰ λέξιν citatos conspiciens.

Inter alia, quæ scripsisse refertur, commendatur summopere ejus

Summa Alphabetica, ex qua Paulaliphus Pratejus Cæsarei, Pontificlique Juri Baccalaureus aliqnot Juris articulos, ac tractatus Summæ prædicti Cardinalis Ostiensis suis locis adjecit, ntpote qui ejusmodi ἐπιχρήσεις hic desiderari doctissimorum virorum judicio intellexerit.

Vixit Martinus temporibus Azonis Jurisconsulti, et Summularii celebratissimi, graves enim inter utrumque simultates intercesserunt.

MARTINUS ALVEVICUS Aughus, scripsit

Commentarios in libros quatuor Sententiarum.

Disputationum lib. unum.

Chronicon rerum Anglicarum.

Obiit anno 1336.

MARTINUS DOYZA Aragonius, Reg. Observ. provinciæ Aragoniæ, oppidi Alcanizii, celeberrimus verbi Dei concionator, edidit Latine

Sermonum pro Adventu tomum 1. Brixiæ anno 1610. in 4.

Sermonum pro Quadragesima tomos duos. Cæsaraugustæ anno 1602. in 4.

MAR-

MARTINUS a S. JOSEPHO Hispanus, Placentinus, Scrictioris Observan. primum provinciæ S. Joseph, deinde S. Pauli Definitor, scripsit

Chronicon provinciarum Sancti Joseph, et sancti Pauli tomis duobus. Arevali 1644.

Vitam B. *Petri de Alcantara.* Madriti an. 1644.

Discursum Apologeticum, quo probare conteudit eundem B. Petrum de Alcantara spectare ad suam, et sancti Pauli provinciam, non vero ad eas, quæ S. Gabrielis, aut sancti Jacobi nuncupantur. Ibidem an. 1642.

Explicationem multarum litterarum Apostolicarum pro Regularibus concessarum. Cæsaraugustæ 1638.

In præcepta Regulæ sancti Francisci Hispanice. Ibidem eodem anno, et Salamanticæ 1653.

Instructionem brevem Doctrinæ Christianæ.

Epitomen Juticiariam. Cæsaraugustæ 1638. in 8.

MARTINUS a S. JOSEPH Hispanus alter, Pralvea diœcesis Segoviensis oppido orimulus, edidit

Cæremoniale Missarum. Vallisoleti; anno 1623.

MARTINUS MEURISSE, Gallus, Royensis, doctor, et professor Parisiensis, Episcopus Medaurensis, et suffraganeus Metensis, scripsit

Rerum Metaphysicarum libros tres ad mentem Doctoris Subtilis. Parisiis apud Dionysium Moreau anno 1623.

Tractatum de Trinitate. Parisiis anno 1631.

Catalogum Episcoporum Metensium, libro magno in fol.

MARTINUS MYRICANUS Lovaniensis, Servatii Myricani etiam Minoritæ frater, Germaniæ inferioris Minister, ex Latina in linguam Belgicam vertit libellum R. P. Christophori a Capite fontium, cui titulus, *defensio religionis avitæ.* Lovanii in 8.

Obiit Mechliniæ anno 1604. die Julii 10.

MARTINUS de REHIS Comensis, scripsit

Sermones prædicabiles de festis.

MARTINUS ROSA Dalmata, Stagnensis provinciæ Ragusinæ Reg. Observ. Definitor, et sacræ Theologiæ Lector, edidit carmine heroico

Brevi compendium totius nationis linguæ Illyricæ, in quo breviter origo ipsius nationis ostenditur, extensio ejus copiosa, Reges, fidei Catholicæ totius Dalmatiæ, Bosnæ, Serviæ, atque Russiæ, quos habuit. In fine vero sub umbra Aquilæ magnarum alarum respublica Ragusina feliciter quodammodo moratur. Madriti apud Franciscum Martinez anno 1638.

MARTINUS RUEGO Hispanus, provinciæ Burgensis alumnus, Prefectus Cernobi sanctæ Mariæ Angelorum urbis sancti Dominici Calciatensis, scripsit Hispanice librum præmotatum:

Purgatorium conscientiæ, sive *Salus animæ,* impressum Burgis apud Philippum Junctam an. 1598.

MARTINUS RUIZ provinciæ Castellæ, scripsit

Directorium, et processionarium Fratrum Minorum. Salamanticæ anno 1612.

MARTINUS a TURNHOUT Brabantiæ oppido, discipulus optimi viri Fr. Theoderici a Monasterio, moribus, et pietate ostendit se sanctum habuisse instructorem. Variis officiis perfunctus laudabiliter, magno fructu Conventus Lovaniensis sacræ Theologiæ, et sacrarum litterarum præfector fuit, nunquam intermittens fructuosissimas conciones ad populum. Sanctimoniam ejus, et prudentiam sensit cœnobium Clarissarum Lovanii. Multa haud pœnitenda scripsit tribus voluminibus comprehensa.

PRIMO VOLUMINE.

In Isaiam Prophetam. Solet quandoque dici.

SECUNDO VOLUMINE.

Declarationem Itinerarii mentis in Deum a sancto Bonaventura compositi per sermones distributam.

Conciones variæ pro Dominicis, et feriis Quadragesimæ.

Sermones de decem præceptis.

Sermones de Sacramentis Ecclesiæ.

Sermones in Epistolam Pauli ad Ephesios.

TERTIO VOLUMINE.

Sermones de Tempore.

Arithmeticam divinam, sive de numeris mysticis sacræ Scripturæ.

Scripta, sive *Commentarios in quatuor libros Sententiarum,* sive *de septem Sacramentis.*

Hæc nondum excusa, sep mss. Bibliotheca custodit Lovaniensis.

Fato concessit Lovanii anno 1540. Martii die 13.

MARTINUS de VALENTIA (oppidum est in tractu Campensi non longe ad urbe Legionensi in Hispania) prov. sancti Gabrielis, dux, et Magister duodecim illustrium Franciscanorum, qui primi ad Mexicanas oras penetrarunt anno 1524. Primus fuit Custos provinciæ sancti Evangelii, ac mirificus fuit operator in vastissimis novæ Hispaniæ regionibus, qui multas Indorum myriadas per se, et per suos comites ad Christi fidem convertit. Scripsit

Epistolas multas, quibus suos, suorumque labores referebat, et Indorum narrabat conversiones, tum Adriano Sexto Pontifici, tum Carolo V. Imperatori, tum sui Ordinis Generali Ministro, aliisque præcipuis viris, ex quorum adjutorio, et directione hujus unmerosissimæ conversionis negotium dependebat. Unam habet lectu dignissimam Franciscus Gonzaga, qui plissimi hominis vitam exscripsit.

Obiit in loco de Ayotzmoo an. 1534. sepultus est in Conventu Thlumanalci, ubi miraculis inclarnit.

MARTINUS VALESIUS Hibernus, Waterfordiensis, provin. Cantabriæ, Regular. Observ. in litteris humanioribus eruditus, Philosophiæ Lector in cœnobio Montis Calvarii in urbe Neapolitana, deinde Lector Theologiæ in hoc Collegio Romano S. Isidori, et postea Guardianus, dum esset adolescentiori ætate Muntuæ Carpentanæ, cum eo appulit Carolus Wallia Princeps postea Angliæ Rex, modnatus est

Paraenesim Poeticam in ejus adventum. Madriti in typographia Regia anno 1624. Meditabatur *Opus Quodlibeticum,* quod inscribere cogitabat:

De singulari Harmonia principiorum Subtilissimi Doctoris Scoti; sed absolvere non potuit, in florenti raptus ætate anno 1634. die 19. Aug. conditus in hac nostra Ecclesia sepulchro concamerato in sacello S. Francisci.

MARTINUS, sive MARCUS, de la CAMERA Hispanus, provinc. S. Evangelii scripsit

Quæstionarium Conciliationum locorum sacræ Scripturæ. Compluti anno 1587.

MASSÆUS BRUNA de FRIOZANO Reg. Observ. scripsit ad Fr. Leonardum de Albertis Minoritam

Epistolam doctam, et diffusam de statu Ecclesiæ, et calamitate sui temporis.

MASSÆUS, ignoti cognominis, edidit

Manuale rerum omnium essentialium, ad quas Fratres Minores tenentur ex vi suæ Regulæ. Conyumbræ anno 1571. in 16.

MATTHÆUS de AQUASPARTA doctor insignis, primo Lector sacri Palatii, deinde totius Ordinis Generalis

noralis Minister. et postea S. R. E. Cardinalis tituli S. Laurentii in Damaso, mox Episcopus Portuensis, ac Legatus Apostolicus in Romandiolam, et Rector Lombardiæ, postquam multa loca a Regulis, et tyrannis occupata restituisset Ecclesiæ, multaque summa cum laude præstitisset, in Urbem rediit musquam vacans a studiis. Scripsit

Commentaria in Job.

Pontifilax in Paulinos.

Expositiones in Epistolas D. Pauli.

In quatuor libros Sententiarum. Habentur mss. Assisii.

Quæstiones Quodlibeticas. Incipiunt, *Quæritur, utrum ad cognitionem rei.* ms. ibidem.

Pentiloquium de potentia Papæ.

Incentarium Sententiarum, librum unum.

Indices per seriem litterarum in eosdem libros Sententiarum.

Sermones in Epistolam ad Romanos.

Obiit sub Bonifacio VIII. an. 1302. sepultus in Ecclesia S. Mariæ de Araceli ad lævam ingredientis sacrarium, erecto nobili sepulchro marmoreo. Sæpe de illo occurit sermo in tomo 2. et 3. nostrorum Annalium.

Dantes Aligerius celeberrimus Poeta Etruscus illius meminit in fine Cantici duodecimi de Paradiso; sed ejus scholiastes, sive commentator Christophorus Landinus eo loco confundit *Aquasparteanum* cum *Ubertino de Casali*, et quæ ille fecit, aut scripsit, tribuit Ubertino, quem dicit fuisse Ministrum Generalem Ordinis, quo functus est officio Aquasspartanus.

MATTHÆUS BOTIXA, Hispanus provinciæ Carthaginensis, vir egregie versatus in antiquis nummismatibus, inscriptionibus, et arcanis scribendi notis, Hispaniensium reddidit

Specilum disciplinæ S. Bonaventuræ. Murciæ 1625.

MATTHÆUS de BURGOS Hispanus, provinciæ S. Pauli, edidit

Discursus Ecangelicos. Madriti apud Varez de Castro 1599.

MATTHÆUS CORRADONUS e Cliento regni Neapolitani in Salernitanis nobili tractu, Regularis Observantiæ, provinciæ Principatus, scripsit

Tractatum de Confessione, cui titulus, *Speculum Confessorum, et lumen conscientiæ.* Venetiis anno 1525. secundo ibidem per Melchiorem Sessam an. 1538. et tertio ibidem apud Alexandrum de Ricinis an. 1561. in 8.

MATTHÆUS DORDRACENUS Batavus, scripsit vernacule sermone

Fasciculum myrrhæ, postea Latine redditum.

Vixit anno 1540.

MATTHÆUS FACIUS Siculus, Messanensis, scripsit

Historiam urbis Messanæ, quam Rocchus Pyrrhus sæpe citat in notitia Ecclesiæ Messanensis.

MATTHÆUS FERCHIUS Veglensis Minorum Conventualium S. Theologiæ Magister, vir quidem solide, et plane eruditus, stylo gravis, et elegans, moribus religiosus, conversatione amabilis, præcipuis suæ Religionis, Socii Ordinis, provinciæ S. Bonaventuræ Ministri functus numeribus, olim Regens in Ariminensi, et Veneto sui Ordinis gymnasiis, nunc demum a multis annis publicus Metaphysicæ et sacræ Theologiæ Professor in Patavina Universitate, multa scripsit, præsertim

Apologiæ pro Joanne Duns Scoto Doctore Subtili libros tres, primum in Joannem Fridericum Matenesium, secundum in Abrahamum Bzovium Polonum, tertium in Paulum Jovium Novocomensem. Bononiæ apud Sebastianum Bononium anno 1620. in 8.

Vitam ejusdem Scoti. Bononiæ apud Nicolaum Tebaldinum anno 1623.

Orationem in laudem ejusdem habitam in Universitate Patavina die 3. Novembris anno 1634. Patavii apud Julium Orinellarinum.

Fluminis Istri ortum.

De fabulis Palæstini stagni.

Discussiones Scoticas de commentariis Methaphysicis, et Reportatis Parisiensibus adscriptis eidem Scoto. Patavii apud Joannem Baptistam Pasquati an. 1638.

Epitomen in quatuor libros Sententiarum Scoti.

Vestigationes Peripateticas. Ibidem apud Paulum Frambottum anno 1639.

Vestigationum defensiones.

De personis prodiventibus Spiritum sanctum.

Vivit adhuc plenus dierum, et virtutum.

MATTHÆUS le HEURT, scripsit

Directorium Fratrum Minorum. Parisiis an. 1618.

MATTHÆUS HYS Germanus, scripsit

Sermones Dominicales, quos tacito suo nomine satis audenter, sive ridicule, emisit sub illo titulo, *Dormi secure, sive dormi sine cura.* Prodiit meum exemplar Norimbergæ apud Antonium Kobergers anno 1486.

Sermones de Sanctis citantur in sermone de S. Augustino ab Athanasio de S. Agnete in sua Chronologia Augustiniana cap. 21.

MATTHÆUS MARTINUS, Belga, Theologus, et provinciæ Coloniensis Definitor, edidit Gallice Tractatum inscriptum:

Les Appennage du chevalier Chrestienc, quo virum nobilem efformat. Montibus anno 1528. in 8.

MATTHÆUS MOMBRION Recollectus, provinciæ S. Bernardini, Gallice edidit

Quindecim mysteria eminentia S. Joseph B. Virginis sponsi. Parisiis anno 1645.

MATTHÆUS a NATIVITATE Hispanus, Amphitrianus, provinciæ sancti Pauli, S. Theologiæ Professor, habet prælo parata

De Virtutibus, et excellentiis beatæ Mariæ Virginis libros viginti sex aliquot tomis distinctos.

Edidit tractatum inscriptum:

Cathedra Crucis de septem verbis Domini in eadem prolatis. Pinciæ anno 1639.

Minerram Eucharisticam, sive *lignum citæ.* Madriti anno 1644.

Multos habet libros, variosque tractatus *parænecticos, ascetices, morales, historicos, et poeticos* edendos.

Chronicon collegit *prædictæ suæ provinciæ, Conventus, et cuncta notabilia comprehendens.*

MATTHÆUS a SOSA Lusitanus, Ulyssipponensis, Lector emeritus, provinciæ S. Jacobi Minister, edidit

Tomos duos, quibus commentaria Scoti in librum primum Sententiarum dearticularit, et notis illustrarit. Salamanticæ 1629.

MATTHÆUS SILVAGIUS Siculus Catanensis, scripsit

Librum de tribus peregrinis. Citatur a Rocchio Pyrrho in notitia Ecclesiæ Catanensis.

Librum de victoria Verbi Dei contra Hebræos. Citatur a Joanne Carthaginen. lib. 6. homiliarum hom. 7. et a Pyrrho in Auctuario prædictæ Ecclesiæ Catanensis.

De nuptiis animæ cum Christo ejus sponso.

De

De gratia, et remediis peccatorum.

Commentaria in libros Naturalium Aristotelis.

Floruit anno 1490.

MATTHIAS BALBANUS Capuccinus scripsit Italice opuscula

De flagellatione Domini, quod in Gallicum vertit Antonius Gazaeus Doctor medicus in urbe Auriaca.

MATTHIAS BELINTANUS a Salodio agri Brixiensis oppido frequenti, et amplo natus, Capuccinus, vir religiosissimus, et insignis concionator, multa scripsit, quorum aliqua ipso superstite prodierunt, alia jam defuncto. Ea sunt

Praxis orationis mentalis in quatuor partes divisa, Italice idiomate conscripta. Venetiis 1608.

Introductiones spirituales in sermones S. Bonaventuræ, et Evangelia Dominicæ in Albis usque ad Adventum Domini exclusive. Ibid. 1588.

Sermones octo de doloribus Christi, quatuor aliis concionibus adjectis. Bergomi an. 1596.

Brevis Tractatus de oratione quadraginta horarum, et piæ quædam exercitationes de Passione Christi.

Oratio funebris in obitu Alexandri Luzagli nobilis Brixiani.

Posthuma vero sunt:

Theatrum Paradisi, sive piæ meditationes de gloria cælesti.

Meditationes, seu Coronæ de vita Christi.

Confortatorium eorum, qui morte plectendi sunt.

Preparationes ad Missam, et meditationes Passionis Christi.

Conciones Quadragesimales quadruplices juxta ritum Ambrosianum.

Exaggerationes morales pro concionatoribus.

Alia dicuntur adhuc superesse aliquando lucem aspectura (*Vide to.* 2. *Annal. Capuc. anno* 1611. *n.* 7.). Vide quæ de illius assertione circa patriam Hadriani VI. scribit Spondanus tomo 3. suorum Annalium ad annum 1522. n. 2.

Obiit Brixiæ sepultus apud suos consodales, hoc adjecto epitaphio:

ADMODVM REVERENDO PATRI
MATTHIAE BELINTANO A SALODIO CAPVCCINO
THEOLOGO ET CONCIONATORI EXIMIO
QVI SVMMAS IN RELIGIONE ADMINISTRATIONES
ASSECVTVS CVM ILLVSTRIORIBVS EVROPÆ CIVITATIBVS
QVINQVAGINTA ANNORVM SPATIO
MAXIMO CVM ANIMARVM LVCRO
VERBVM DEI DISSEMINASSET CONFECTVS SENIO
ET PLENVS VIRTVTIBVS OBIIT DIE XX. IVLII
ANNO M. DC. XI. AETATIS VERO LXXVII.
RELIGIONIS LVIII.

MATTHIAS, aliis *Matthæus,* Possevino aliquando *Marcus,* aliquando *Matthæus,* DORINGUS, aliis *Thoringus,* Germanus, provinciæ Saxoniæ Minister, in schismate illo sub Eugenio IV., et Felice V. Bernæ apud Helvetios anno 1443. electus contra fas Generalis Minister, in eo munere annis sex perseveravit; scripsit

Defensorium Nicolai Lyrani contra Paulum Burgensem, quod eum ejusdem Lyrani interpretatione in sacram Scripturam, et Burgensis Postilla habetur in glossa ordinaria.

Claruit sub annum 1450.

MATTHIAS FELISIUS, aliis *Felsius,* a Bruwershaven, Zelandus in Insula Scaldiæ nobili gente Catziorum editus, cum se dicasset Ordini Minorum ignaris parentibus, jam vestiendus, adveniens mater vehementer renitebatur ejus proposito, et nisi desisteret, reprobaturam a filiis; at ille hæc vincula facile rumpens deserta matre ad se discessit, sacra Religionis veste donandus, nam sciebat pietatis esse genus, in hac re esse crudelem. Anno probationis expleto, mater ad professionem revertens, filium cupit alloqui, et salutare; Matthias per janitorem constanter renunciat, cum illa nuper se illum reprobasset, matrem se non habere; quod illa audiens velut jaculo icta, et quod negaretur alloqui filium, pene est exanimata. Ceterum importuna tandem inspetravit, quod petiit; rediit mater, et filius, isto pietatis ariete repercusso, in unituam gratiam. Sed ille triumphavit folicius, quando professione nomen suum sacræ Religioni adstrinxit. Hinc spectata pietas, et probitas *optimi viri* nomen conciliavit, ut etiam eruditio. Lector fuit sacræ Theologiæ Lovanii, atque deinceps iudidem Guardianus, mox Mechliniæ, demum provinciæ Germaniæ inferioris Minister. Prostant ejus opera.

Institutionis Christianæ Catholica, et erudita elucidatio secundum methodum a Magistro Sententiarum observatam. Antuerpiæ 1575. typis Plantin. aucta Parisiis an. 1604. in 8.

Præceptorum Decalogi Catholica elucidatio, optima methodo locorum communium distributa. Antuerpiæ 1572. 1575. et 1576. apud Plantinum. Parisiis apud Michaelem Julianum anno 1575. in 8. et apud Hadrianum Beys anno 1604 in 8.

Obiit Lovanii, dum esset Minister, anno 1576. tertio nonas Martii.

MATTHIAS a S. FRANCISCO, edidit

Itinerarium ad Marochium, et mortem Fratris Joannis de Prado ibidem propter Christum occisi. Madriti 1643. in. 4.

MATTHIAS HAUZEUR Herviensis, e Ducatu Limburgensi insignis concionator Conventus Leodiensis sacræ Theologiæ Lector emeritus, Definitor, ac bis Minister provincialis per Flandriam, primus post occupatum a rebellibus Mosæ Trajectum hæreticorum furori se opposuit; edidit Gallice et Latine

Acta publicæ disputationis Limburgensis contra Hottonium Archi-Ministrum Lymburgensem. Leodii 1634. apud Heredes Sauveur.

Reprobationem peremptoriam patrocinii, ac supplementi Archi-Ministri Trajectensis pro suo Hottonio. Ibid.

Prævjudicia Beati Augustini pro rem Christi Ecclesia contra eosdem. Ibid.

Exorcismum Catholicum maligni spiritus hæretici adversus Hottonii replicam. 1634.

Æquidem Ecclesiasticum contra Samuelem Maretium Archiministrum Trajectensem 1635. et alia multa minora uno tomo recusa Ibid. 1636.

Duplicem tomum Anatomiæ Augustinianæ, seu Commentarium in omnia et singula B. Augustini opera ordine retractationum. an. 1644.

Tandem prodiit tertius tomus Theologiæ scholast. sub hoc titulo, *Studium Theologicum doctrinæ Catholicæ Augustinianæ, et Franciscanæ inter primarios Doctores hujus Ordinis, Alensem, sanctum Bonaventuram, et Scotum conciliatæ.* Adjecit postremo opusculum, quod vocavit

Absolutionem hujus operis a censuris quorumdam in illud prolatis.

MATTHIAS MEDIOLANENSIS, Congregationis B. Amadei, edidit

Interrogatorium confessionale satis copiosum. Prodiit Mediolani anno 1507. et 1516.

MAT

MATTHIAS SALODIENSIS, vide *Matthias Belintanus*.

MATTHIAS SARBURG Germanus provinciæ Coloniensis, scripsit metro Latino

Defensionem, et triumphum arcis, oppidique Lechuiensis. Coloniæ typis Gisberti Clementis an. 1643.

Thesaurum Confraternitatis chordæ per PP. Aquenses. Ibid. apud Petrum Brachell an. 1630.

MATTHIAS de VESTIS, compilavit

Opusculum de accentibus.

MATURINUS GILBERTI Gallus, ad Indias Occidentales profectus, scripsit lingua Terascana, qua utuntur Mechoachani,

Doctrinæ Christianæ magnum volumen, in quo perfecte, et complete quidquid ad vitam, et conversationem Christianam spectare potest, declarat.

MATURINUS le BRET, Lector Conventus Andegavensis, edidit

Commentarium in libros Sententiarum Scoti.

Compendium Scoti, quod *parvus Scotus* appellatur.

MATURINUS QUADRATUS Ebroicus, cui ad reliqua virtutis ornamenta doctoratus laurea Parisiis accessit, in explicandis quibusdam prophetiis ingenii sui vela evolvit. Edidit enim

In Joelem Prophetam homilias. Paris. apud Michaelem Sonninm 1583.

In Amos Prophetam Commentarios. Ibidem apud Nivellium an. 1575.

In Malachiam Prophetam pro omnibus sacri Adventus Dominicis conciones adhibuit. Ibidem apud eundem.

MAURITIUS CENTINUS Asculanus, edidit

Sacrorum Epigrammatum librum 1.

De laudibus Potesti Montis Asculani, et de immortalitate librum 1.

MAURITIUS, ejus cognomen, et patria non adscribuntur, scripsit

Nonaginta distinctiones per alphabeti seriem concionatoribus utiles. Extant mss. sat vetustis characteribus in Bibliotheca Coenobii S. Dominici Neapoli. Vixisse fertur anno 1290.

MAURITIUS della MORRA, Capucinus, provinciæ Sabaudiæ, edidit Italice

Doctrinam Christianam de mysteriis fidei. Taurini an. 1601. apud Joannem Dominicum.

MAURITIUS HYLARETUS Gallus, Engolismensis, Theologus Parisiensis, Aurelianensis urbis Ecclesiastes ordinarius, cui cives ob zelum, et labores ingentes in propugnanda fide Catholica adversus Calvinianos hæreticos æneum statuam inscriptione conjuncta posuerunt; nam et apud eos obiit. Scripsit

Concionum Quadragesimalium tomos duos. Lugduni apud Hæredes Gulielmi Rovilii anno 1590. in 8.

Concionum per Adventum Ennuales sacras quatuor, homilias triginta sex complectentes, e quibus viginti septem priores Joelem Prophetam explicant, novem vero posteriores Evangelia Adventus, et festorum per id tempus occurrentium expliceant.

Hæc autem omnia Parisiis anno 1587. et 1589. apud Sebastinnum, et Robertum Nivellios, anno 1591. Lugduni apud Gulielmum Rovillium fuerunt excusa, cum viri probi Advocati studio Gallice collecta fuissent; sed et Parisiis an. 1604. apud Claudium Chappelet prodierunt. Franciscus autem Fevardentius Mauritium ipsum carmine deflevit, Theologus insignis Ecclesiastes eximius.

Vivebat anno 1603.

MAURITIUS de PORTU FILDÆUS, Hibernis *Ophkilla*, Hibernus, vir doctissimus, in Peripateticis, et Theologicis apprime versatus, a multis, *Flos mundi* propter vitæ candorem, et scientiæ eminentiam nuncupatus. Cum a juventute annos quadraginta in Italia inter Patres Conventuales versaretur, et diu in Universitate Patavina publice Theologiam profiteretur, a Julio II. Archiepiscopus Tuamensis in Hibernia renunciatus est. Totus in explicanda sui conterranei Scoti doctrina occupatus, multa in hunc præcipue finem opera composuit. Quæ occurrunt, hæc sunt:

Theoremata de mente Scoti. Prodierunt Venetiis apud Lazarum Soardum anno 1514. in 8.

Quæstiones ejusdem in Porphyrium, universamque Logicam notis illustravit. Ibidem apud Simonem de Luere anno 1500. in fol.

Libros 4. Sententiarum scripti Oxoniensis castigavit. Lugduni Jacobus Mit emisit anno 1520.

Reportata ab eodem recognita, edidit Paris. Joannes Græcinus anno 1518.

Epitomata in formalitates Scoti. Ibid. in 8.

Universam Scoti doctrinam Notis, et Postillis elucidavit.

Eiusdem Subtilis Doctoris vitam composuit.

Dictionarium sacræ Scripturæ, quod primo editum est Venetiis jubente Matthæo Zane Patriarcha Veneto an. 1603. apud Joan. Antoninm, et Jacobum Franciscum, quamvis non extet, nisi usque ad literam *E* inclusive.

Librum distinctionum, qui Ravennæ, et Assisii in Bibliotheca Patrum Conventualium asservatur. Fortassis hic liber est, qui Mauritio ignoti cognominis jam communerato tribuitur, et utrique Mauritius in unum coineidnat, etsi ille ante bina sæcula præcessisse reputetur.

Compendium veritatum quatnor lib. carmine Leonino distinctum.

Annotationes, seu castigationes in Metaphysicam.

Enchiridion fidei. Venetiis apud Octavianum Scotum 1591. in 4.

Hujus clarissimi viri honorifice meminit Joannes Camers in Commentariis ad caput 35. Solini: *Annis,* inquit, *ab his proximis excellnit ex Hibernia orundus Mauritius a Portu D. Francisci Ord. professus, in Dialecticis, utraque Philosophia, Metaphysicis, et sacra Theologia plurimum eruditus, vix insuper dici potest, qua humanitate, quare morum sanctimonia præditus fuerit. In cum annis plurimis in Patavino Gymnasio bonos actus docuisset cum summa omnium gratia, ob ejus singularem eruditionem, ac candidissimos mores a Julio II. Pontifice Max. in Tuamensem Archiepiscopum creatus est: quo cum, relicta Italia, bellis in ea sævientibus, proficiscceretur, non multum post magna studiosorum jactura, cum nondum 50. suæ ætatis attigisset annum, mortem obiit. Erant plurima suæ doctrinæ in manibus monumenta; sed ea ob immaturam ejus mortem edere non licuit. Quantum fuerit inter eum, dum viveret, et me necessitudinis vinculum, testantur sexcentæ Epistolæ, quas plenas charitatis iudiciis, variis temporibus ad me dedit. Eis (quanta veræ amicitiæ vis!) post amici obitum relegens, solco assidue recreari.*

Interfuit Concilio Lateranensi sub Julio II. anno

no 1512. subscripsitque Actis in primis duabus sessionibus. Anno sequenti in patriam reversus omnium gentilium applausu exceptus est; sed cum multi undique concurrerent, ut primam ejus Missam audirent, allecti fama facultatis, quam habebat a Pontifice largissimas concedendi indulgentias eis, qui interessent, obiit Gnliciæ 8. kal. Junii an. 1513. sive 1514. sepultusque est ibidem in templo Minorum.

MAURUS de VALENTIA Capuccinus, provinciæ Coloniensis, Hispanus, edidit

Sermones Quadragesimales. Ibidem 1637.

MAXIMILIANUS BENIAMINUS hæreticæ pravitatis Inquisitor in Tuscia, a Sixto V. Episcopus Clodiensis, seu *Fesnæ Clodiæ* renunciatus, scripsit

Quosdam orationes stylo non minus eleganti, quam erudito.

MAXIMILIANUS LENGLEZ, Guardinnus Sambrensis, et Barbansonius, edidit

Scholam B. Mariæ Virginis. Montibus 1636.

MAXIMILIANUS VOLATERRANUS, edidit

Lecturam doctam in *Scriptum Oxoniense Joannis Duns Scoti.*

Floruit anno 1405.

MELCHIOR ANTUERPIENSIS Regul. Observ. provin. Romanæ almnnus, postquam per aliquot annos Jerosolymis habitasset, odidit

Officia Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, et Confessorum, qui in Terræ sanctæ locis coluntur. Venet. apud. Misscrinum an. 1623. in 16.

MELCHIOR de CETINA Hispanus, Reg. Observ. prov. Castellæ, Guardianus Occanensis, scripsit

Discursus, seu varios tractatus super vitam et miracula sancti Didaci. Madriti per Ludovicum Sanchez anno 1609.

MELCHIOR FLAVIUS Guardianus, seu Præfectus Cœnobii magni Tolosani, Pii V. Pœnitentiarius, et Henrici II. Galliæ Regis concionator, scripsit

De Regno Christi, de quo ipse Dominus locutus est per dies quadraginta; quem laborem omnium Christi mysteriorum compendium, et Concionatoribus perquam utilem dicavit Carolo Nono Galliæ Regi. Prodiit Lovanii an. 1568. et Parisiis an. 1579. apud Gulielmum Nuan.

Resolutiones item *in quatuor libros Sententiarum Scoti.* Parisiis nuno 1569.

Orationem de vera Religione, Gallice, ac Latine ad Regem Galliæ.

De statu animarum post mortem, Gallice prodiit Parisiis nnno 1570.

MELCHIOR FRIZOLIUS Parmensis, scripsit

Commentarios in Psalmos Davidicos.

De Anima libros tres, ad Ludovicum Muriam Dncem Mediolanensem.

Tractatum de Anima per modum dialogi lingua Etrusca.

Obiit an. 1520. in æde Parmensi D. Francisci, ubi hoc ejus legitur epitaphium.

Signifcri formam, genti Frizola, Melchio nomen
Extitit ampixo, patria Parma mihi.
Doctrina, et senio rutilans tria scripta peregi.
Psalmorum, ac Animæ, Spirituumque simul.

MELCHIOR do JEBRA Hispanus, scripsit

Tractatum de adjurandis moribundis. Madriti anno 1592. in fol

MELCHIOR HUELAMUS Hispanus, oppidi Tarraconensis, diœcesis Conchensis, provinciæ Carthaginensis, scripsit Hispanice

Discursus prædicabiles super Antiphonam majorum: Salve Regina.

Alios *super mortum Missæ mysterium*, impressos in urbe Conchensi anno 1601. et 1605.

Vitam, et miracula S. Giacsii de la Xara, et res notabiles monasterii Ordinis Minorum Reg. Observ. in regno Murciano, et provincia Carthaginensi, ejus nomini dicati. Murciæ per Augustinum Martinez 1607. in 4.

Historiolam omnium Fratrum, et Sororum, qui in provincia Carthaginensi ab anno 1500. *usque ad* 1617. *sanctitate, oc pietate floruerunt.* Conchæ apud Dominicum de Ecclesia anno 1617.

MELCHIOR de S. MARIA Hispanus, Strictioris Observ. prov. S. Joseph, scripsit

Sermones Quadragesimales. Conchæ 1635.

MICHAEL ANGELUS DE ALMENARA Hispanus, provinciæ Valentiæ, scripsit

Sermones Dominicales post Pentecosten tomis duobus. Valentiæ anno 1618. in 4.

Sermones de Adventu. Ibidem.

Sermones pro Dominicis post Epiphaniam, et post Pascha. Ibidem anno 1618.

MICHAEL ANGELUS de BERGON Lugdunensis, causarum forensium quondam Patronus egregius, cum tunc ex Italicis versibus Capuccinis Gnelphugii vitam, et regularem Capuccinorum disciplinam in carmina Gallica convertisset, et prælo submisisset, tanto fuit erga hoc Institutum amore accensus, ut illud post alterum annum professus, optimus evaserit ejusdem insectator; demum Prædicator effectus, plissima opuscula R. P. Alexii Segaæ Saloduensis ejusdem Societatis ex Italico Gallica reddidit, nempe

Praxim singularem, et utilissimam virtutis, quæ faciliter hominem ad veram perfectionem ducit. Lugdnni apud Ludovicum Mngnet 1615. in 12.

Artem mirabilem amandi, et colendi beatam Virginem Mariam. Ibidem in 12.

Iter securum Paradisi. Ibid. fuit recusum Parisiis. 1620.

Triumphum animorum in Purgatorio existentium. Ibid.

Transtulit præterea Gallice *Horologium spirituale*, seu *conciones de omnibus festis B. V. Mariæ sacris*, Italice compositas a Francisco de Coriolano Capuccino. Ibidem.

MICHAEL ANGELUS GUERETENSIS Capuccinus, provinciæ Parisiensis edidit librum prænominntum,

Gressus tres animæ Christianæ; primus gressus illum super mundum, et suas vanitates extollit; secnndus super corpus suum, et ipsius ad patiendum contradictiones eum elevat; tertius ipsum ad coeli gloriam introducit, postquam Sathanam pedibus conculcavit, illiusque insidias detexit, et fregit in approximatione mortis. Parisiis apud Nicolaum Gobert nnno 1644. in 4.

MICHAEL ANGELUS a S. ROMULO provinciæ Genuæ, scripsit

Indicem, seu *Dictionarium vocum Latinarum, quibus exponuntur Hebraicæ, Caldaicæ, Syriacæ, et Arabicæ, in Concordantiis Hebraicis Marii de Calasio.* Romæ 1622. Præfuitque magno labore, et vigilantia per biennium impressioni prædictarum concordantiarum quatnor magnis voluminibus distinctarum. Vide verbo *Marius a Calasio.*

MICHAEL ANGELUS SCOTUS a Varena, Strict. Ob-

Observ. prov. Mediolanensis s. Theologiæ Lector, composuit librum, quem inscripsit:

Regula, et vita populi Christiani, 12. capita complectens.

MICHAEL ANGELUS TAPIN Cabillonensis, Concionator, et Definitor provinciæ Lugdunensis Capucinorum bene meritus, composuit

Rituale sacrarum caremoniarum ejusdem provinciæ, et documenta plurima ad politiam morum spectantia. Edidit Lugduni apud Ludovicum, et Petrum Muguet, tacito utique proprio nomine, et cognomine.

Librum officiorum a sodalitate Pœnitentium sanctissimi Sacramenti solemniter decantandorum; quibus accesserunt diurna pietatis officia.

Statuta, et Regulas pro iisdem, 1646. Adjecit

Exercitium devotionis pro directione animarum.

Modum bene confitendi peccata sua, et devote, ac utiliter Communionem sacram sumendi.

Meditatur nonnulla alia prælo committenda.

MICHAEL ANGELUS Venetus, Capucinus, edidit Italice

Fasciculum myrrhæ quadraginta meditationum de Passione Domini. Venetiis apud Marcum Guariscum anno 1608.

Fasciculum alterum variorum exercitiorum spiritualium. Ibidem anno 1610.

MICHAEL AROLANUS Hispanus, edidit

De Conceptione B. Mariæ. Hispali anno 1617.

MICHAEL ASCENSIUS, provinciæ Aragoniæ, edidit, et auxit librum Fratris Francisci de Robles sui consodalis, cui titulus:

Copia, sive ratio Accentuum omnium fere dictionum difficilium tam linguæ Latinæ, quam Hebraicæ, nonnullarumque Græcarum, sed præcipue earum, quæ in Bibliis, Breviario, et Martyrologio Romano reperiuntur. Cæsaraugustæ 1621. in 4.

MICHAEL CESENAS, Minister Generalis totius Ordinis, de cujus varia fortuna, gratia, et odio apud Joannem XXII. egimus tomo tertio Annalium, post multas controversias, protractamque per aliquot annos irreverentem eum eodem Pontifice contentionem, tandem pœnituit. Scripsit

Commentarios in Ezechielem Prophetam.

In quatuor libros Sententiarum.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Ejus litteræ, et protestationes contra prædictum Pontificem, quæ potius latere deberent, prodierunt Lugduni per Joannem Treschet an. 1495.

Obiit Monachii in Bavaria an. 1343. in Vigilia S. Andreæ Apostoli.

MICHAEL CALVUS tertii Ordinis sacræ Theologiæ Magister, Siculus, scripsit

Sermones varios. Panormi apud Nicolaum Bua 1645. in 8.

MICHAEL de CARCANO, sive ab Arcanano, Mediolanensis, egregius Prædicator, scripsit

Sermones undecim more scholastico in Decalogum ex 20. capite Exodi.

Sermones de Sanctis.

Sermones de Tempore.

Sermones de Pœnitentia ad dies Quadragesimæ.

De peccatis generatim.

De tribus præcipuis peccatis, superbia, avaritia, luxuria.

De quatuor reliquis peccatis capitalibus, et earum filiabus.

De fide Christiana lib. 1. Prodierunt Basileæ anno 1479.

Florait sub illum annum.

MICHAEL CLERUS Hibernus, Ultoniensis, Collegii Lovaniensis Minorum Hibernorum Laicus professus, eo vitæ genere propter humilitatem assumpto, etsi ad Sacerdotium plene fuerit idoneus. In sæculo Antiquarium agebat doctissimum inter primos hujus facultatis reputatus. A Superioribus datus coadjutor Hugoni Wardæo, de quo suo loco, qui vitas scribebat Sanctorum Hiberniæ, missus est in patriam ad colligenda vetusta hujus argumenti monumenta. Illa porro ut plurimum Hiberno, eoque vetusto charactere scripta sunt, quem dum ille egregie calleret, in demandata provincia indefesso studio laboravit annis circiter quindecim, et ex diversis patrii idiomatis perrectantis codicibus excerpsit multas Sanctorum vitas, genealogias, tria, vel quatuor diversa, et vetusta Martyrologia, et plura alia venerandæ antiquitatis monumenta, quæ Lovanium transmisit; deinnu ex Superiorum etiam mandato adjecit animum ad alias patriæ tum sacras, tum profanas historias ot antiquitates exquirendas, et meliori methodo, ordineque digerendas, ex quibus cum adjutorio trium aliorum peritorum antiquariorum compilavit, vel veterum codicum collatione repurgavit, digessit, et auxit, tres recondilæ antiquitatis tractatus:

Primum de Regibus Hiberniæ, singulorum genus mortis, annos regni, ordinem successionis, genealogiam, et annum mundi, vel Christi, quo singuli decesserunt, succincte continentem:

Secundum de genealogia Sanctorum Hiberniæ, quam in triginta septem classes distribuit, singulos Sanctos longa atavorum serie ad familiæ, a qua descendunt, primum authorem, et Protoparentem referentem:

Tertium de primis Hiberniæ inhabitatoribus, de successivis ejus a diluvio per diversas gentes expugnationibus, de Regibus interea regnantibus, de bellis, et prœliis inter illos obortis, aliisque publicis regni casibus, et eventibus ab anno post diluvium 278. usque ad ann. Christi 1171.

Sacros, et prophanos Hiberniæ Annales, ex vetustioribus, probatisque Chronicis, et Annalibus collegit, in quibus variæ vicissitudines per annos termille, et amplius, quibus antiquissimum illud stetit regnum, Principum, Heroum gesta, dissidia, conflictus, prœlia, obitus, et annos, in quos singula incideruut, faciem rei Catholicæ, et Ecclesiasticæ a suscepta primum fide ante annos mille ducentos usque ad moderna tempora sæculis multis florentissimam, aliis turbidam, et postea lugubrem, et calamitosam. Omnia hæc de religioso viro isto refert Joannes Colganus, de quo supra diximus, in præfatione ad tomum primum de Sanctis Hiberniæ.

Dictionarium edidit *difficilium, obsoletarumque vocum Hibernicarum, omnibus hujus linguæ studiosis apprime utile, et necessarium*, impressum Lovanii in Collegio supradicto an. 1643.

Obiit Lovanii anno eodem.

MICHAEL DOMINICUS Pedemontanus, scripsit

Contra Guelphorum, et Gibellinorum factiones.

MICHAEL GALLUS, in Provincia natus, edidit

Opus de mansionibus filiorum Israel.

MICHAEL de MEDINA Hispanus, provinciæ Castellæ Regular. Observan. humanioribus, sæcularibus, et divinis, Græcis, et Hebraicis egregie instructus, a Philippo Secundo ad Concilium Tridentinum annandatus, uti ipse in Epistola nuncupatoria librorum *de recta in Deum fide* eidem Regi commemorat. Multa gra-

graviter, et docte scripsit stylo profecto cultiori, et pressiori, quam uti soleant Scholastici. De sua dicendi ratione ita ipse in præfatione ad librum *de continentia sacrorum hominum* profitetur: *Illud vero orationis genus in dicendo usurpamus, quod neque verborum ampullas, et sesquipedalibus verbis turgeat, neque sordido sermone lectoris animum avertat: sed quod Theologum, et Philosophum potius rerum quam verborum amatorem deceat.* Scripsit autem.

Christianæ Paræneseis, sive *de recta in Deum fide libros septem*, in quibus orthodoxæ fidei origines, et causæ proponuntur, ac simul ejus excellentiæ, nutriendæ, et propagandæ ratio quam aptissima traditur, atque universa, quæ eam pertentare solent infidelium, aut hæreticorum nostræ præsertim memoriæ argumenta, et rationes proteruntur. Prodiit Venetiis ex Officina Jordani Zileti anno 1564. in fol. Opus hoc summopere extollit, et, præmissa ad nobilissimum virum Aloysium Contarenum præfatione, digne commendat Hieronymus Magius Angiarensis, atque ad marginem adhibit scholia, singulisque libris periochas præfixit. Simile opus sub eodem titulo Ambrosius ad Gratianum Imperatorem dedit, et Cyrillus Alexandrinus ad Theodosium.

Disputationum de Indulgentiis adversus nostræ tempestatis hæreticos ad Patres sacri Concilii Tridentini librum unum, in quo Ecclesiæ, Romanique Pontificis ad eas conferendas antiquitatis antiquissimus usus, cum Sanctorum, veterumque Patrum monumentis, tum apertis Scripturarum testimoniis asseritur, et, hæreticæ omnes in hoc parte calumniæ refelluntur atque explodantur. Ibidem eodem anno in 4.

Expositionem in quartum symboli Apostolici articulum; perpetuum alii quatuor articulos, et Possevinus 14. explicasse commemorant. Ibidem eodem anno in 4.

De sacrorum hominum continentia lib. 5. in quibus sacri, et Ecclesiastici cœlibatus origo, progressus, et consummatio ex sacra Scriptura, Sanctorumque Patrum scriptis proponitur, statuitur, et ab hæreticorum nostri temporis calumniis propugnatur, et defenditur. Ibidem anno 1569. in fol. Refert autem in præfatione, se hoc opus aggressum imperio Francisci Gusmani viri doctissimi, et nobilissimi, Commissarii generalis Minoritarum Ultramontanæ Familiæ, et persuasionibus multorum Episcoporum, qui Synodo Tolctanæ tunc intererant, quando in Concilio Tridentino obtundebatur a quibusdam, expedire, ut permitteretur Germanis ad concordiam, et pacem superinducendam, ex more Græcorum uxoribus ante sacros ordines acceptis uti, et cohabitare.

Tractatum doctum *de igne Purgatorio*. Ibidem.

De salutari Pœnitentia. Salmanticæ 1550.

De vera, et Christiana humilitate tomos duos. Toleti an. 1559. in 8. et anno 1570,

De restitutione. Compluti apud Joan. Brocarium 1546. in fol.

Apologeticum locorum quorundam Joannis Feri Moguntini Ecclesiastis in Matthæi et Joannis Evangelium contra Dominicum Novum Scyphicensem, in quo sexaginta septem Feri loca restituuntur. Compluti 1567. secundo Moguntiæ anno 1572. et tertio Compluti anno 1578 in fol.

MICHAEL de MEDIOLANO Reg. Observ. insignis Ecclesiastes, edidit

Confessionale, seu methodum confitendi. Venet. apud Alexandrum Rindani anno 1513. in 8.

Quadragesimale unum de quatuor capitalibus vitiis, gula, ira, invidia. accidia. Venetiis apud Francischum Haelbujum anno 1476. in 4.

Quadragesimale alterum duplicatum de Pœnitentia et ejus partibus. Ibid. anno 1492. in 4.

Sermones de Adventu. Ibidem apud Nicolaum Francofortensem an. 1487. in 4. Hæc duo posteriora opera habeo penes me mss. vetusto charactere.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis, de peccatis, de decem præceptis, de fide, et de pœnitentia.

Vivebat an. 1480. Idem fortassis cum *Michaele de Carcano*, de quo supra dictum est.

MICHAEL MENOTUS Gallus, scripsit

Sermones Quadragesimales, qui prodierunt Parisiis apud Claudium Chevallonium an. 1525.

Tractatum de fædere, et pace inenda per medium pœnitentiam tanquam oratricem. Ibidem an. 1526.

MICHAEL de PLATIA Siculus, in re historica non vulgariter versatus, scripsit

Chronica regni Siciliæ, quæ sæpe Rocchus Pyrrhus citat in suis Notitiis Ecclesiarum Sicularum.

MICHAEL a PURIFICATIONE natus Tarraponæ apud Indos Orientales, provinciæ S. Thomæ Custos, et Procurator, Missionarius Apostolicus ad regnum Mogori, cum separationem prædictæ provinciæ ab ea, quæ dicitur Portugalliæ in Lusitania, ex qua semper mittebantur ad Indos supremi illarum partium Rectores, totis viribus procurasset, essentque, qui modis omnibus obstarent, et Indos, atque exterorum filios in illa regione natos regimini, et Ordinis officiis ineptos proclamarent, edidit lingua Lusitana

Relationem defensivam pro filiis Indiæ Orientalis, et provinciæ S. Thomæ. Barcinonæ apud Sebastianum, et Joannem Matthæ an. 1640. ubi quid præstiterint, et quantum valeant doctrina, et regendi peritia illius regionis viri, nititur ostendere.

Vitam Evangelicam, et Apostolicam Fratrum Minorum, variis materiis moralibus, et notationibus prædicabilibus illustratam, lingua Hispana, sive Castellana descriptam. Ibidem apud Gabrielem Nogues anno 1641.

MICHAEL RODRIGUEZ a Valle formosa Hispanus, Reg. Observantiæ provinciæ Castellæ sac. Theologiæ Lector in Conventu S. Mariæ Angelorum Panormi Consultor S. Officii, Duci de Alburquerque Proregi Siciliæ a sacris Confessionibus, edidit

Tractatum circa Legata annua, seu stipendia onerosa Missarum, aliorumque operum piorum, Minoribus Observantiæ Regularis relicta; an scilicet eis hæc liceat percipere. Panormi apud Decium Cyrillum anno 1633. in 4.

MICHAEL SPENLAGER Germanus Miltomburgen. edidit duos libellos ita prænotatos:

Annus placabilis. Coloniæ typis Gisberti Clement. an. 1623.

Arbor vitæ continens duodecim fructus venerabilis Sacramenti. Ibid. apud Joannem Crythium an. 1626.

MICHAEL TEBERNIER compegit librum, cui titulus:

Manipulus Minorum. Parisiis 1582.

MICHAEL de TRUXILLOS Hispanus, scripsit librum, quem intitulavit:

Crux Christi.

MODESTUS GAVATIUS Ferrariensis. Minor Convent. sac. Theologiæ Magister, nunc in Romana Curia Procurator generalis, et S. Rom. Inquisitionis Consultor, edidit opus

De macula peccati permanentis, personalis, et originalis.

ginalis. Bononiæ 1642. apud Joan. Baptistam Forcrinum.

MONALDUS JUSTINOPOLITANUS Dalmata, Theologus, et J. C., quem aliqui Archiepiscopum Beneventanum fuisse dicunt, vir doctissimus, et humanissimus, vita, et conservatione præclarus, uti refert Eysengrenius, scripsit

Summam Juris Canonici. Incip. *Quia ignorans, ignorabitur.* Habetur ms. in Biblioth. Vaticana.

Summam Casuum ab ejus nomine *Monaldinam*, alias *Aureum* appellatam. Incipit, *Hic primo agendum est de Abbate.* Prodiit Lugduni apud Petrum Balleum an. 1516. in 8.

Quæstiones in quatuor libros Sententiarum.

Sermones varios.

Vixit sub annum 1332. uti sub illud tempus alias monuimus tomo tertio Annalium Martyrio coronatum Argengæ urbis Saracenorum scribit Possevinus. At Monaldus ille Martyr, patria Anconitanus alius est ab hoc Justinopolitano; tempore etiam erant diversi, uti monuimus anno 1314. numero decimo.

MORISSARACENUS, scripsit

Compendium Physicum. Parisiis apud Jacobum de Puys anno 1586. in 8. majori.

MUTIUS CAVENSIS Italus Capuccinus, edidit Italice

Declarationem Officii mortuorum, et de cæremoniis, quæ fiunt in exequiis Defunctorum. Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1626. in 8.

De significatis meritorii Missæ. Ibidem apud Jacobum Mascardum anno 1612. in 8.

N

NATALIS DERRET Gallus, Foresianus, Reg. Observ. Theologus Parisiensis, collegit

Admiranda opera Ordinum Religiosorum in universa Ecclesia Deo militantium. Ruessii apud Hæredes Stephani Andreæ 1647. in fol.

NATALIS TAILLEPIED Gallus Reg. Observ. et Theologus Parisiensis, scripsit

Commentarium in Threnos, sive Lamentationes Jeremiæ. Paris. anno 1588. apud Joannem Parent in 8.

Vitam Martini Lutheri, Andreæ Carolostadii, et Petri Martyris. Ibidem apud eundem an. 1577.

Tractatum de Anno Jubilæi, et Indulgentiis. Ibidem apud eundem anno 1576.

Antiquitates urbis Rothomagensis.

Vivebat anno 1584.

NATHANAEL le SAGE Gallus, Strict. Observ. edidit Gallice

Tractatum de Reformatione, primum Atrebati apud Robertum Maudhuy anno 1645. in 12., secundum Lugduni apud Petrum Rigaldum.

NESTOR DIONYSIUS Novariensis in re Grammatica peritus, composuit

Dictionarium alphabetico ordine; quod habetur Paduæ in Bibliotheca S. Antonii, et ms. in Conventu S. Hieronymi Hispelli in Umbria prope Assisium. Scripsit insuper

De octo partibus orationis.

Quarundam dictionum, et orationum expositionem cum aliis variis notandis.

Librum de quantitate syllabarum.

Emendationem libelli Sulpitii de quantitate syllabarum. Omnia hæc exensa sunt Argentorati apud Joannem Pruff anno 1507.

NICODEMUS FLORENTINUS, edidit

Summam casuum.

Dialogum auiuæ rationalis super 38. mysteria vitæ Jesu Christi. Florentiæ anno 1601.

NICOLAUS ALBASPINA Gallus, magni Conventus Tolosani Guardianus, et Minister provinciæ Aquitaniæ, vir Latine, et Græce doctus, in dicendo promptus, in scribendo facilis, aliquantum inconstans in viis suis, modo ad laxiorem, modo ad strictiorem Observantiæ normam defectens, scripsit Gallice

Chordarium, seu Thesaurus Indulgentiarum concessarum gestantibus chordulam S. Francisci, secundum novam restrictionem Pauli V. revisum, correctum, et auctum in secunda editione. Parisiis apud Joannem Petit anno 1618. in 16.

Memoriale pro Reformatione ad Summum Pontificem Paulum V. Lutetiæ apud Dionysium Morean an. 1618.

Artem ad intelligendum, et practicandum S. Francisci Regulam. Tolosæ apud Viduam Jacobi Colomiers an. 1620. in 12.

In apostatantes ab Ordine librum 1.

Flagellum apostatarum, libros duos. Paris. apud Robertum Fouet in 12.

Commentaria in Regulam, et vitam S. Francisci. Tolosæ apud Viduam Jacobi Colomiers 1612. et Lugduni apud Franciscum Arnoullet an. 1614.

De cautione Religiosorum.

Alia plurima opuscula lingua Gallica.

NICOLAUS ab AQUAVILLA, sive Aquævillanus, edidit

Sermones de Nativitate.

Sermones de Sanctis.

Sermones de Tempore per anni circulum.

Vivebat anno 1317.

NICOLAUS ARIMINENSIS, vir doctus, et pius anno 1414. scripsit

Vitam, et gesta Raynaldi Concoregii Archiepiscopi Ravennatis. Habeo penes me ms.

NICOLAUS AUXIMANUS Picenus, vir pius, et doctus, Bernardino Senensi contemporaneus, et familiaris, Vicarius provinciæ S. Angeli, et locis Terræ Sanctæ præfectus, aliis etiam functus muneribus (*Vide to. 5. Annal. an.* 1427. *num.* 42. *et alibi sæpe*), multa scripsit, videlicet

Summam casuum conscientiæ. Prodiit Venetiis apud Leonardum Wid Ralispouensem anno 1494.

Supplementum ad summam Pisanellam. Mediolani 1444. et Venetiis apud Leonardum Wid an. 1489. in 4.

Commentarios in Regulam Fratrum Minorum.

Juris Canonici libros in *Epitomen* redegit, quam prænotavit, *Liber legis Canonicæ.*

Interrogatorium Confessorum. Venetiis an. 1489. in 8.

Sermonum lib. 1.

Quadragesimale.

Jerosolymis reversus, obiit in Cœnobio Aracœli.

NICOLAUS BODIUS Flander, Guardianus Dixmundensis, vir in sanctarum Scripturarum lectione, et meditatione assiduus, scripsit

Apologiam adversus Epistolam non sobriam M. Francisci Americi de regressu spirituum, qua se et veteris Lectionis studiosissimum, et veræ pacis cultorem demonstrat.

NICOLAUS BONETUS, scripsit

Postillam in Genesim.

Commentarios super quatuor libros Sententiarum.

Præcipuos libros Aristotelis, Metaphysicam præsertim

sertim interpretatus est. Prodierunt omnia Venetiis apud Octavianum Scotum an. 1505.

NICOLAUS de BONONIA, scripsit

Tractatum de excommunicationibus.

NICOLAUS e BRITTONIO, sive Brittonio, Umber, Minister provinciæ S. Francisci, scripsit

Sermones Quadragesimales, anno 1413.

NICOLAUS e BRODIO, scripsit

Distinctiones in quatuor libros Sententiarum.

NICOLAUS CÆSARIS Burgensis, tertii Ordinis S. Francisci prov. S. Ivonis, scripsit

De vera pietate opusculum.

NICOLAUS CRASSELIUS Patavinus, Reg. Observ. (*Scardeon. de reb. Patav. lib.* 2. *classe* 7.) scripsit

Opusculum de gradibus affinitatis, et consanguinitatis. Extabat ms. Patavii in Bibliotheca Matthæi Madli.

Quodlibeta Theologica.

Summam casuum conscientiæ.

Tractatum de usuris, et restitutionibus.

NICOLAUS ab EQUILA Anglus, Doctor Theologus, scripsit

Sermones Dominicales. Parisiis anno 1520.

NICOLAUS FACHINHAMUS Anglus, patria Norfolcensis, sacræ Theologiæ Doctor, et Professor Oxoniensis, inter suos diu docuit; erat enim in omnibus tam sacris, tum profanis scientiis insigniter eruditus. Partim igitur propter assumptam dignitatem Doctoralem, partim etiam propter munus in docendo laudabiliter præstitum, incredibilis illi crevit apud suos authoritas, ita ut communi omnium suffragio Ordinis sui per Angliam Minister provincialis designaretur. Quo in officio, Lelandi teste, ita versatus est, ut non solum ad utilitatem Ordinis sui, verum etiam ad publicum totius Ecclesiæ bonum omnes suas actiones cantulerit, omnique authoritate sua ita usus fuerit, ut non eum supercilio præesse, sed cum humilitate prodesse studuerit. Erat Angliæ Regi Richardo II. satis cognitus, magis dilectus, cujus etiam horta tu multa ad publicam utilitatem scripsit. Vir ingenii mitis, et mansueti, pietatem ad omnia utilem impense coluit, charitatem, quæ nunquam excidit, semper, et in omnes pro occasione exercuit. Pacificus, et concordiæ studiosus vidit cum magno animi sui dolore turbas, discordias, schismata, quæ per illa tempora paene Ecclesiæ Catholicæ perturbaverant, unitatem luxaverant, imo pene dissolverant, quibus malis ut mederetur, et matrem Ecclesiam solaretur pius filius s, multa ei concilianduin paeem opposite scripsit, quibus si attendissent discordes, continuo facti fuissent unanimes, nec schisma latius serpsisset, nec diutius duraisset; scripsit enim

De fraternitate Christiana lib. 1. Cives unitos decipitis.

De schismatibus Ecclesiæ lib. 1. Cum ex lege naturæ.

Super unione Ecclesiæ lib. 1. Cum secundum Apostolum.

De calore Missæ lib. 1. Pertractata quæstione.

De suffragiis viatorum lib. 1. Secundum seriem Scripturæ.

De Oratione lib. 1., *et alia* non pauca.

Sanctissime diem suum obiit Colocestriæ an. 1407.

NICOLAUS FARA Italus, Regular. Observ. B. Joannis Capistranensis socius, scripsit diffuse lingua Latina

Vitam, et gesta prædicti Joannis, cujus opus Italice redditum Bonaventura a Calceo ejusdem Instituti, Cœnobii S. Bernardini Aquilani alumnus, typis paravit, et Senatui, populoque Aquilano nuncupavit an. 1599. Habeo mss. tam Latine, quam Italice.

NICOLAUS de FERRO, edidit

Compendium privilegiorum. Vallisoleti 1525. in 4.

NICOLAUS GAZZÆUS Atrebas, sac. Theol. professor, scripsit

Chronica Ordinis Virginum Annunciatarum. Atrebati apud Guliolmum de la Riviere an. 1607.

Speculum viduarum.

Sacrum misericordiæ palatium variis sacræ Scripturæ locis, atque septem misericordiæ operibus quasi peristromatibus exornatum, quod in Latinum idioma ex Gallico convertit Joannes Schibbert ejusdem Instituti, tuti, et sacræ Theologiæ professor. Prodiit Augustæ Trevirorum apud Joannem Schleuter an. 1618. in 8.

De felicitate. et infelicitate Adam, et Evæ.

Historiam sacram patrio idiomate.

Huic symbolum, *Mens intenta Deo.*

NICOLAUS GORAM Minister prov. Franciæ scripsit

In libros Sententiarum, et

In sacrum Scripturam commentaria brevcs.

Habentur in Bibliotheca Vaticana mss.

Themata prædicandi.

Postilla in Evangelia, et

Distinctiones ejusdem.

NICOLAUS GOROA, sive *Torga*, scripsit

De adoratione nominis JESU, adversus Petrum Viguamum Vrutisalvensem.

NICOLAUS GRANDIS Parisien. facultatis Theologus, quem pietas, et varia eruditio illustravit, scripsit

Commentarios in Epistolam Pauli ad Romanos, Francisco Valesio Galliarum Regi nuncupatos.

Commentarios in Epistolam ad Hebræos innumeris Patrum scutentiis exeultos, quibus, ubi ac locus offert, potius lenitate, modestiaque Christiana lapsos erigere, quam sermone censorio, atque objurgatorio exasperare, ant rabido dente circumrodere mavult; non de contradictionibus victoriam, sed contra mendacium solicitus veritatem investigans. Opus incip. *Summæ ingratitudinis, inimulare.* Prodierunt Parisiis apud Poncettum an. 1546.

Florebat an. 1550.

NICOLAUS HERBRON, vel *Herbon*, Gallus, Conventus Brulensis prov. Coloniæ, et Commissarius generalis Cismontanus, vir doctus, et magna dicendi facultate instructus, scripsit

Paradoxa Theologica, seu Theologicas assertiones, divinis eloquiis contra Novatcicos hæreticos roboratas. Incipiunt, *Quis hoc ignorat.* Prodierunt Paris. apud Hieronymum Germontium an. 1534. Operis capita sunt hæc:

Scriptura sacra neque a quibuslibet tractanda, nec passim legenda.

Episcoporum præcipuum munus esse, ut sacras discant, ac prædicent litteras.

Sacræ litteræ a nullo melius, ac rectius intelliguntur, quam ab eo, qui in Ecclesia communem sensum probatissimorum Doctorum sequitur.

Carnis nomine et litteræ scripturæ sæpiuscule, et vitia quoque significantur.

Libertas Evangelii non carnem, sed spiritum spectet necesse est.

Constitutiones Ecclesiæ nullæ libertatem Evangelii evertunt, neque in hoc ipsum, neque in Paulum peccant.

Quisquis a rerum omnium opifice Deo exciderit, idem exiliisse ab Ecclesia convincitur; atque contrario qui ab Ecclesia, itidem et a Deo corruisse necesse est.

Doctrina

Doctrina Christi Domini, Apostolorum item, et Ecclesiæ quoque placita viam satis nobis ad bene, beateque vivendum communstrant.

Judicium, quod sacrorum voluminum lectio exigit, non carnis, sed Spiritus est donum.

Non ex ævo mulieribus, atque viris de Evangelio disserendum, etiamsi ab Evangelio mulieres porro non sint arcendæ.

Arcendi sunt a sacris litteris viri juxta ac fœminæ, si iis in Ecclesiæ destructionem abutantur.

Non est eadem ratio sacros, atque profanos authores versare.

Expedit Reipublicæ Evangelium Christi sincerius, atque castius tum in scholis, tum e suggesto doceri.

Utraque periude, atque Hebraicæ litteræ etsi iter ad sacras litteras discendas expediunt, difficile tamen fuerit ipsos fontes vetustos effodere, ac reperire. Edidit etiam

Enarrationes Latinas Evangeliorum quadragesimalium, quas apud Colonian Agrippinam Germaniæ ad populum declamarat. Antuerpiæ apud Michaelem Hillekemium anno 1533. Incipit, *Exordium sacræ Quadragesimæ*; et Parisiis 1593.

Enarrationem lamentationum in Psalmum 78. de miseranda populi Christiani depopulatione. Incipit, *Quis dabit capiti meo aquam?* Parisiis an. 1529.

De tribus rotis, ac præsertim de obedientia Religiosorum.

Apologiam veræ fidei.

Enchiridion locorum communium adversus hæreses.

De Notis veræ, et adulterinæ Ecclesiæ.

Methodum concionandi.

Emendationem veteris vitæ. Coloniæ anno 1529.

Monotessaron Passionis Domini nostri JESU CHRISTI.

Opus inscriptum: *Monas sacrosanctæ Evangelicæ doctrinæ, qua abstersæ sunt Francisci Lamberti apostatæ aspergines, quibus immaculatam Christi Domini sponsam impudentissime fœdare conatus est.*

Epistolam ad Minoritas.

NICOLAUS LANGEMBERG, Germanus ex oppido Trippersichrt, edidit libellum prænotatum:

Cibus animæ, adjuncto speculo, sive examine ad faciendam perfecte confessionem. Coloniæ apud Petrum Brachell anno 1637.; et alterum, quem inscripsit:

Animæ medicina, adjuncta instructione pro confraternitate SS. Rochi, et Sebastiani, quæ habetur in templo Minorum Marcoduri. Ibidem apud Hilbertum Clementis an. 1642.

Libellum etiam *pro confratribus chordæ, seu cinguli S. Francisci.* Ibidem apud Joannem Crythium eodem anno.

NICOLAUS LOCKMAN, aliis *Lackman*, Teutonicus, Saxoniæ Minister, in Peripateticis disciplinis, et Scripturis divinis egregie versatus, scripsit

Super Sententias Petri Lombardi lib. quatuor.

Quæstionum variarum librum 1.

Sermonum de Tempore librum 1.

Sermonum de Tempore librum alterum, et *alia* multa.

Famosus erat tempore Concilii Basiliensis et Eugenii IV. sub annum 1440.

NICOLAUS de LYRA Normanniæ oppido, etsi sint, qui Flandrum Batavum, aut Anglum efforment, genere, non fide, Judæus, in Vorniolensi Cœnobio provinciæ Franciæ Minorum amplexus Institutum circa annum 1291. (*Vide tomo* 2. *Annal. anno* 1290. *num.* 20.) Parisiis egregios in omni doctrinæ genere fecit progressus, sacræ Scripturæ addiscendæ, et interpretandæ omnem admovit operam, eamque feliciter impendit. Namque universos Bibliorum codices duplici commentario, litterali scilicet, et morali, illustravit, aperuitque posteris viam sacra eloquia facilius explicandi. Tanta, inquit Henricus Wilhotus, diligentia Scripturarum vera, pura, ac germana intelligentia præditus erat, ut in eis exponendis nullum eruditissimorum Theologorum sui temporis parem habuerit. Doctrinæ ubertatem omnes admirantur, et venerantur. *Sunctum* vocat Gulielmus Eysengrenius, quippe spretis opibus, posthabitis voluptatibus, religioni Christianæ, ac divino honori consulens ita vixit, ut ad ista usque tempora vix parem habuerit, nedum superiorem, vel sanctitate vitæ, vel doctrina, et scriptis. Edidit porro

Perpetuas postillas, et Commentarios in universa Biblia, quorum authographum ex prædicto Conventu Vernoliensi acceptum Franciscus Feverdentius, de quo suo loco supra dictum est, Joannes Dadræus, et Jacobus de Cuilly diligenter contulere cum editis, et omnia accurate suo ordine disposita evulgarunt Lugduni anno 1590. Hubentur Postillæ, et Commentarii integri mss. in Bibliotheca Ducali Urbini, de Quæstionibus vetoris, et novi Testamenti; et magna pars Cæsenæ apud Minores. Ad calcem horum Commentariorum humilem hanc confessionem ita author adjecit:

Ego Deo Optimo Maximo gratias ago, qui mihi gratiam scribendi secundum modulum ingenii mei super omnes libros in Biblia contentos dedit, et quoniam probabiliter timeo in pluribus defecisse tum propter magnitudinem operis, tum propter scientiæ meæ parvitatem, ideo de defectibus veniam postulo, et de aliis ad landandum Deum mecum legentes invito, deprecans humiliter, et devote, ut apud Dominum me velint anis orationibus adjuvare. Quod actum est Parisiis anno Domini 1330.

Librum differentiarum novi, et veteris Testamenti, cum explicatione nominum Hebræorum.

Libellum contra quendam Judæum impugnantem Christi divinitatem, ejusque doctrinam ex verbis Evangelii secundum Matthæum.

Expositionem præceptorum Decalogi.

De Corpore Christi librum 1.

Tractatum de idoneo ministrante, et suscipiente sanctissimum Sacramentum Altaris. Excusum in Germania absque alia expressione loci cum libello D. Thomæ de eodem argumento.

Tractatum alterum perpulchrum *de visione divinæ essentiæ ab animabus sanctis a corpore separatis.* Incipit, *Qui elucidant me.* Extat. ms. in Bibliotheca Minorum Toleti.

Tractatulos tres, vel quatuor de diversis materiis contra Judæos, librum 1.

Commentarios in quatuor libros Sententiarum, sed omnium optimos in Tertium.

Plura Quodlibeta Theologica.

Postillas super Epistolas, et Evangelia Quadragesimalia. Venetiis 1516.

Sermones de Sanctis, librum 1. Incipit, *In baculo meo transiri Jordanem.*

Sermones de Tempore lib. 1. Incipit, *Hora est jam nos de somno surgere.* Utinque hic sermonum liber ms. habetur in Bibliotheca Minorum Toleti, littera X. num. 109. Ejus Postillæ, Commentarii, et moralitates in Prophetas mss. extabant in Bibliotheca Imperatoris Viennæ Austriæ. *Alia* plura composuit, quæ periere.

Plenus

Plenus dierum, ipse enim se citat jam grandævum in caput primum Geneseos, obiit in magno Conventu Parisiensi anno 1340. (*Vide tomo 3. Annal. anno* 1340.), sepultus in aula Capitulari sub ingenti lapide, in cujus circuitu hæc inscripta sunt:

HIC IACET
FR. NICOLAVS DE LYRA
SACRAE THEOLOGIAE VENERABILIS DOCTOR
CVIVS VITAE ET DOCTRINAE
FAMA DIFFVSA EST PER DIVERSA MVNDI CLIMATA
POSTILLAVIT ENIM BIBLIA AD LITTERAM
A PRINCIPIO VSQVE AD FINEM
IN PROVINCIAE FRANCIAE ALVMNVS
IN CONVENTV VERNOLIENSI CVSTODIAE NORMANNIAE
HABITVM MINORVM ACCEPIT
QVEM HONORIFICE EXEMPLARITERQVE
ANNIS XXXXVIII. PORTAVIT
MORTEMQVE OBIIT ANNO DOMINI M. CCC. XXXX.
DIE XXIII. OCTOBRIS.

E regione sepulchri muro insita est tabella marmorea, cui sequentes versus litteris aureis sunt insculpti, ex quibus patria, conversatio, et mors clare deprehenditur:

Ne me ignores, properans dum plurima lustras,
Qui sum ex his noxes, quæ pede busta teris.
Lyra brevis vicus, Normannus in gente celebris,
Prima mihi vitæ janua, sorsque fuit.
Nulla diu mundi texuit vesania natura,
Protinus evasi religione Minor.
Vernolium admisit currentem ad sacra tyronem.
Et Christi docuit me domitare jugo.
Ut tamen ad mores legis doctrina bonæ
Addita planaret simplicitatis iter,
Artibus ipse pius, et Christi dogmate fretus,
Parisiis excepi sacra Magisterii.
Et mox quæque vetus, et quæque recentior affert
Pagina, Christicolis splendidiora dedi.
Littera nempe nimis quæ quondam obscura jacebat,
Omnes per partes clara labore meo est.
Et quos sæpe locos occidens littera tradit,
Hos typice humanis actibus exhibui.
Extat in Hebræos sanctissima condita turris,
Nostrum opus, haud ullis commutanda petris.
Insuper et nostri relegantur sæpe libelli,
Quos in sensa Petri (Magistri Sententiarum) *quatuor ante tuli.*
Ext quoque quodlibetis non irrita gloria nostris,
In quæ tu justus arbiter esse potes.
Non tulit hæc ultra vitum pevferre mevcvdo
Omnipotens Dominus, quo summa, et morimur.
A Cruce (minus critice pro ortu) *tu cujus numeren*
si mille trecentos,
Adjungens unam quatuor, et decades,
Illo me rapuit mors omnibus æmula sævdo,
Cum vicat Octobris terna vigena dies.
Jam tu quo tendis, Nicolai illectus amore?
Quo Doctore tibi iter reserata patet.

NICOLAUS e MONTE Gallus, tertii Ordinis, Academiæ Parisiensis librorum corrector, scripsit

Commentarios in tertiam Regulam S. Francisci.

Prodiit Parisiis apud Nicolaum Cheneau.

NICOLAUS MUTIUS Venetus, edidit

Opus egregium *in opera S. Gregori Magni, per materias, sive locos communes dispositum.*

NICOLAUS de NYSE, aliis *Denyse*, sive *Dionysii*, Gallus, insignis Conventus Rothomagensis Guardianus, provinciæ Franciæ Vicarius, mox Minister, vir eruditus, Theologus vere perspicuus, plerasque scripsit, quæ qui attentius versaverit, laboris eum non pœnitebit.

Commentarios in quatuor libros Sententiarum, qui prænotati sunt, *Resolutio Theologorum*. Rothomagi primo, deinde Venetiis anno 1568. apud hæredes Melchioris Sessæ, et anno 1574. apud Dominicum Farrum sunt excusi.

Sermones plures inscriptos, *Summa, sive Gemma prædicantium*. Incipit, *Egregia Summa*. Prodiit Basileæ anno 1508. Brixiæ apud Thomam Bozzolam anno 1585.

Sermones estivos, et hyemales.

Sermones de Adventu duplices.

Sermones de Quadragesima. Emissi sunt omnes Rothomagi apud Martinum Morinum anno 1508. et Argentinæ anno 1510.

Sermones de Tempore a Dominica secunda post Pascha usque ad Adventum. Parisiis apud Franciscum Regnault 1510.

Speculum mortalium, sive de quatuor novissimis. Parisiis 1518.

Diem clausit extremum, et sepultus est Rothomagi in aula Capitulari ante altare anno 1509. die 18. Mail.

NICOLAUS OCCAMUS Anglus, Regulæ Sancti Francisci diligens observator, S. Theologiæ Doctor Oxoniensis, et ibidem in suo Cœnobio decimus octavus Professor. Hujus virtutem, et eruditionem inter alios mire prædicant Thomas Ecclestonus, et Joannes Lelandus; nec tacet inter recentiores Henricus Willotus in suis Franciscanorum Athenis. His etiam testibus, scripsit

Super Magistrum Sententiarum lib. quatuor.

Opus de Verbo divino, librum 1.

Quodlibeta scholastica librum 1.

De latitudine oppositionum librum 1.

Astrologi judicium librum 1.

Claruit anno 1329.

NICOLAUS ORANUS, Conventus Avesnensis Guardianus, Ecclesiastes eloquentissimus, scripsit

Conciones de Adventu, quibus titulum dedit: *Exilium generis humani felicissimum*, concionibus explicatum de misericordia Dei erga primos parentes, eorumque posteros. Montibus Hannoniæ 1615. in 8.

De Judæ proditoris apostasia. Ibidem 1611. in 8.

In Conversionem B. Pauli Apostoli. anno 1632.

NICOLAUS ORBELLUS, sive de *Orbellis*, Gallus, Andegavensis, provinciæ Turonensis, vir in sacris litteris eruditissimus, et in Philosophia scholastica nulli secundus, qui in gymnasio Pictaviensi tam disputando, tum docendo, et scribendo magnam eruditionis suæ laudem assecutus est; multa scripsit.

Commentarios in quatuor libros Sententiarum. Prodierunt Parisiis apud Joannem Parvum 1411.

Super Summulas Petri Hispani lib. septem. Venetiis apud Lazarum de Soardis an 1516. in 4.

De scientia Mathematica lib. 1. Bononiæ 1483.

In libros Physicorum Aristotelis lib. 8.

De cœlo, et mundo lib. 2.

In lib. de generatione, et corruptione lib. 2.

In librum Meteororum lib. 3.

In lib. Metaphysices lib. 12.

In lib. Ethicorum lib. 10.

Sermones in omnes epistolas Quadragesimales. Lugduni 1491.

Ejus

Ejus liber de scientia Mathematica, et Commentaria in Ethica Aristotelis cum aliis intermediis libris excusus est Basileæ anno 1503. In libros de Anima, ibidem apud Gregor. de Gregoriis 1542. Ut erat Joannis Scoti doctus interpres, et acerrimus vindex, presso iisius inhærens vestigio, et authoritati, iectiones suas ejusdem doctrina semper confirmabat, quas opere tripartito in Mathematicam, Ethicam, et Theologiam, nomine iiii indito *Compendium*, collegit.

De hoc Orbelio, Nicolao Nyseno, et Stephano Brulifero ita scribit Thomas-Bosius, (*de Signis Eccles. lib. 6. cap.* 4.): *Si linguarum, historiarumque cognitio fuisset, illos ego non in terra natos, sed cælo lapsos dicerem.*

NICOLAUS a POCULIS Belga, provinciæ Flandriæ Strict. Observ. Conventus Barbansonienais Guardianus, artis poeticæ peritum, peritus, scripsit Gallice in gratiam consodalium Confraternitatis Angeli Custodis erectæ in Conventu Minorum Gandavensi librum, quem inscripsit:

Scutum Angelicum, seu *Tractatum de protectione Angeli Custodis*. Leodii apud Hæredes Saweur an. 1633. in 12.

Officia Ordinis Minorum recognovit, et multis in locis correxit, hymnosque ad pium et purum metrum erudite quidem redixit; nonnullasque notas, et animadversiones adjecit ad recognitionem hymnorum Ecclesiasticorum nuper jussu Urbani VIII. factam. Omnia habeo penes me mss.

NICOLAUS IV. Summus Pontifex, vide *Hieronymus Picenus*.

NICOLAUS RAMOS Hispanus, provinciæ Conceptionis, Reg. Observ. Guardianus Vallisoletanus, sacræ Theologiæ professor, causarum S. Officii Inquisitionis Censor, scripsit

Assertionem veteris vulgatæ editionis juxta decretum Conc. Tridentini. Incipit. *Rem meo judicio certam.* Salamantiæ an. 1576. in 4.

Floruit circa annum 1576.

NICOLAUS ROCHAIM, scripsit

De Conciliis generalibus.

Sermones varios, et quosdam *alia.*

NICOLAUS VERONENSIS, scripsit, et edidit

Quadragesimale super Evangelia illius temporis.

Directorium salutis super Epistolas Quadragesimales.

Sermones de Sanctis.

NICOLAUS VIGERIUS, Strict. Observ. natione Hollandus, ex oppido Harlemo, provinciæ Coloniæ tertium Minister, scripsit, et edidit

Demonstrationem Catholicæ fidei.

Centurias omnium hæreseon brevi methodo contrariæ.

Joannem Climacum Abbatem Montis Sinai, et Joannem Taulerum mysticæ Theologiæ doctorem, vernacule loqui fecit.

Obiit 8. kal. Aprilis anno 1628. ætatis 72. Vide compendium ejus vitæ apud Jacobum Polium.

NICOLAUS URSUS Siculus, Mazarensis, Reg. Observ. scripsit

Librum de fuga mundi.

De Nativitate Christi.

De triumpho mortis.

De triumpho quinque Martyrum pro fide Christi apud Marochium interfectorum, carmine heroico.

Sermonarium sacrarum concionum.

NICOLAUS ZEGERUS a Valerio Andrea *Tacitus* appellatus, Braxeliensis, etsi Wilotus Diestensem scribat, Græce et Latine doctus, edidit ad Julium II. Pontificem Maximum castigationes in novum Testamentum, in quibus depravata restituuntur, adjecta resecantur, et subinta reponuntur. Operi titulum fecit:

Epanorthotes, sive *Castigator locorum depravatorum.* Coloniæ anno 1555. in 8.

Inventarium, seu *Concordantias in Novum Testamentum.* Antverp. 1558. in 8. Item collegit

Scholia in Matthæum, Marcum, Lucam, Joannem, Paulinas omnes, et Canonicas Epistolas. Coloniæ anno 1553. in 8.

Apocalypsim; quibus loci difficiles, aut ambigui juxta originalem Scripturæ phrasim, ac vetustissimorum Theologorum citationem doctissime, ac exquisite sunt explicati. Divinam Scripturam consectantibus pernecessariæ sunt hæ lucubrationes. Item scripsit

Librum Adagiorum Latinorum, et Teutonicorum.

Speculum vitæ Christianæ Thomæ Herendalensis Minoritæ transtulit ex Teutonico in Latinum, exensum Coloniæ apud Arn. Birckmannum anno 1555. in 8. nec non opuscnlum Florentii Hariemii Carthusiani nuncupatum

Viam vitæ. Antverpiæ anno 1564. in 8.

Decessit Lovanii an. 1559. die 25. Augusti.

O

OCTAVIANUS PRÆCONIUS Siculus Castro-Regalensis Minor. Convent. doctor Theologus, et insignis Ecclesiastes a Paulo IV. Episcopus Monopolitanus, et Arianensis electus est. A Rege Philippo II. bonorum, et doctorum virorum æstimatore propositus est ini Ecclesiam Cephaludensem in Sicilia, mox ad Archiepiscopatum Panormitanum; deinde ab eodem Philippo inter alios doctrina celebres ad Concilium Tridentinum ablegatus est. Tanta fuit in homine majestas, ut singulæ ejus sententiæ irrefragabilia viderentur testimonia, et tanta in dicendo eloquentia, et vis oratoria tanta, ut frigus omne, incenso interius igne spiritus, depelleret. Scripsit

Summam de Sacramentis.

Expositionem pervicidam in orationem illam obscuram, seu Offertorium mysteriosum, quod in Missa defunctorum pio ritu canitur: Domine JESU Christe Rex gloriæ, etc.

Tractatum de Passione Domini, vernaculo sermone.

Obiit Panormi anno 1568. die 18. Julii, sepultus in æde majori ad lævam aræ maximæ, addito hoc epitaphio:

FR. OCTAVIANVS PRAECONIVS
ORDINIS MINORVM CONVENTVALIVM,
SICVLVS A CASTRO REGALI,
ARCHIEPISCOPVS PANORMITANVS,
PIETATE INSIGNIS, ERVDITIONE CLARVS,
POST MVLTOS CVRAE PASTORALIS
QVATVOR ECCLESIARVM
MONOPOLITAN. ARIANENS. CEPHALVDEN.
ET PANORMITAN.
EXANTLATOS LABORES, QVIETVRVS TANDEM,
OBIIT DIE XVIII. IVLII SVAE AETATIS ANNO LXVI.
CHRISTI VERO NATI MD. LXVIII.

Octavianus Præconius suus ex fratre nepos, et Episcopus Cephaluden. Prioratus S. Andreæ Civitatis Plateæ, deflorescentis patriæ jactura mœstus, floro-

scentis

scentis nominis gloria lætus, tantum virum et honestavit, et tumulavit.

OCTAVIANUS RAVENNAS, scripsit

Commentaria in 4. libros script. Oxoniensis Joan. Scoti.

OCTAVIANUS SPATARIUS ab *Incisa*, Etruscus, vir insignis, magno Etruriæ Duci a confessionibus, multis, magnisque perfunctus in ordine muneribus scripsit

Methodum de modo corrigendi Regulares. Venet. 1620. in 4.

Centuriam concionum quadripartitam. Venetiis apud Barezzum anno 1611.

Conciones Quadragesimales. Ibid.

Conciones pro Adventu. Ibid.

ODDO N. scripsit

Postillæ super Psalterium.

ODORICUS de PORTUNAONO oppido Fori Julii, provinciæ S. Antonii, quem a vitæ sanctitate non immerito commendant Eysengrenius, et Willotus, et nos ab Apostolica peregrinatione, et prædicatione per universæ Asiæ vastissima regna, optimasque Italiæ civitates, patratisque in vita, et post mortem miraculis celebravimus (*Vide to.* 3. *Annal. anno* 1331. *num.* 17.), scripsit

Historiam suæ peregrinationis sexdecim annorum.

Librum de mirabilibus mundi.

Chronica compendiosa a mundi exordio ad finem ferme Pontificatus Joannis XXII. quo tempore ipse decessit. Accepi ab amico ms. et ex iis plura in rem nostram decerpsi.

Sermones diversos.

Epistolas multas.

Obiit anno 1331. die 14. Januarii in urbe Utinensi sepultus apud suos consobrales.

OLIVERIUS CONRADUS Gallus, scripsit Gallice

Vitam S. Pauli Apostoli.

Librum, quem prænotavit, *Speculum peccatorum.*

OLIVERIUS MAILLARDUS Britannus, Parisiensis Theologus, tertio Vicariatum generalem Observantum gessit, et talis ille ob elegans ingenium, et declamandi facultatem, cui insignis adjuncta erat vitæ continentia, fuit, ut quisquis tantus apud suos, quantus ille apud Gallos habebatur, non nisi summus censeri posset. In injuncto Evangelicæ prædicationis opere indefesse perduravit, non verbo tantum concionatoribus, sed scripto quoque superstitibus prodesse curavit, quamquam voce plusquam scriptis rem Catholicam promoverit. Edidit

Doctam, et diffusam *Contemplationem in Salutationem Angelicam.* Paris. anno 1507.

Quadragesimalia duo.

Sermones de Adventu habitos Parisiis anno 1494, *in templo S. Joannis de Gravia.* Prodierunt ibidem impensis Joannis Petit anno 1506. Habentur mss. Mirapicis apud Minores.

Sermones Dominicales.

Sermones de Tempore. Lugduni 1498. in 4.

Sermones de Sanctis, et communi Sanctorum. Ibid. dem anno 1507. et Argentorati an. 1514.

De peccati stipendio, et gratiæ præmio. Prodierunt hæc illius opera Lugd. an. 1499. deinde Argentinæ apud Joannem Parvum, cum quæstionibus uniquique sermoni apposite insertis.

Obiit sanctitate illustris anno 1502. die S. Antonii de Padua in Conventu sanctæ Mariæ de Angelis prope Tolosam. Vide Tomum septimum nostrorum Annal.

ONESIMUS de KIEN Capucinus, prov. Colonensis, ex Hispanica lingua in Latinam transtulit

Homilias Quadragesimales Joannis Baptistæ la Nuza. Antuerpiæ apud Gulielmum Lesteenium 1647. in folio.

ONUPHRIUS a TOLVE prov. Basilicatæ oppido, postquam annis multis Parochum egit, Minoritis Reg. Observ. nomen dedit, factusque Pœnitentiarius Lateranensis, vitu sanctissime transacta, obiit Romæ ad Aracœli an. 1640. die 13. Augusti an. ætatis 55. Scripsit pium libellum, cui titulus:

Antidotus contra tria venena pro suscipiendo vite sacramento Pœnitentiæ. Prodiit Romæ apud Franciscum Cavalli 1643.

ORONTIUS JULIOBONENSIS, vulgo *de Honfleur*, in Normannia, tertii Ordinis, provinciæ S. Ivonis ter Minister provincialis, et Definitor generalis, edidit Gallice

Methodum recte, et breviter peccata confitendi, cum exercitatione quotidiana, et directione præcipuarum actionum. Item

Compendium devotionis erga B. Virginem, vulgo L'Esclavage de la Vierge. Paris. 1646.

ORPHEUS CANCELLARIUS, vide *Franciscus de Orpheis.*

OSVALDUS a LASCO Saxo Vicarius provincialis Hungariæ, edidit

Quavtam partem Rosarii operis Pelbarti a The mestav. Ulteriores circa hoc opus cogitatus mors abrupit.

OTHO COMENDEUS Andegavensis, sac. Theologiæ Doctor, edidit

Elucidatorium Franciscanum. Parisiis per Joannem Parvum anno 1459. in 8.

P

PACIFICUS NOVARIENSIS, scripsit Latine

Summam casuum conscientiæ, quam Franciscus Tarvisinus Carmelita Italice reddidit. Prodiit Venetiis apud Guerræos fratres anno 1574. et 1580. apud Joannem Baptistam Sommascum.

PACIFICUS PICENUS, primus Franciæ Provincialis a S. Francisco designatus, mirabili visione ad Religionem vocatus, propter tranquillitatem, et mansuetudinem spiritus a S. Francisco ita nominatus (*Vide to.* 1. *Annal. an.* 1212 *numero* 39.), scripsit in sæculo

Varia cantionum genera; in quibus componendis ita excellebat, ut a Frederico II. Imperatore Poetæ insignis laureau acceperit.

Quo certo anno obierit, non constat; de sepultura, et corpore ejus contendunt Veneti, Ripani in Italia, et Lensenses in Belgio.

PACIFICUS a PROVINS Gallus, Capucinus, edidit Gallice

Itinerarium ad Terram Sanctam, et Persiam in 8.

Relationem veram insularum S. Christophori, et Guadalupæ in America. in 8. Parisiis.

PADUANUS GRASSUS, sive de *Grassis* Apulus Barolitanus, Ordinis Minorum Conventualium, Theologus insignis, olim in Gymnasio domus magnæ Venetiarum Regens, in exercitatione scholastica, et Scoti disciplina totus attritus, declamator, et concionator celeberrimus, scripsit librum, quem prænotavit:

Consilium Pauli per modum dialogi collectum ex Augustino, et aliorum Patrum operibus, per compendium

dium locorum in omnibus epistolis Paulinis apparenter pugnantium, in quo Apostolum optime cum Evangelio convenire ostendit.

Libram de Ecclesiastica Republica.

Enchiridion scholasticum contradictionum Quodlibetalium Doctoris Subtilis; a Constantio Sarnano ejusdem Ordinis S. R. E. Cardinali, de quo suo loco diximus, recognitum, et ad marginem scholiis illustratum. Prodiit Venetiis anno 1544. et postea simul cum reliquis operibus anno 1583. apud Felicem Vaigrisium. Vivebat anno 1547.

B. PASCHALIS BAYLON, Laicus, seu Conversus, provinciæ S. Joannis Baptistæ in regno Valentino natus in vico *Turris pulchræ* regni Aragoniæ in Episcopatu Siguntino anno 1540. Suadentibus Divis Francisco, et Clara sibi apparentibus, fit Minorita Strict. Observ. in Conventu B. Mariæ Lauretanæ ad oppidum Monfortii. In humilitate, et obedientiæ virtute fundatus, nihil reputavit asperum, nihil difficile, quod juberetur efficere; vilissimis quibusque sui Instituti delectatus officiis, ad ima se deprimens, ad altiora ferebatur ab illo, qui humilia respicit, et alta a longe cognoscit. Sacrorum scientia divinitus accepta, de profundissimis fidei arcanis doctissime disserebat, et contradicentes aperte confundebat. Profectus in Galliam, acres habuit cum hæreticis congressus, a quibus multa passus, plerosque ad viam veritatis reduxit. Omni virtutum genere, præsertim orationis, et contemplationis exultus, frequentes excepit cœlestes visiones, et revelationes, ita ut secretas cordium sæpe penetraverit cogitationes. Pro sua fovenda pietate sincere, et pie absque magno deiectu colligit ex sanctis Patribus, plisque authoribus, additis ex sacra Scriptura locis præcipuis,

Tractatulum de veneratione, et dignitate sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ.

Præcipua mysteria vitæ Jesu Christi, cujus acta prosequitur usque ad Ascensionem in cælos.

Acta potiora Virginis Mariæ, et transitum S. Annæ ipsius genitricis.

Codex ipsius ms. propter insignes specimen paupertatis, quæ in modo scribendi, et compaginandi ex laceris chartis, et cooperimento ex panni segmentis relucet, habetur in pretio apud Hispanos in Archivio Cœnobii Elgensis, magnique fecit vir sanctissimus Joannes de Ribera Archiepiscopus Valentinus Patriarcha Antiochenus.

Obiit miraculis, et virtutibus clarus in Cœnobio Villæ Regalis regni Valentini die 17. mensis Maji anno 1592. Procuratur ejus Canonizatio, cum jam pridem a Paulo V. die 29 Octobris anno 1618. sit inter Beatos recensitus.

PASCHASIUS AURANTIUS, *d'Orangie*, Reg. Observ. Conventus Insulensis, vertit in linguam Gallicam

Sophronii Patriarchæ Pratum spirituale.

PATRICIUS CONORUS Hibernus, scripsit

Sidus Borbonicum, et paraphrasticum rationarium in idem.

Triumphum Conceptionis B. Virginis miro artificio elaboratum.

PATRICIUS FLEMINGUS Hibernus, Medensis, vir religiosissimus, suavis, placideque conversationis, absolutis studiis in Collegio Romano S. Isidori Minorum Hibernorum, transiit ad Collegium Lovaniense eorundem Fratrum, ubi Philosophiæ Professorem egit; deinde missus ad Collegium sanctæ Conceptionis B. MARLE urbis Pragensis ejusdem nationis, et Religionis, per aliquot annos Theologiam prælegit. Suæ patriæ rebus elucidandis, et Sanctorum gloriæ promovendæ totus intentus,

S. Columbani vitam, res gestas, et opuscula collegit, ad methodum redegit, notis, et scholiis illustravit; lustratis præcipuis Italiæ, Galliæ, Belgii, et Germaniæ Bibliotheeis.

Aliorum insuper *Sanctorum vitas, et opuscula conquisivit, et commentariis adauxit*, quæ in unum tomum redactu commisit Moreto typographo Antuerpiensi exeudendo, antequam Pragam proficisceretur.

Dum Praga ab hæreticis ferme obsessa in Germaniam cum Socio Matthæo Hoare proficisceretur, irruente in eum scelerata hæreticorum rusticorum caterva, quæ in Religiosos quosque obvios feraliter sæviebat, martyrio coronatus est anno 1632. Illi multis vulneribus confosso, caput bipenni discissum est; socius arbori affigatus telis transfixus est.

PASTOR de SERRA-SCUDERIO, quem alii *de Albernaco* cognominant, Gallus, Theologus Parisiensis, snæ provinciæ Minister, ex Episcopo Asisiate ad Archiepiscopatum Ebrodunensem translatus, a Clemente VI. creatus est anno 1350. S. R. E. Cardinalis, Titulo SS. Marcellini, et Petri, non vero SS. Silvestri, et Martini in Montibus tit. Equitii, uti ait Ciacconus, (*Annal. to.* 3. *an.* 1350. *numero* 5.), scripsit

De gestis suo tempore in Ecclesia memorabilibus.

Multa insuper *in sacros, profanosque libros* scripsisse *commentaria* affirmat Ciacconus in Clemente VI.

Obiit Avenione anno 1354. 5. nonas Julii, alii habent 1356. die undecima Octobris.

PAULUS AMALTHEUS a *Portu Naonc* in Foro Julii, scripsit

Poema de bello Germanico adversus hæreticos.

PAULUS BELLOVACENSIS Capuccinus habuit, et edidit

Orationem funebrem de laudibus Ludovici XIII. Galliarum Regis Christianissimi. Parisiis 1644. in 4.

PAULUS BIGUNTINUS scripsit *Tractatum* doctum, objecto sibi hoc dubio: *Quare Deus fecit peccabile genus humanum?*

PAULUS BONCAGNANUS Perusinus edidit

Sermones Quadragesimales. Incipiunt, *Cogis me Reverende Pater.*

Sermones de diebus Festivis. Incip. *In illa die stillabunt montes dulcedinem.*

PAULUS BRITIUS provinciæ S. Thomæ in Subalpinis vir doctus, celebris concionator, præcipuis prædicatæ provinciæ, et generalis Definitoris honoribus perfunctus, a Victorio Amadeo Sabandiæ Duce ad Philippum IV. Hispaniæ Regem pro rebus gravissimis legatus, et pro meritis cumulatissimis Episcopatu Albensi condecoratus, noster olim amicus; scripsit de rebus snæ provinciæ snb hoc titulo:

Seraphica subalpinæ D. Thomæ provinciæ monumenta, regio Subalpinorum Principi sacra, in quibus urbium, oppidorum, ac conventuum initia describuntur, Proceerum, ac familiarum pietas, et nobilitas commendatur, insignium que doctrina, honoribus, et sanctitate virorum gesta recensentur. Taurini apud hæredes Joannis Dominici Tarini 1647. in fol.

De progressibus Ecclesiæ Occidentalis, volumen alterum scripsisse dicitur, quod adhuc ad manus meas non perveuit.

PAULUS de CRUCE Hispanus, Lector emeritus Reg. Observ. provinciæ Conceptionis almanus, scripsit Hispanice

Con-

Centiloquium Encomiorum pro festivitatibus Sanctorum. Vallisoleti anno 1612.

Coucliones de Sanctis. Ibidem eodem anno.

Couciones Vespertinas pro tempore Quadragesimali. Ulyssipone anno 1614.

Mariale in 13. tractatus divisum, cujus ipse meminit in Centiloquio Encomiorum Sanctorum.

PAULUS GLEMONENSIS provinciæ S. Antonii, Strictioris Observantiæ, scripsit

De Legatis perpetuis relictis Fratribus Reg. Observantiæ.

PAULUS a LAUDA Insubriæ urbe, Theologus, Strict. Observ. olim provinciæ Mediolanensis Minister, postea Guardianus Jerosolymitanus, scripsit

Breviarii Romani clavicu'am, qua quicquid divinæ Scripturæ, et quot sanctorum Patrum Sermones, et Homiliæ in Breviario continentur, expedite, et ordinate aperiuntur, et demonstrantur; quo Ecclesiasticis duo patebunt: primo Breviarium jam ad solvendum Deo pensum horarium deputatum, nunc ad alium finem non minus, quam quodcunque aliud simile opus pro sermonibus componendis, amplificandis, et confirmandis esse ordinatum; secundo esse propterea veluti Bibliothecam, mole quidem parvam, virtute vero magnam, tot divinis oraculis, et pluribus Sanctorum opusculis satis instructam. Mediolani an. 1642.

Aliud prius opus edidera.t, quod *Breviarii Romani Clavicularium* appellavit, clave triplici facillime aperientem, ac inculentissime demonstrantem primo historias, exempla, aliaque memorabilia solius sacræ Scripturæ in Breviario contentæ; deinde insigniores materias Sermonum, et Homiliarum plurium Sanctorum; postremo egregia virtutum opera, et mirabilia præcipuorum Divorum in eo descripta. Opus Ecclesiasticis Prælatis, rectoribus, concionatoribus, maxime Missionariis, opportunum, et fructuosum. Venetiis typis Marci Ginamui anno 1636. in 8.

PAULUS de LUCA edidit

Symbola de Conceptione B. MARIÆ; citatur a Bernardino Bustensi sermone 6. de Concep.

PAULUS MANASSEI Italus, Interamnensis Capuccinus, edidit librum, cui titulus:

Paradisus interior, sive *Corona spiritualis, in quo per triginta tria exercitia quis assequitur praxim omnium virtutum pro consequenda perfectione Christiana.* Bononiæ anno 1637.; ad finem libelli habentur piæ protestationes Josephi de Leonessa. Vide supra *Josephus a Leonessa.*

PAULUS e MERCATELLO, Conventualium, Regens studiorum in magna domo Venetiarum, edidit

Commentaria in primum, et secundum Sententiarum Scoti.

Natus est anno 1484.; quando obierit, nescitur.

PAULUS de MESSA Hispanus, Reg. Observ. provinc. Castellæ, in cœnobio Complutensi sacræ Theolog. Professor, scripsit Hispanice

Historiam omnium, quæ in Comitiis generalibus Toleti habitis anno 1645. gesta sunt. Madriti in typographia Regia anno 1645.

PAULUS MONDELLUS de *Cilento* regni Neapolitani provincia, Reg. Observ. scripsit

Expositionem in viginti septem præcepta regulæ S. Francisci. Neapoli anno 1608.

PAULUS e PERUSIO, qui ex Doctore utriusque Juris, dum præsegeret in Academia Perusina, factus Minorita, ferme in exordio nascentis Reg. Observ. scripsit

Tractatus varios in jure Canonico, præsertim in defensionem Montis Pietatis.

Tractatum de Societatibus mercatorum, in tres partes distinctum, primam de sociis in negotio pecuniarum, secundam de pecudibus, tertiam de agricultura. Hujus diffusi, et docti tractatus habeo penes me compendium Italicum manuscriptum.

PAULUS PISOTUS Parmensis, Reg. Observ. vir in omni scientiarum genere non mediocriter peritus, totius Ordinis Minorum Generalis Ministes, electus in comitiis Parmensibus an. 1529., scripsit erudite, et eloquenter

In Threnos Jeremiæ Prophetæ doctos commentarios.

Variarum rerum reconditarum librum, cui *de mysticis* titulum præscripsit.

In Evangelia, et Epistolas, quæ per anni circulum leguntur, doctarum Homiliarum tomos duos.

Orationum sacrarum in variis concessibus, præsertim in sacello Pontificio coram sacro Senatu habitarum librum 1.

Deposito Officio propter infinitates, obiit in patria anno 1534. an. ætatis 55. nondum expleto, cui hoc epitaphium adscripsit Anonymus Minorita, qui diffinse, et rhetorice ejus vitam, et gesta narravit, dedicavitque Augustino Trivultio Cardinali magno Pauli fautori; opusculum habeo ms.

Sanguine præclaro Pisotus nomine Paulus,
Parmensis patria, religione Minor.
Officio primus, sanctis in moribus expleto,
Eloquio omnipotens, omnipotens calamo,
Ingenio celsus, virgo virtute, beatus
Hunc cœlo; jacet hoc corpore sub tumulo.

PAULUS RESINGET Germanus, edidit

Repertorium super omnia opera Alexandri Alensis. Basileæ 1502.

PAULUS cognomento *Scriptor* Reg. Observ. provinciæ et Conventus Bononiensis alumnus, scripsit

Lecturam copiosam in librum primum Sententiarum Scoti, quam edi curavit Joannes Montes-Docca Hispanus sacræ Theologiæ Magister, qui Carpi jussu Alberti Pii Principis eandem facultatem præiegebat. Prodiit Carpi apud Benedictum Dulcibellum an. 1506. in fol. Habetur ms. in Bibliotheca Minorum Miraticensi.

PAULUS SUEVUS Willensis, edidit

Explanationem in primum Scoti, impressum Tubingæ anno 1498. Scripsit etiam

Summulas Logicæ, quæ cum aliis multis ejus operibus interiisse putantur.

Pro veritate exilium passus triennio, rediens obiit Keisempergæ anno 1504.

PELBARTUS OSVALDUS Temesvariensis, Temesvar civitas est non procul a Transilvania, a Turcis nunc possessa; vir in sacra Scriptura egregie versatus, insignis concionator, scripsit volumen sat grande prænotatum:

Aurem sacræ Theologiæ Rosarium, juxta quatuor Sententiarum libros quadripartitum, ex doctrina Doctoris Subtilis, et D. Bonaventuræ, atque aliorum sacrorum Doctorum. At ultimum librum istorum quatuor, nondum Pelbarti morte absolutum, supplevit Osvaldus a Lasco, provinciæ Hungariæ, Pelbarti alumnus. Porro cum hoc opus antea prodiisset, postremo quoque fuit Venetiis excusum anno 1586. et 1589. apud Vincentium a Prato sumptibus Petri Mariæ Marcheti tomis quatuor, deinde rursus an. 1594. Brixiæ.

Ser-

Sermones de Tempore, Dominicales, ac de Sanctis, qui Parisiis olim prodierunt apud Franciscum Regnaut.

Quadragesimale triplex.

Stellarium B. Virginis; quod universum opus vocant *Pomerium sermonum;* editum olim Haganoæ in Germania anno 1475. postea Venetiis apud Antoninum Bertoninum anno 1536 in 4. Sermonum istorum partes, et initia hæc sunt :

Sermonum de Tempore pars hyematis. Quoniam prope.

Pars æstivalis. Homo quidam fecit.

Sermonum de Tempore pars hyemalis. Similis pœna servus cum Domino.

Pars destiralis. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus.

Stellarium Coronæ beatæ Virginis. Quoniam ut ait beatissimus ille Gregorius.

Quadragesimale de Pœnitentia. Circa partem autem.

Quadragesimale de vitiis. Tu autem cum jejunas.

Quadragesimale de præceptis Decalogi. Quia nempe dictante Philosophorum principe.

Atqui ejusdem *Stellarium Coronæ,* ut habet inscriptio, *gloriosissimæ Virginis,* ipsius laudibus ut solaribus radiis circumfulgens, et subtilissimis quæstionibus, earumque solutionibus refertum, Venetiis etiam anno 1587. impressum fuit.

Prodierunt insuper ejus *commentaria* in Psalmos Haganoæ apud Henricum Gran anno 1504.

Claurit anno 1500. sub Alexandro VI. Summo Pontifice.

PEREGRINUS BONONIENSIS, vir plus, et bonus, scripsit ad Gondisalvum Hispanum Generalem Ministrum (*Vide Annal. an.* 1305. *numero* 12.)

Chronica de rebus notabilibus Generalium, qui Gondisalvum præcesserunt, quæ *Chronica Peregrini* tuto nomine appellantur.

Vixit sub annum 1310.

PETRUS de ABREU, sive de *Abergo,* Hispanus provinciæ Beticæ Lector emeritus, scripsit

De verbis a B. Virgine MARIA prolatis tomum I. Gadibus 1617. in fol.

Super canticum Magnificat. Ibidem eodem anno.

Super canticum trium puerorum. Ibidem apud Clementem Hibalgum anno 1610.

PETRUS de ALAVA edidit Hispanico librum, quem inscripsit

Doctrinale satisfactorium Fratrum Minorum. Madriti 1601. in fol. prodierat autem in 4. an. 1598.

PETRUS de ALBA et ASTORGA Hispanus, Lector emeritus, supremi Consilii S. Inquisitionis Qualificator, et provinciæ duodecim Apostolorum de Lima Pater, simul cum aliis opus edidit pro tuendo titulo *Immaculatæ Conceptionis,* de quo vide verbo *Gaspar de Fonte.*

B. PETRUS de ALCANTARA vir sanctissimo simul admirandæ pœnitentiæ, Strictioris Observantiæ cultor, et propagator; S. Teresiæ a sacris consiliis, et confessionibus, ob insignem virtutem, notumque vitæ sanctimoniam in Beatorum numerum relatus, scripsit Hispanice egregium libellum

De Oratione, et Meditatione, ubique receptissimum, et in omnes ferme linguas Europæas translatum. Illud ex Hispanico in Latinum transtulit Antonius Dulkenius Carthusianus. Prodiit Ulyssipone an. 1560. Salamanticæ 1578. Burgis apud Juntas anno 1579. Caesaraugustæ apud Petrum Gal. anno 1623. et alibi multoties.

Obiit Petrus sanctissime anno 1562. die 18 Octob. Arcuis.

PETRUS ALEXANDER CASTILLEJO Hispanus, Reg. Observan. provinciæ Angelorum alumnus, post aliquot annos in Collegio sanctorum Petri, et Pauli Complutensi humanis divinisque litteris non infeliciter detritos, Philosophiam, et Theologiam non mediocri disciplinarum fructu prælegit; deinde ad sacras explicandas Scripturas se totum convertit, atque cum præ cæteris sacrorum Bibliorum libris integros quatuor Evangelistarum codices memoriter sciret, et in promptu haberet, uti ipse in operis prooemio fatetur, ac linguas Græcam, et Hebraam optime calleret, scripsit

In Evangelicam Harmoniam, ex quatuor Evangeliis concinnatam litterales, et mysticos commentarios, in duas centurias divisos. Opus est certe doctum, et grave, præsertim illgilissimum, quatuor tomis distinctum, quod apud me habeo, addito quinto, qui ex variis Indicibus consurgit. Si aliquando Deus otium, subsidiumque contulerit, communis efficiam juris, propterea a Reverendiss. P. Benigno Genuensi, illum Minister esset Generalis, ex Hispania translatos, et mihi traditos. Duo sunt exemplaria, autographum ipsum lectu difficile, et aliud meliori scriptum charactere, sed Scriptoris vitio multis ubique *locum* erroribus, et mendis scatens Orthographiæ.

PETRUS ALVERNUS, scripsit

Quæstiones Quodlibetales, quæ Patavii extant mss. in Bibliotheca D. Antonii.

Quæstiones etiam scripsit *in Metaphysicam.*

PETRUS ANTONIUS ROSINUS Italus, Ferrariensis Conventualium sacræ Theologiæ Magister, insignis Poeta Latinus, et Græcus in decantandis versibus Lyricis et Epicis peritissimus, scripsit

Epigrammata varia.

Grammaticam nomm.

Orationes diversas.

De modo scribendi Epistolas.

De Arte Rhetorica.

Habentur mss. in Bibliotheca Conventualium Ferrariæ.

Obiit Adriæ anno 1614.

PETRUS AQUILANUS, cognomento *Scotellus,* honorario nomine dictus *Doctor sufficiens,* in doctrina Scoti egregie versatus, Episcopus S. Angeli, scripsit

Quæstiones in quatuor Sententiarum libros juxta ejusdem Scoti doctrinam, quæ Constantii Cardinal. Sarnani, de quo supra diximus, tunc in Patavino Gymnasio Regentis opera prodierunt Spiræ apud Petrum Drach anno 1489. atque iterum Venetiis anno 1584. apud Hieronymum Zenarium, et fratres. Habentur mss. in Bibliotheca nostra Arvecedi.

Compendium super Magistrum Sententiarum, cujus operis a superiore diversi initium est, *In ista prima distinctione.*

Librum dictum *Scotellus,* in quo non tantum ad Scoti subtilitates, sed etiam ad D. Thomæ, reliquorumque scholasticorum doctrinam sternitur via. Parisiis anno 1585.

Commentaria in libros Aristotelis de Anima. Incipiunt, *Anima nascitur sicut tabula rasa.*

PETRUS AURELIUS de *Verberia,* sive *Vernueria,* ad Elium Fluvium in Gallia, S. Theologiæ Magister, publicus Academiæ Parisiensis professor, provinciæ Aquitaniæ Minister, Archiepiscopus Aquensis, quem aliqui Cardinalem insuper efformant, de quo nostrum alias (*Anno* 1316. *numero* 6.) protulimus judicium, a claritate, et perspicinitate ingenii dictus *Doctor facundus.*

dus. Eum Sixtus Senensis appellat *virum omnium scientiarum peritia clarissimum, et singularem concionatorem ad summam usque admirationem.* Scripsit autem

Breviarum Bibliorum, quod incipit, *Venite, ascendamus ad montem Domini.* Extat ms. in Bibliotheca Minorum Toletana. Fuit liber scriptus anno 1345.

Compendium Theologiæ in octo libros partitum.

Commentarios in quatuor libros Sententiarum, Romæ impressos in typographia Vaticana anno 1595. opera Fr. Constantii Cardinalis Sarnani Clementi VIII. dicatos. Commentaria in secundum labentur mss. in Biblioth. nostra Aræcœli.

De Conceptione beatæ Mariæ librum 1. Habetur ms. Tolosæ in Collegio Fuxensi.

Librum, qui inscribitur, *Rosæ distinctiones.*

Sermones de Tempore.

Tractatum de paupertate, et usu pauperæ rerum. Extant hæc ejus scripta in Conventu Sagiensi custodiæ Normanniæ, et citantur sæpe in Summa Angelica.

Jam vero cum ejus *Breviarium Bibliorum* ejusmodi sit, ut qui illud legerit, uberem fructum inde sit capturus, ideo testimonium Georgii Ederi, qui vir hoc in genere scribendi laboravit egregie, hic adtexam. Inquit autem: « Copi ile sacrorum Bibliorum « artificio summatim explicando diligentius inquirere, « in qua cogitatione, cum diutius, ut par erat, mul- « tumque versatus essem, en mihi non fortuito, sed, « quod constanter credo, non absque Dei quodam nutu « in manus venit liber vere aureus conscriptus pri- « mum a probatissimæ opinionis, et sanctitatis viro « Petro Aurvolo, postea vero a doctissimo viro Jacobo « Wimphelingo, magno Germaniæ Theologo, Domino « Joanni Eckio dicatus, qui quod toties mihi evenire « optarum, prima statim fronte polliceba tur, videlicet « Compendium Bibliorum utriusque Testamenti, atque « adeo totius sacræ Scripturæ epitomen. Quo semel, « ac iterum perlecto magna cum voluptate cognovi « divinum hunc virum illud prorsus ipsum, quod olim « apud Ciceronem Crassus de ipsa Jurisprudentia « proponit, in hac nostra Theologia Christiana non « tantum pari dexteritate constare, sed majori etiam « laude assecutum fuisse, quam ab illo fere potuerit « expectari. Nam sacrosanctum illud divinæ Scripturæ « corpus fere totum in suas primum partes, ipsas deinde « partes in ipsos libros, hos in capita, sive genera, « capita vero in versiculos tanquam generum species, « et tandem versiculos in singula sæpe paulo gra- « vioris ponderis verba tanquam specierum differen- « tias tanto artificio partitus est, ut tam hujus terræ « nec, quam illius æterna, et immortalis Ecclesiæ for- « mam, atque adeo Bibliorum non summam tantum « comprehendisse, sed etiam artem quandam tradidisse « videretur. Mirabar profecto vehementer, utilissimum « hoc opus nostris homiubus adeo esse incognitum, « quod fere nullam antea audivissem neque authoris, « neque libelli tam excellentis fieri mentionem, qui « dignissimus erat, meo quidem judicio, ut eum exer- « citatissimus aliquis Theologus, quasi postliminio re- « ductum in perfectionem paulo restituerel formam, et « summis illustraret eloquentiæ viribus. » Hæc Georgius Ederus initio Oeconomiæ Bibliorum ad studiosum Lectorem. Et quod hic optavit, Stephanus Novellctius Theologus Parisiensis præstitit, recognovit, ne tabulis analyticis illustratum emisit Parisiis anno 1581. Prodierant ante hoc tempus multis in locis, Venetiis præsertim anno 1571.

PETRUS BARAONA de *Valdivielso*, Hispanus, scripsit docte

De Arcano Verbo. Mulriti 1595.

Commentarios in salutationem Angelicam. Salamanticæ anno 1596. in 4.

De hospitio S. Francisci, et remuneratione benefactorum. Mulriti anno 1609.

PETRUS BARON Hispanus, Strictioris Observ. provinciæ S. Joannis Baptistæ in regno Valentiæ, Guardianus Cœnobii S. Onuphrii urbis Xativensis jussu Blasii de Aybar Ministri provincialis dedit ad Benignum Gennensem Ministrum generalem

Historiam prædictæ provinciæ. Habeo penes me ms.

PETRUS BELLOCHIUS Arcolitanus, Strictioris. Observ. provinciæ Marchiæ sacræ Theologiæ, et utriusque Juris peritus, olim Commissarius Visitator Reformatorum provin. Bononiensis, nunc Pœnitentiarius Basilicæ Lateranensis, quod officium ferme septuagenarius adhuc per annos nudecim exercet, varia scripsit Latine, et Italice, quorum aliqua jam sunt exensa, alia prelo parata. Ea sunt.

LATINE.

Praxis Moralis Theologiæ, de Casibus reservatis Archiepiscopis, et Episcopis Piceni, in qua juxta consuetudinem earumdem quid in singulis diœcesibus sentiendum sit, clara, et facili methodo declaratur. Venet. apud Jacobum Sarcinum anno 1627.

Compendium totius praxis Moralis Theologiæ de Casibus reservatis Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis provinciarum Piceni, Venetiarum, Bononiæ, et Umbriæ, nonnon Prælatis Regularibus, quorumcumque Ordinum.

Tractatus de Confessariis Sanctimonialium quocumcumque Ord. Religiosorum, et de illarum clausura.

Aphorismi legales, seu Axiomata universi Juris Canonici, et Civilis serie alphabetica perbelle digesti.

Promptuarium pro Confessariis Prælatorum, et Principum Christianorum.

Praxis moralis Theologiæ, de Casibus reservatis summo Pontifici Romano in Bulla Cœnæ Domini, Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis cunctarum Civitatum omnium prov. totius Orbis Christiani.

Collectanea omnium Epistolarum Decretalium cunctorum Summorum Pontificum a sancto Petro usque ad Innocentium X.

Novissima omnium Summarum Summa generalissima quorumcumque auctorum, qui usque ad hæc tempora de Casibus Conscientiæ scripsere, serie alphabetica luculenter ea omnia, quæ ad munus Confessariorum recte subeundum, et pœnitentium utilitatem pernecessaria sunt, exacte complectens.

Nova Collectio variarum Sententiarum divinæ Scripturæ, nec. Conciliі Tridentini, sacrorum Canonum, Juris Canonici, et Civilis, sanctorum Patrum, et Philosophorum, ac Poetarum.

ITALICE.

Varii esercitii spirituali, ne i quali deve occuparsi qualsivoglia Christiano, tanto persona secolare, quanto Religiosa, che desideri caminare per la via della perfettione. Sive, *Exercitia spiritualia pro quibuscumque ad perfectionem aspirantibus.* Venetiis apud Jacobum Sarvinum anno 1623.

Canto devotissimo della Beatissima Vergine MARIA vera Madre de Dio a Giesù Christo suo dolcissimo

simo figliolo, mentre bambino giaceva nella cuna. Sive, *Cantus devotissimus B. Mariæ Virg. ad puerulum Jesum in cunis jacentem.* Pisauri apud Joannem Panlum Gotti anno 1647.

San Francesco expositore della sua S. Regola a beneficio commune de' Frati di tutta la sua Seraphica Religione. Sive, *Regulæ Minorum sancti Francisci expositio.*

Scala spirituale per ascendere facilmente alla gloria del Paradiso. Sive, *Scala spiritualis, per quam facillime ad cælum ascenditur.*

Proverbiario curioso, ove con ordine alphabetico si descrivono varii, e diversi detti sententiosi, da quali si possono cavare bellissimi, et utilissimi documenti per vivere christianamente. Sive, *Proverbiarium delectabile ordine alphabetico digestum, ex quo demmi possunt variæ sententiæ, et salutaria documenta pro iis, qui Christiane vivere satagunt.*

Rappresentatione vaga, e divota, nella quale si narra la conversione di Polidoro peccatore nefandissimo alla vera via del cielo mediante la divina gratia, suo Angelo Custode, elemosine, et orationi fatte da sua moglie, donna santissima. Sive, *Polidori Comœdia, in qua narratur hominis sceleratissimi mira conversio, Dei gratia, Angelo Custode, et uxoris intercedente pietate.*

Affettuose ammonitioni, et instruttioni alle Donzelle secolari, che vogliono farsi religiose, et alle Novitie, e Monache professe, tanto dell'Ordine di santa Chiara, quanto di qualsivoglia altra Religione, che bramano vivere puramente in gratia di Giesù Christo loro diletto sposo. Sive, *Admonitiones, et instructiones pro puellis sæcularibus, quæ cupiunt transire ad statum Religiosum, et pro Novitiis, et Sanctimonialibus professis sanctæ Claræ, necnon aliorum Ordinum, quæ desiderant in puritate spiritus suo Sponso Jesu Christo complacere.* Prodierunt hoc an. 1650. quo iste Catalogus Scriptorum excudit., Romæ apud Joan. Petrum Collignum.

PETRUS BERGERIUS Segusianus Gallus, Conventual. sac. Theologiæ Magister scripsit

Breviarium historiæ Seraphicæ, omnia complectens, quæ ad tres Ordines a sancto Francisco institutos pertinent. Vapincі apud Melchiorem Dalmatium an. 1631. in 4.

PETRUS de BLANSACO scripsit

Sermones Dominicales, qui asservantur mss. in Bibliotheca Minorum Mirapicensi.

PETRUS a S. BONAVENTURA Hispanus, provinciæ S. Jacobi, Magister Complatensis, antequam initiaretur, scripsit

Librum de Oratione mentali.

Vixit an. 1611.

PETRUS de BOVES Gallus, sac. Theolog. professor, Reginæ Franciæ, inquit Willotus, licet non exprimat cujus, a sacris Confessionibus, composuit

Sermones aureos. Parisiis an. 1521.

Directorium præcipuarum Quæstionum Theolog. certo Indice adhibito.

Commentaria in primum Sententiarum. Habetur ms. Asisii.

Quiescit in ara Capitulari magni Conventus Parisiensis, insignibus Pontificiis ejus imagini lapidi incisæ insculptis.

PETRUS CABEZUDO Hispanus, ex oppido Zuagæ, vir doctus, Commissarius sancti Officii in provincia novi regni Granatensis, præsertim in civitatibus Tuya, et Chillæ, reliquit posteris prælo parata hæc monumenta:

Libros quatuor de virtute patientiæ, et victoria, quam præstat in tribulationibus.

Libros sex de malitia, et perniciosis effectibus peccati. Asservantur nitido charactere scripti in Cœnobio S. Mariæ de Pietate oppidi Guadalcanali prov. Angelorum.

PETRUS CALO Venetus, ex oppido Clodiensi, quem Georgius Vicellius, et Antonius Possevinus nostri faciunt Instituti, ego tamen Dominicanum putaverim, scripsit

De vitis Sanctorum duo ingentia volumina, quæ mss. in Bibliotheca Dominicanorum Bononiæ asservantur. Videndus Joannes Bolandus in præfatione generali ad vitas Sanctorum § 4.

PETRUS de CAMPOPOLITO Gallus, Regul. Observ. Theologus, Episcopus Pamphilicusis, et Archiepiscopi Ebrodunensis suffraganeus, scripsit

De excellentia Seraphicæ Religionis, sive *Thesaurus Regularem, et historialem Ord. Minorum.* Ebreduni apud Stephanum de Prato 1640. in 4.

In varios libros sacræ scripturæ.

PETRUS de CANADA, sive de Cañedo, Hispanus, provinciæ S. Jacobi, sacræ Theologiæ professor, scripsit

Summam casuum conscientiæ, sive *Compendium Sacramentorum.* Salamant. 1542. in 8.

Vixit anno 1587.

PETRUS de CANDIA, vide in verbo *Alexander V.* et Platinam in brevi, sed uberi ejus vita.

PETRUS CAPULEUS Episcopus Conversanus, edidit

Commentaria in prim. et secund. Sentent. D. Bonavent. tom. 2. in fol. 1624.

PETRUS CASCALES Hispanus, Reg. Observ. prov Castellæ, egregius Prædicator, et sacræ Theologiæ professor, cujus viri, et quidem prudentissimi, opera usus est Philippus II. pro vendicando sibi regno Lusitaniæ a multis Principibus juxta varios titulos prætenso, scripsit

Sermonum eorumque quatuor magna volumina, quæ habeutur mss. in Bibliotheca religiosissimi Cœnobii S. Mariæ de Saliceto.

PETRUS de CASTILLIONE Italus, scripsit

Brevem lecturam in libros Sententiarum scriptam in Universitate Conymbricensi.

Quodlibeta pro eurso suo in eadem Universitate, quæ absolvit die 28. Junii anno 1453. uti habetur in fine magni codicis mss. in fol. qui asservatur in Biblioth. Minorum Varesii apud lustrum.

PETRUS de CASTROBEL, scripsit

Commentarios in varios libros Philosophorum. Herdæ an. 1489.

Commentarium in Symbolum Athanasii. Pampilonæ in 4.

PETRUS de CETINA Hispanus, Strict. Observ. provinciæ S. Gabrielis, Cœnobii Cauriensis Guardianus, sacræ Theologiæ Lector, et Definitor, jubente Francisco a sancto Laurentio Ministro Provinciali, dedit ad Bonignum a Genua Ministrum generalem

Historiam prædictæ provinciæ. Deinde jussu Francisci Tauci etiam Ministri misit ad Bernardinum Senensem præfati Benigni successorem

Memoriale, sive brevem historiam omnium Patrum, qui in prædicta provincia litteris, vel pietate ab an. 1599. usque ad 1623. floruerunt. Utrumque habeo apud me ms.

PETRUS CHAMPOLINUS, Gallo-Forensis Capucinus, interpretatus est

Regulam Fratrum Minorum juxta S. Francisci mentem,

mentem, et totam suam perfectionem. Prodiit Ruessii sumptibus Chaustrianis anno 1646. in 8.

PETRUS CITUS e MATERA, Italus, Capuccinus, provinciæ Hydruntinæ, cecinit Italice

Poema sacrum de Virgine sagittata. Licii apud Petrum Michaelem, et Nicolaum Franciscum Brustum anno 1643.

PETRUS e COLLE, Tentonicus, Basileensi Concilio interfuit, et scripsit

De autoritate Concilii.

Quæstiones notabiles in Magistrum Sententiarum.

Sermones varios.

PETRUS CORREA Hispanus, provinciæ Algarbiorum, scripsit librum, quem intitulavit:

Conspiratio universalis septem riliorum contra virtutes. Ulyssipone apud Petrum Crasbeck an. 1615.

Speculum vitæ. Ibidem 1639.

Triumphos Ecclesiasticos. Ibidem 1615.

Triumphum Sanctorum. Eboræ anno 1623.

PETRUS CRABBIUS, quem perperam Joannes Baptista Gramayus in sua historia Mechliniensi *Scabbium* appellat, Mechliniæ natus, ibi, aliisque in locis sæpe Guardianum egit, veterum monumentorum diligentissimus investigator, de Republica Christiana benemeritus, ab Apostolorum temporibus ad usque suam ætatem ex vetustissimis diversarum regionum Bibliothecis quæ potuit invenire, collegit

Concilia Oecumenica, et Provincialia, tomis duobus, quos ad quatuor auxit Laurentius Surius, cujus de Petro ad Philippum II. Hispaniarum Regem tom. I. hæc sunt verba: *Annis superioribus multo labore, et sudore ex diversis Bibliothecis, quidquid Synodorum haberi potuerat, collegit, atque in unum corpus tum Synodos, tum Epistolas Pontificum decretales redegit, unoque digessit ordine vir doctus, et pius Petrus Crabbe apud Mechlinium professione Franciscanus, videlicet gratificaturus tum studioso Lectori, tum Reipubl. Christianæ, qui non erat nescius quantum in labor compendii, et utilitatis esset allaturus, etc.*

Tomi duo Crabbii fuerunt Coloniæ primum excusi anno 1538. apud Petrum Quentel, qui tamlem multorum opera, et successivis incrementis ad novem pervenerunt.

Mortuus est in patria anno 1554. die trigesima Augusti, ætatis octuagesimo tertio.

PETRUS de CRUCE Lusitanus, Conventualis, scripsit

De Entibus rationis ad mentem Scoti.

Anti-Minorica pro Clarissimis. Venetiis an. 1501.

PETRUS FABER, scripsit Gallice

De gratia, et operibus Spiritus sancti.

PETRUS FERMOSELUS Hispanus, provinciæ Bæticæ, Guardianus Hispalensis, edidit

Commentaria in Logicam Francisci Titelmani. Hispali 1555.

PETRUS FORTIS, vide *Joannes Petrus.*

PETRUS FOSSECHIUS Italus, Ord. Min. Conveut. scripsit

Commentaria in Antiphonam majorem: Salve Regina. Ticini anno 1604.

PETRUS FRANCISCUS VERCELLENSIS, Regularis Observantiæ, provinciæ Mediolanensis, in sacris Canonibus eruditus, multis annis in Ecclesia Archiepiscopali Mediolanensi Pœnitentiarii functus officio, scripsit

Lecturam in Summam Francisci Cardinalis Toleti.

Lecturam in quosdam tractatus, sive titulos Summæ Angelicæ. Extant mss. in Bibliotheca cœnobii Viriduarii, sive *del Giardino,* Mediolanensis.

Commentarios in tertiam Regulam S. Francisci.

PETRUS GALATINUS Apulus, provinciæ S. Nicolai, Reg. Observ. Minister, vir Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, et Latinæ linguæ peritum peritus, Philosophiæ, et Theologiæ professor, L. Paccio sanctorum Quatuor Coronatorum Cardinali familiaris, Pœnitentiarius Apostolicus, cum Joannis Capnionis Maximiliani Imperatoris Consiliarii operibus contra Judæos scripsit quidam detrahentes, prædictorum Cardinalis, et Imperatoris hortatibus, et Leonis X. nutu Capnionis suscepit defensionem. Scripsit itaque

De Arcanis Catholicæ veritatis, opus perquam utile Reipub. Christianæ, summopere commendatum, ex Thalmud, aliisque libris Hebraicis excerptum, Maximiliano Imperatori dicatum, Barii scriptum, Orthonæ maris impressum per Hieronymum Suncinum an. 1518. Possevinus monet, quod hujus libri pleraque pene omnia præter Cabalistica legebantur in *Victoria* Porchetti. Porchettus porro hic ex familia Salvaticorum, Gennensis, Ordinis Carthusiani scripsit librum contra Hebræos, quem prænotavit *Victoriam,* et Augustinus Justinianus Ord. Prædicatorum Episcopus Nebiensis edi curavit Parisiis anno 1520. biennio postquam prodiit opus Galatini. Atqui in hac Porchetti *Victoria* habentur etiam Thalmudica, et Cabalistica frequentissime, quin et hæc etiam, materiamque sui compilandi libelli se accepisse a Raymundo Martino Catalano Ord. Prædicatorum, qui intima quæque Hebræorum penetralia vestigavit fatetur Porchettus in sui libri præfatione. Quo autem tempore floruerit Porchettus, neque Justinianus, qui opus edidit, neque Possevinus, qui scriptores Ecclesiasticos recensuit, neque Theodorus Petrejus, qui Bibliothecam Carthusianam edidit, enarrant. Raymundi etiam ætas a Possevino, et Antonio Senensi tacetur. Quis, quid, et a quo acceperit, prorsus incompertum. Et quidem Galatinum versatissimum in Hebraico, et Chaldaico idiomate, Hebræorumque libris, et arcanis fuisse, universa ejus opera testantur, atque ex ipsis fontibus ad convincendos Hebræos doctrinam haurire potuisse, ejus ingenium, et singularis in hujusmodi rebus peritia facile persuadebunt.

Opus insigne *de Theologia* in quinque partes distinctum, quarum subdivisionem in libros, aut tractatus hic subjiciemus, ut lectori innoteseat, de quibus rebus in singulis partibus tractaverit. Habentur etiam in initio cujusque partis Indices capitum, quæ sub unoquoque libro continentur, quos nos, etsi scitu utiles, tædio vitando præteremisimus.

Prima pars, quam Paulo III. Pontifici Maximo dedicaverat, sex continet libros.

Primus est *de Deo absolute.*

Secundus *de divinæ essentiæ unitate, et attributis.*

Tertius *de divinarum personarum Trinitate.*

Quartus *de divina scientia, præscientia, et prædestinatione.*

Quintus *de divina voluntate.*

Sextus *de divina potentia.*

Secunda pars Rodulpho pio Cardinali Carpensi nuncupata sex itidem habet libros.

Primus est *de mundi auctore.*

Secundus *de cælo empyreo.*

Tertius

Tertius *de Angelis*.
Quartus *de dæmonibus*.
Quintus *de dæmonum potestate*.
Sextus *de materia prima*.

Tertia pars, quum nulli dicarat, sicuti neque reliquos sequentes, quatuordecim constat libris.

Primus est *de luce primo die creata*.
Secundus *de cælo crystallino*, seu *primo mobili*.
Tertius *de firmamento*, seu *octava sphæra secundo die producta*.
Quartus *de planetarum cælis*.
Quintus *de elementis, eorumque sphæris*.
Sextus *de aquarum separatione, et viridis apparitione tertio die facta*.
Septimus *de iis, quæ quarto die facta sunt*.
Octavus *de stellarum actionibus, et potestate*.
Nonus *contra Astrologos prognosticantes*.
Decimus *de fato*.
Undecimus *de divina providentia, et ejus effectibus, uti et de casu, et fortuna*.
Duodecimus *de animalibus brutis quinto die ex aqua productis*.
Decimustertius *de animalibus sexto die ex terra factis, deque hominis productione*.
Decimusquartus *de Dei imagine, ad quam homo factus est*.

Quarta pars dividitur in tres tractatus, et singuli tractatus subdividuntur in varios libros.
Tractatus porro sunt.
Primus *de statu innocentiæ*.
Secundus *de humanæ naturæ lapsu*.
Tertius *de auxiliis contra lapsum miseriam*.

Primus tractatus hos habet libros.
Primus est *de terrestri paradiso*.
Secundus *de Adæ cognitione*.
Tertius *de Evæ ex Adæ costa formatione*.
Quartus *de filiorum procreatione*.
Quintus *de status innocentiæ immortalitate*.

Secundus tractatus habet istos.
Primus liber agit *de Dei præcepto, diaboli tentatione, Adæ peccato, et panis eidem, Evæ, et serpenti inflictis*.
Secundus *de pœnis, quibus Adæ posteritas propter ejus peccatum punita est*.

Tertius tractatus his libris comprehenditur.
Primus agit *de libero arbitrio*.
Secundus *de gratia*.

Quinta pars dividitur in libros tredecim.
Primus *refutat errores improbantium Christi divinitatem*.
Secundus agit *de æterna Christi generatione*.
Tertius *de Filii Dei Incarnatione*.
Quartus *de congruitate Incarnationis Verbi*.
Quintus *de modo Incarnationis Verbi*.
Sextus *de causa efficiente Incarnationem*.
Septimus *de causa meritoria Incarnationis*.
Octavus *de cooperatione B. Virginis ad Incarnationem*.
Nonus *de persona assumente, et natura assumpta*.
Decimus *de Filii Dei prædestinatione*.
Undecimus *de cultu latriæ Christo exhibendo*.
Duodecimus *de perfectionibus animæ Christi*.
Tertiusdecimus *de merito Christi*.

Summum hanc non absolvit morte præventus, eam namque, uti ipse in epistola nuncupatoria secundæ partis ad Cardinalem Carpensem refert, in decrepita scripsit ætate, quare de Sacramentis, de visione beatifica, de quatuor novissimis, aliisque, quæ dicenda proposuit, nihil scripturn reliquit. Alia insuper composuit opera:

Commentaria lucubrantissima in Apocalypsim Joannis, Carolo V. Imperatori dicata. Incip. *Expositurus ad verum, proprinmque sensum*. Citat ista Commentaria in epistola dedicatoria primæ partis veræ Theologiæ ad Paulum III. Summum Pontificem. In epistola autem nuncupatoria horum Commentariorum valde laudat Cardinalem Quiñonium tit. S. Crucis Presbyterum ex Minoribus assumptum.

Opus singulare *de Ecclesiæ Catholicæ institutione, deformatione, et reformatione, in quatuor volumina distributum*. Prima pars *De Ecclesia instituta;* incipit, *De Ecclesia Christi*. Secunda *de Ecclesia destituta;* incip. *prima pars operis de Ecclesia destituta*. Tertia *de Ecclesia restituta;* incipit, *Quamquam de Ecclesia restituta in nostris opusculis multa incidenter, ac sparsim diximus*. Hæc autem opuscula sunt:

Tractatus *de recta sacræ Scripturæ interpretatione*, dictus *Ostium apertum*. Incipit, *Quoniam voluntas*.

Tractatus alter *de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento*, quem anno 1532. Francisco de Angelis, sive Quiñonio Cardinali Minoritæ supra nominato dedicaverat. Incipit, *Inter cætera omnia Christianæ fidei Sacramenta*.

Opusculum *de Anima intellectiva, ad Cardinalem Rodulphum Pium Carpensem*. Incipit, *Disputari de Anima*.

Alterum *de homine, ad eundem Cardinalem*. Incipit, *Cum in superioribus nostris tractatibus*.

Tertium *de septem Ecclesiæ temporibus, et statibus, ad Cardinalem Quiñonium*. Initium est, *Septem esse principalia Ecclesiæ tempora*.

Quartum *de cognoscendis pestilentibus hominibus* ea potissimum tempestate regnantibus, deque refellendis eorum versutiis, ad Andream de Valle tit. S. Priscæ presbyt. Cardinalem, Ord. Minor. Protectorem. Incipit, *Quoniam mala, quæ ignorantur*.

Quintum *de Angelico Pastore*. Incip. *Etsi multa in libris*.

Sextum continet *Expositionem cujusdam vaticinii Romani subobscuri*.

Septimum scripsisse *de vaticiniis Methodii, S. Cataldi, et B. Cyrilli*, mihi constat ex prefatione sexti opusculi.

Octavum etiam composuisse *de optimi Principis diademate* ad Ferdinandum Regem Catholicum, suaque manu illud tradidisse in adventu Regis ad regnum Neapolitanum, ipse recenset in epistola nuncupatoria expositionis ad Apocalypsim Carolo V. Ferdinandi nepoti directa.

Duo hæc posteriora opuscula videre non potui: reliqua omnia habeo ms. diligenter a me in nostro Archivio asservata, olim mihi tradita a Laurentio Mongiojo Galatino Archiepiscopo Lancianensi, mox Episcopo Puteolano, hujus nostri Petri pronepote. Autographum habetur in Bibliotheca Vaticana, ex quo ista omnia curavit transcribi Mongiojus an. 1610. Pauli V. permissu. Ea, si Deus vitam, et opem largiri dignabitur, aliquando dabimus in lucem, additis qui-

quibusdam in locis notis necessariis. Non omnibus omnia placebunt. Multa habet de Thalmudicis commentis, aliqua de arte Cabalistica, plurima de Pastore Angelico, ab Amadeo Hispano, cui fortassis plus æquo tribuit, excerpta, et aliquanto liberius in reformatos Ecclesiasticorum mores invehitur.

PETRUS GALLISARDUS Galins, egregius Theologus, scripsit

Librum, in quo ex divina Scriptura *in optimam methodum, atque in compendium redegit Decalogi explicationem, quæ per tabulas objecta oculis suamam peccatorum, et cupita casuum conscientiæ facile repræsentat.*

Libros S. Augustini de doctrina Christiana Gallice reddidit. Lugduni apud Benedictum Rigaudum anno 1578.

PETRUS GALTERIUS provinciæ Aquitaniæ, scripsit Tolosæ

Commentaria in Genesim.

PETRUS a GANDAVO Laicus, provinciæ Flandriæ filius, etsi non eam doctrinam habuit (*Vide to.* 8. *Annal. an.* 1522.), quæ in Academiis requiritur, ea certe abundavit, quæ de cœlo demittitur, idque ita ut magni viri partes apud Indos obtinuerit, nam hic ex tribus illis fuit, qui primi novam Hispaniam cum Ferdinando Cortesio adierunt. Mexici puerorum Gymnasium exercendis luculis illis ingeniis erigendum curavit. Anno salutis 1572. toleratis 50. annorum in colenda Indorum vinea laboribus, Mexici in sæculo S. Josephi Conventus Minorum extenuatum corpus sepelitur. Si sacros Ordines suscipere voluisset, Archiepiscopus Mexicanus fuisset, invitatus ab Imperatore Carolo V. Scripsit

Catechismum pro eruditendis pueris Indorum.

Epistolas varias, et multas ad Patres Flandriæ, adhortans ut opera sua in tam vbere segete adesscent, eoque, ubi tam copiosus sese offerebat animas Christo incrandi campus, sese conferrent.

Hunc symbolum, *Non metentis, sed serentis.*

PETRUS GODEFRIDUS tertii instituti S. Francisci in Belgio Minister generalis in capitulo Zeperensi electus, et Pater Conventus Audarturiensis, designatus Suffraganeus Archiepiscopatus Camerucensis, incredibile, quanta animi verecundia, et humilitate onus illud recusarit. Opus enim illud erat plane indoli suæ, et innato sibi pudori contrarium. Bis Romam vidit in negotiis sui Ordinis. Multa prudenter constituit, multa tum ad domesticos, tum ad exteros utilia excogitavit, dixit, fecit, et ab aliis fieri curavit. Fratribus integritate vitæ erat exemplo alienis admirationi, omnibus adjumento. Scripsit

Concionem de Resurrectione Salvatoris nostri. Antuerpiæ an. 1551.

Chlamydem Sponsi, de interiore invitatione vitæ, ac Crucis Christi. Ibidem 1563.

Decertum, sive *Eremum Domini*, vernaculo idiomate, quo prohat quomodo Christianus debeat sequi Christum, lumen veritatis in hoc tenebroso mundo. Ibidem.

Sanctissimæ Cœnæ suam obiit Antuerpiæ, et sepultus in summo choro ante templi ab Iconoclastis devastationem, adjuncto hoc epitaphio:

Cujus in hoc tempio, Lector, venerabile bustum
Aspicias, monitis certior esto meis.
Nempe Pater tumulo requiescit Petrus in isto,
Cui cognomentum gens Godefrida dedit;
Cuique fuit genitor Cornelius, istius urbis
Indigena, et quatus Canobiarcha domus,
In qua Francisci residet speciosa propago
Sancti, cognomen Tertius Ordo facit.
Virit in hoc lustris, sanctissima vota professus,
Bis quinque, haud multa, plusve minusve pius.
Divorum factus mystes, Christique sacerdos,
Quatuor ætates, deinde quaterque decem
Exegit, facto nunquam reprehensus in ullo,
Integer usque adeo, morigerusque fuit.
Ergo illum probitas, ne non dotate maneret,
Præcipuo ornavit semper honore Deus.
Principio hunc eadem justo vodevonive revit,
Præfectus sancti bis tria lustru loci.
Hocque gradu succeso, meritis posceutibus, idem
Ordinis Antistes totius inde fuit;
In quo sic pietas, cunctis innotuit illis,
Concilii ditio, quos Zeperensis habet,
Ut sibi non alium optarent habuisse Ministrum.
Pr æfuit annos sex, quinque, quaterque, quibus
Expletis, donec vitæ feliciter auuis
Septem, sed decies additis, usque bonus,
Cum Deus æterni moderator, et arbiter orbis
Evocat ad grati præmia certa poli.
Sol ter quingentos fere ab orto ut volverat annos
Jam Christo, et decies quinque, quaterque duos,
Dena pruinosi nam lux erat orta Novembris
Quarta, nunc animæ fausta precatus, abi.

PETRUS GONZALEZ de MENDOZA Hispanus, vir nobilis, Roderici Gomez de Sylva, et Annæ de Mendoza Ebolenium Principum, et Ducum de Pastrana filius, Philippo II. Hispaniarum Regi apprime charus, cum in domo religiosissima S. Mariæ de Salceto, vulgo *de Salzeda*, habitum sumpsisset, et per varios gradus ad Commissariatum generalem familiæ Ultramontanæ pervenisset, utque inde ad Episcopatum Oxomensem, deinde ad Archiepiscopatum Granatensem, mox ad Cæsaraugustanum eveheretur, demum Siguntinum pinguissimum Episcopatum accepisset, ubique in regimine prudens, omnibus acceptabilis, omnibus commendabilis, erga pauperes beneficus, erga suos consodales Minoritas liberalis, statim ubi Archiepiscopatum acceperat Granatensem, voluit rependere domni Salicetanæ suæ religiosæ institutionis beneficium. Postquam enim Cœnobium variis ædificiis, multis sacris paramentis, et pretiosa suppellectile abunde illustravit, voluit adhuc redilere illustrius, edito præclaris rebus, et viris illustribus ejusdem Conventus integro volumine, quod Hispanice inscripsit

Historiam Montis Celti B. MARIÆ Virginis de Salceto, Margaritæ Austriacæ Clarissæ Imperatoris stemmate, et virtutum splendore nobilissimæ, dedicatam. Prodiit Granatæ apud Joannem Muñoz anno 1616. in fol.

PETRUS HONTOYUS BELGA Lucemburgensis, Willoto Namurcensis, sex tomis partitus est conciones, quas scripsit.

Primo continentur, quæ sunt *in Epistolas ab Adventu usque ad Septuagesimam.*

Secundo, quæ a *Septuagesima usque ad Pascha.*

Tertio, quæ a *Dominica in Albis, usque ad Tertiam Dominicam post Pentecosten.*

Quarto, quæ ab *illa Dominica usque ad Adventum.*

Quinto, quæ habitæ *diebus Festis tempore æstivo.*

Sexto, quæ *iisdem habitæ tempore hyemali.*

Menaam insuper *Apostolicam* composuit, hoc est *Commentarios de gestino sensu Epistolarum Dominicalium per annum.* Præfixa vero est omnibet epistolæ *tabula dispositionis.* Moguntiæ apud Albinum, et Coloniæ apud Mitium anno 1604.

PETRUS

PETRUS INSULENSIS Flander, vulgo dictus *Doctor Notabilis*, scripsit, Gasseo teste,

In lib. 4. Sententiarum.

Commentarios in Psalmos Davidis.

Sermones de Tempore, et de Sanctis.

Hinc symbolum, *Altiora ne quæsiveris.*

PETRUS JOANNES OLIVI Gallus, e Castro S. Mariæ Sirignani, aliis Semicani, adolescentulus suscepit habitum in Conventu Biterrensi in provincia Provinciæ, et Custodia Narbonensi, tandem post solertem, fructuosamque curam studiis adhibitam factus est Baccalaureus Parisiensis. Regularis disciplinæ restituendæ perquam cupidus promotor, multorum in se concitavit invidiam, plurimasque passus est in vita molestias, et post mortem calumnias, quas nos referimus, et late refellimus tomo 2. Annal. (*An.* 1297. *num.* 33.). Scripsit multa, quæ perperam ab æmulis intellecta, fuerant din suppressa. Ea porro sunt:

Quæstiones de Papæ, et Concilii authoritate. Extant mss. Patavii in Musæo Benedicti Salvatici Medici.

Postillæ ad omnem ferme sac. Scripturam.

Commentarii in Evangelium sancti Matthæi.

Expositiones in Apocalypsim.

Quodlibeta.

Librum de laudibus, et excellentia B. Virginis, in qua laudanda excessisse judicarunt præcipui Ordinis Patres.

Expositio in Regulam sancti Francisci.

Tractatus de paupere rerum usu, et alia.

Obiit in Conventu Narbonensi anno 1297. die 16. Martii.

PETRUS MANERUS Hispanus, provinciæ Aragoniæ Reg. Observ. Guardianus Cæsaraugustanus, sacræ Theologiæ Lector emeritus, causarum S. Inquisitionis censor, a secretis Ordinis Joanni a Nempoli Ministro generali, Definitor generalis, demum Vice-Commissarius generalis familiæ Ultramontanæ. vir doctus, et religiosus, mihi colendissimus, edidit

Tertulliani Apologeticum contra gentes, a se Hispanice traductum, notis erudítis illustratum, præfixa doctissima, et diffusa præfatione de vita, doctrina, ætate, et respiscentia Tertulliani. Cæsaraugustæ per Didacum Dormer. an. 1641. in 4.

PETRUS MARCHANT ex tractu Lesdiensi, vir vere eruditus, religiosus, sacræ Theologiæ Professor, provin. sancti Joseph in Comitatu Flandriæ Minister, Definitor generalis Ordinis, nunc provinciarum Belgicarum, et adjacentium Commissarius generalis, mihi perquam venerandus, et charus, cujus consortio delectabili, et utili olim in Urbe recreabar, et nunc per epistolas, quantum licuit, frui non desisto. Scripsit, et quidem docte,

Expositionem litteralem in Regulam S. Francisci, juxta declarationes Summorum Pontificum Nicolai III. et Clementis V. atque illustrium expositorum clare, et distincte quæstionibus, ac dubiis distributa. Anterpiæ apud Guilielmum Lesteenium anno 1631. in 8. et eodem anno Coloniæ apud Joannem Kirkium.

Tractatum de sanctificatione S. Joseph in utero, in quo Joannis Gerson, Joan. Eckii et Joan. de Carthagena de hac re piam opinionem vendicat a censuris. Gandavi apud Alexandrum Sersandrum anno 1631. in 8.; contra quam sententiam, dum Claudius Damquins Tornacensis Canonicus duplici invehereturpe libello, scripsit Marchantius

Festum diem illustrantem sponsi Mariæ nutritii Jesu gratiosam sanctificationem in utero, ab eo, quem Pater sanctificavit, et misit in mundum. Ibid. an. 1632.

Baculum Pastoralem; sive de potestate Episcoporum in Regulares non exemptos ab originibus suis explicata. Brugis apud Nicolaum Breyghelium an. 1630.

Imaginem veri Christiani delineatam ad exemplar Regulæ Tertii Ordinis sancti Francisci tribus partibus pro communditate lectorum distributa Gallice. Gandavi apud Alexandrum Sersandrum an. 1638.

Examen Cursus Mystico-historici Ordinis S. Francisci a quodam P. Conventuali editi, in quo plura refelluntur. Edi curavit Fr. Gerardus Empolius: vide verbo *Gerardus.*

Lucernam fidei per Fratres Minores sancti Francisci Regul. Observan. accensam in Palatinato, et nonnullis provinciis Germaniæ, in qua labores suscepti pro conversione animarum, et illustres conversiones locorum, et personarum testimoniis authenticis Imperatoris, Principum, et civitatum comprobantur. Gandavi apud Sersandrum absque nomine authoris.

Orationem funebrem in exequiis serenissimæ Infantis Elizabethæ Archiducissæ Austriæ habitam Romæ in Conventu Aracœli. Mediolani anno 1634.

Encæniæ in consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, primitiis Sacerdotum, quæ sparsim impressa sunt.

Tribunal Sacramentale, et visibile animarum in hac vita mortali tomis duobus explicatum. Gandavi apud Bartholom. Pauli an. 1642. in fol. opus quidem doctissimum, Confessariis perutile, et necessarium.

Tertius tomus complectens omnium statuum, graduum, Officiorum natiram, obligationes, peccata etc. paratur ad prælum.

PETRUS a S. MARIA Hispanus, edidit librum

De mysteriis Missæ. Granatæ anno 1598.

Manuale Sacerdotum. Ibidem anno 1597.

Speculum Christianorum. Ibidem.

PETRUS MARSÆUS CRATEPOLIUS Juliacensis, aliis Coloniensis, aliis verius Opmersensis, Minor. Conventualium sacræ Theologiæ Baccalaureus, in re historica non vulgariter versatus, cui pietas, et eruditio nomen non incelebre dederunt. Scripsit

Catalogum Academiarum Orbis Christiani. Coloniæ 1593. in 8.

Catalogum Archiepiscoporum Coloniensium, ac Trevirensium. Leodiensium, Ultrajectensium, Monasteriensium, Osnaburg, et Mindensium, additis Moguntinens. Principibus Elector. et deinde omnium ferme orbis Archiepiscoporum, et Episcoporum, qui contra Missoliturgos sacrosanctum Missæ Sacrificium ussererant. Coloniæ primum an. 1592. et posten apud Guliolmum Lutzentirelen anno 1596.

Catechismum Catholicum in compendium redegit. Coloniæ 1592. in 12. et Lugduni 1592. in 8.

Sermones varios. Lugduni anno 1592.

De Resurrectione corporum, et animæ immortalitate contra Saduceos. Ibidem apud Hobergum an. 1598.

De schismaticis, ac pseudodoctoribus; et quam plena periculi res sit ab Ecclesia Catholica recedere.

Lectiones ad Romanum Breviarium de patriæ Coloniensis Sanctis, quæ in Romano desiderantur.

Ludovici Granatensis Conciones in epitomen redegit.

De virtutibus et vitiis. Lovanii anno 1600 in 8.

PETRUS a MARTE DEI Hispanus, provinciæ S. Pauli Minister, posteris reliquit mss. Hispanica

De doctrina Magistrorum, et disciplina Noritiorum librum 1.

De Oratione, et Meditatione librum alterum.

PETRUS de MAUTINA Cupneeinus

Historiam

Historiam B. Mariæ Hydruntinæ rhythmis Italicis illustravit 1645.

PETRUS de MOLIANO oppido non ignobili in Piceno, diœcesis Firmanæ, vir vitæ sanctissimæ, et in vitæ spiritualis documentis versatissimus, a Dominico Leonessano Minorita egregie pio, et docto pro rostris dicente ad Ordinem Minorum conversus, in eo tales fecit profectus, ut domesticis, et exteris fuerit admirationi. Scripsit

Instructiones spirituales pro iis, qui Deo volunt inservire. Habentur simul cum ejus vita in 4. parte lib. 5. Chronicorum Bartholomæi Cimarelli.

Obiit anno 1490 apud Camertes.

PETRUS MONTANUS Parwetanus, quod est celebre municipium Gallo-Brabantiæ, juxta Comitatum Namurcensem, sacræ Theologiæ licentiatus, Prædagogii Falconis Lovanii Rector, tandem etiam ipsius Academiæ Rector. Minorum hoc modo subivisse ferunt Institutum; scilicet dum hanc Academiæ Rectoris dignitatem præferret, pallio honorario indutum ea pompa, qua solent illius Præfecturæ viri ad solemnes conventus deduci, præeuntibus de more signiferis, sive, ut vocant, *Bedellis*, Franciscanam ædem petiisse, atque in ipsius limine sigillum dignitatis insigne uni illorum ad Primores Academiæ referendum commisisse, illisque, ut abirent, jussisse, his eos compellans: *Hæc requies mea in sæculum sæculi.* Evasit vir valde pius, et devotus. Præfuit multis Cœnobiis, Lovanii præsertim, et Antuerpiæ. Anno 1578. dum Antuerpiæ Guardianum ageret, cum Fratribus suis, recusato impio juramento a Geuzlis exacto contra regem et fidem Catholicam, exulare jussus, elegit abjectus esse in domo Dei, magis quam in tabernaculis habitare peccatorum. Habuit fratrem eloquentissimum Ecclesiasten Episcopum Daventriensem, ejusdem secum ut generis, ita et professionis Franciscanæ, R. D. Ægidium Montanum. Claruit hic dicendi, ille scribendi ornamento; reliquitque

Commentaria in septem psalmos Pœnitentiales. Antuerpiæ an. 1569. typis Steelsii in 12.

Enarrationem Dominicæ Passionis secundum quatuor Evangelistas, ex veterum Doctorum Commentariis concinnatam. Ibidem 1555. 1556. et 1571. in 8.

Lovanii anno 1578. die. 29. Aprilis pestilenti febre decessit, ante fores churi sepultus.

PETRUS de MONTERONE, B. Petro Pectinario, qui obiit anno 1289. pridie nonas Decembris, cœvus, et amicus, scripsit Latine

Vitam ejusdem B. Petri Pectinarii, quam fecit Italicam Seraphinus de Lecleto Augustinianus, typisque evulgavit Senis Simeon Nicolaus de Nardo, anno 1519.

PETRUS MORSALINUS, edidit

Martyrologium Romanum, a se auctum et correctum. Impressum Paris. 1483.

PETRUS MUÑOZ Hispanus, scripsit

Sermones de Adventu. Vallisoleti an. 1643.

PETRUS de NAVARRO Hispanus, Reg. Observ. prov. Castellæ, sacræ Theologiæ Lector emeritus, et Definitor, insignis Concionator, variisque dotibus illustris, scripsit Hispanice

Vitam, et acta Joannæ a Cruce Tertii Ordinis sancti Francisci, sanctimonia illustris, per Hispanias, et extra notissimæ; et quidem docte explicat favores, et dona cœlestia, quæ a Christo suo Sponso hæc sacra Virgo recepit, atque ad singula loca vel obscura, vel difficilia, aut communem hominum captum excedentia eruditas adnotationes Theologicas, et morales adjunxit. Librum dedicavit Isabellæ Borbonïæ Hispaniarum Reginæ. Madriti apud Thomam Junti Reginæ typographum anno 1622.

Nostrum Apologeticum de prætenso Monachatu sancti Francisci Latine a nobis editum Hispanum reddidit, ut quo Joannes Marquez Magister Salamanticensis conatus est persuadere, sanctum Franciscum fuisse aliquando Eremitam Augustinianum, eodem idiomate oppositu prodiret assertio. Madriti an. 1623.

Commentaria in Regulam Minorum. Ibidem. 1641.

PETRUS NAVARRUS alter Hispanus, prov. sancti Jacobi, edidit

Manuale Chori pro Fratribus Minoribus. Salamanticæ 1586.

PETRUS NICOLAUS FACTOR Hispanus, in vico Albuidæ regni Valentini, patre Siculo, matre Hispana natus anno 1520. Factus Minorita anno 1537. eos fecit in virtute progressus, ut sæpe ad suos consodales regendos Cœnobiis præficeretur, et in Conventu Valentino tyrones instrueret. Nullus eo humilior, nullus continentior, nullus omnium salutis magis intentus, neque operibus charitatis, obsequio præsertim infirmorum, et leprosorum, magis addictus. Corpus miris modis affligebat, ut carnem spiritui subjiceret, neque tamen adeo comprimere potuit, quin frequenter recalcitraret, et molestas struere insidias. Totus in Deum absorptus, ejusque inflammatus amore, videbatur potius in cœlis, quam in terris versari, mente, et oculis in altum elevatis cestases passus vehementes, et sæpius in aerem elevatus. Ludovico Beltrano Ord. Prædicatorum viro sanctissimo summe familiaris, do rebus divinis frequentes cum eo miscebat sermones. Quædam scripsit ad aliorum ædificationem:

Tractatus aliquot spirituales.

Sermones de Sanctis.

Epistolam ad Virginem Clarissam Monasterii Valentini, nuncupati de Jerusalem, in laudem Joannis Evangelistæ, quæ cum vita ejus circumfertur.

Obiit Valentiæ anno 1583. miraculis, et spiritu prophetico illustris. Agitur de referendo inter Sanctos, pro quo suas interposuerunt preces Reges Hispani, et regnum Valentinum.

PETRUS NIETUS Setabiensis in territorio Valentino Hispanico, scripsit, et edidit

Tractatum de oratione mentali.

Floruit an. 1585.

PETRUS NUÑEZ de CASTRO Hispanus. Reg. Observ. provinciæ Conceptionis alumnus, et Conventus Rivisiensi Guardianus, scripsit patrio sermone

Sermones de Sanctis Minoritis. Rivisiensi apud Franciscum Fernandez anno 1618. in fol.

PETRUS de ORBELLIS Gallus. Andegavensis, scripsit

Quadragesimale, præmotatum: *Sermones horuli conscientiæ super Epistolas, et Evangelia Quadragesimæ.* Parisiis anno 1508. apud Joannem Parvum, et Lugduni an. 1491.

PETRUS OROSIUS Hispanus, Reg. Observ. in provincia S. Evangelii apud Indos Occidentales egregie pro conversione gentilium laboravit, et diligentissimum posuit operam pro addiscenda lingua Ottomina, et Mexicana.

Grammaticam lingua Ottomina a suo consodale Petro de Palacios compositam correxit, et auxit.

Sermones copiosos pro singulis anni festivitatibus, Dominicis, et feriis, quibus prædicari solet, variis voluminibus, ad instar Philippi Diez ejusdem Instituti, lingua composuit Mexicana. Nondum prodierunt.

PETRUS

PETRUS ORTIZ Hispanus. prov. Angelorum, scripsit Hispanice

Methodum instruendi Novitios praedictæ provinciæ. Hispali 1633. in 8.

PETRUS de PADUA, sive Padnanus, scripsit

Sermones Dominicales per anni circulum. Incipiunt, *Induimini Dominum nostrum, deposita vitiorum multitudine.* Extabant Patavii mss. in Bibliotheca D. Antonii.

PETRUS de PALACIOS Hispanus, Reg. Observ. apprime peritus in lingua Ottomina apud Mexicanos in Indiis Occidentalibus, scripsit illo idiomate

Grammaticam, quam correxit, et auxit *Petrus Oroxius.*

Catechismum, seu doctrinam Christianam.

PETRUS PAULUS de COPORELLA e nivitate Potentiæ, regni Neapolitani, Episcopus Cotroni, edidit

Quæstionem de Matrimonio.

Tractatum de operibus misericordiæ.

Alterum *de Purgatorio.*

PETRUS POSNANIENSIS Regul. Observ. prov. Poloniæ Minister, vir pius, et doctus, quem Romæ in Comitiis generalibus anni 1639. cognovi, edidit

Decisiones totius Theologiæ speculativæ, et moralis libris sex. Venetiis 1629. in 4.

Commentaria in librum primum Sententiarum Scoti, in quibus Doctoris textus elucidatur, et adversariorum sententiæ refelluntur. Venetiis apud Marcum Ginammum anno 1626. in fol.

Institutiones sacras litterales, morales, speculativas in Dominicas a prima Adventus usque ad Dominicam Trinitatis inclusive. Antuerpiæ 1638. cum prius prodierint Venetiis apud Marcum Ginammum an. 1628.

In singulas Deiparæ festivitates sermones ternos.

PETRUS du PUY Capuccinus, edidit Gallice librum, quem inscripsit

Patronum divinæ justitiæ, in 4. Tolosæ apud Boule 1640.

PETRUS QUESVELLUS Anglus, Coenobii Norvicensis alumnus, Jurisconsultus, et Theologus, erudite scripsit

Directorium Juris in foro conscientiæ, et judiciali, quod opus in quatuor libros distinxit, scilicet

De summa Trinitate, et fide Catholica, et de septem Sacramentis libram 1.

De iisdem Sacramentis ministrandis, et recipiendis lib. 1.

De criminibus, quæ a Sacramentis impediunt, et de pœnis iisdem injungendis lib. 1.

De iis, quæ ad jus, et judicium spectant, ordinate dirigendis librum 1., quæ omnia diu mss. servabantur in Bibliotheca Norvicensi. Extant adhuc mss. in Bibliotheca Vaticana, et Minorum Toletana littera x. num. 81. Titulus libri est: *Summa, quæ vocatur Directorium Juris in foro conscientiæ, et judiciali, composita a Fr. Petro Quesvel de Ordine Fratrum Minorum, ex Juribus Doctorum, et Summis diversorum.* Incipit, *Si quis ignorat, ignorabitur.* Volumen est ingens, et stylus præter Juristarum consuetudinem elegans.

PETRUS RAYNALDUCCIUS e *Corbario* vico agri Reatini, vir variæ fortunæ, et proinde inconstantis, incertæque apud homines famæ. Uxoratus in sæculo, conjuge vivente transivit ad Minores, inter quos magna virtutis, et doctrinæ, Evangelicæque prædicationis gloria in Urbe conversatus, assumptus est a Ludovico Bavaro Imperatore, ejusque sectariis ad summi Pontificatus efflctam honorem sub nomine Nicolai V., ut Joannis XXII. Avenione agentis sequela, et reverentia minueretur. Post biennium pertæsus hujusmodi schismatiæ majestatis, pœnitens, et corde compunctus sponte e specioso honoris fastigio descendens Avenionem abiit, et ad pedes Joannis veri Pontificis, fune ad collum injecto, veniam sui erroris deprecatus est. Vixit in palatio Apostolico honorifice, et benigne a Joanne habitus per triennium, ubi anno 1333. mense Septembri defunctus, sepultus est apud suos consobrinos. Rei totius historiam nos in tertio tomo Annal. ex monumentis Vaticanis fideliter exscripsimus. Illo porro scripsit

Opusculum de Christi imitatione, lib. 1.

Abdicationem Antipapatus sui inter manus Joannis XXII. Papæ Avenione in publico Consistorio factam, quæ habetur in vita Joannis XXII. ab eruditissimo Domino Francisco Bosqueto edita, nec non in Elencho Cardinalium ab illustrissimo Domino mihi colendissimo Felice Contelorio publicato.

PETRUS REGINALDUS, sive Reginaldetus, Gallus, provinciæ Franciæ, sacræ Theologiæ Magister, scripsit

Speculum retributionis. Lugduni 1528. in 8. 1494. in 4.

De gaudiis piorum, et pœnis malorum. Prodiit Basileæ anno 1499. apud Joannem Pforzæ, et Parisiis anno 1509.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum. Extant apud me in primum, et secundum mss. in quorum calce ita habetur: *Explicit primus, et secundus Magistri Petri Reginaldeti scriptus per Fr. Andream Conytim in parvo Convento Metensi, anno Domini* 1470. *hac die, scilicet Translationis Beatissimi Patris nostri Francisci: Deo gratias.* Primus incipit, *Veteris, ac novæ legis continentium.* Secundus, *Creationem rerum insinuans Scriptura.*

PETRUS REGIS, magnum quidem provinc. Flandriæ, cujus erat alumnus, decus, et ornamentum, divinis humanisque eruditus, Ecclesiastes eximius, annis undecim continuis Conventui Audomarensi præfuit, et bis Flandriæ provinciam rexit. Reginis Franciæ, et Hungariæ, Leonoræ scilicet, et Mariæ triennio Bruxellis a Confessionibus, et Concionibus cum fuisset, easdem Hispaniam repetentes comitatus est. Ad suos redieus, verbum Dei annis 15. toto potissimum sæculo ferreo, quo seditiosi Calvinistæ virus sunm in hoc Belgium effundebant, ad ultimum usque spiritum magno zelo disseminavit. Scripsit patrio sermone

Dialogos de reali Corporis Christi in S. Synaxi præsentia.

Tractatum de voluntate Dei.

Conciones aureas.

Decessit anno sal. 1573. 13. kal. Febr. ætatis 64. et corpus Nivellæ conditum, hoc epitaphio:

Monte sub hoc tegitur frater, sed nomine Petrus
Regis, et hic nostræ gloria prima domus.
Ille fuit quondam Reginæ clarus alumnus
Hungariæ, et nostræ Religionis honos.

PETRUS RESCHINGERUS edidit opus ita inscriptum:

Clavis Theologiæ, sive Repertorium in Summam Alexandri de Ales. Venet. 1502. in 4. et Lugduni 1517. in fol.

PETRUS REVELLAUDI, provinciæ Aquitaniæ Minister, scripsit

Exhortatorium cordis pii Christiani; in quo agitur de circumspecta Missæ celebratione, de indumentorum ejus mystica significatione, ac ipsius humili, et devota auditione. Tolosæ apud Nicolaum Viellard anno 1533.

PETRUS

PETRUS ROBERTUS de Andagio, edidit

Disputationem de statu religioso, ac de iis, qui sese religiosis Ordinibus manciparunt. Augustæ Trevirorum apud Henricum Bock an. 1594.

PETRUS RODULPHUS e Tossinniano Emiliæ oppido in agro Imolensi ad radices Apennini, Minorum Conventualium, Theologus, Ecclesiastes, et historicus insignis, Bononiæ primum, deinde Venetiis suorum Gymnasiorum Regens, demum Episcopus Senogalliensis, scripsit

Seraphicam historiam, in qua compendiose satis de viris sanctitate, dignitate, vel doctrina illustribus, de piis fœminis, de Ministris, et Comitiis generalibus, de variis Instituti Congregationibus, de Summis Pontificibus, Cardinalibus Episcopis, de provinciis, et cœnobiis Ordinis Minorum disseruit: in quibus tamen colligendis majorem indaginem, et scribendis minorem solertiam harum rerum periti requirunt. Opus dedicavit Sixto V. cui erat familiaris. Prodiit Venetiis anno 1586. apud Franciscum de Franciscis Senensem; et anno 1595. ibidem.

Conciones 20. *in præcaria Italiæ urbibus habitas*, vernaculo sermone.

Tractatum de passione Domini.

Super Canticum Beatissimæ Mariæ Italice.

Homilias centum Latinas *in septem Psalmos Pœnitentiales.*

Libros tres de Christiano Oratore, ubi diversa themata ad mores instruendos, citatis hinc inde locis ex sacris Bibliis, et insignioribus Patribus tractantur.

Dictionarium Latinum per alphabeti seriem, de virtutibus, et vitiis, ut reliquis, itu concionatoribus percommodum. Prodiit primum Bononiæ apud Societatem typographicam anno 1580. deinde Lugduni anno 1582. in 4.

Vitam B. Michaelinæ Pisaurensis nobili genere Metellorum exortæ, de qua nos diffuse diximus tomo 4. Annal., edidit Italice Arimini an. 1585.

Ejus cura prodierunt Venetiis opera S. Bernardini Senensis tomis 4. Vide verbo *Bernardinus Senensis.*

PETRUS de ROXAS, Hispanus, scripsit

De concordia Evangelistarum libros, seu partes duas. Madriti anno 1621.

PETRUS RUSSELLUS Anglus, Oxoniensis Academiæ alumnus, et ibidem, ut videtur, tandem sacræ Theologiæ doctor, diligens quidem litterarum, sed diligentior virtutum cultor; virtutum dico, quarum intuitu factus est communi suorum suffragio totius Ord. sui per Angliam Minister provincialis. Quod autem ad doctrinam attinet, sacrarum Scripturarum lectioni, et meditationi se dedit, et pia quadam devotione incensus erga divum Petrum suum singularem patronum, et divum tutelarem, scripsit

In utramque S. Petri Epistolam libros duos. De aliis ejus scriptis nihil reperitur.

Eum charissime putat Lelandus circa an. 1440.

PETRUS de SALAZAR, Hispanus, Regul. Observantiæ provinciæ Castellæ Minister, sacræ Theologiæ professor, S. Officii Qualificator, scripsit Hispanice

Chronica, sive *Historiam fundationis, et progressuum prædictæ provinciæ.* Prodiit Madriti ex typographia Regia an. 1612. in folio.

PETRUS SALMERIUS Gallus, scripsit

Postillam super Epistolas, et Evangelia Dominicalia, quæ extant mss. Tolosæ apud Minores.

Vitam S. Didaci Madriti anno 1592. in 4.

PETRUS SALPINI Gallus, Reg. Observ. provinciæ Aquitaniæ, Episcopus Vasatensis, scripsit

Tractatum de Hierarchia Angelica. Incipit, *Ne in vacuum gratium Dei recipiamus.*

Alterum de Hierarchia Ecclesiastica. Incipit, *Cum clamarem ad Dominum.*

Tertium de divinis nominibus. Incipit, *Littera Hebraica He.*

Quartum de mystica Theologia. Incipit, *Primam veritatem.*

PETRUS SAXO, sive de *Saxonia*, Germanus, in sacris Scripturis eruditus, Philosophus, et in Jure Canonico nobiliter versatus, divini verbi prædicator non vulgaris, ob ingenii glorium in universa Germania percelebris, scripsit

Summa casuum conscientiæ.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Eum sub anno 1319. reponit Gulielmus Eysengrenius; nude constare non poterit, quod de eo asserit Willotus, nimirum eum curasse, ut opera S. Bernardini Senensis emaculatiora Venetiis proderent.

PETRUS SIFRONIUS, edidit

Vitam B. Joannis a Capistrano per Nicolaum de Fara ejusdem B. viri sochum conscriptam, additis quibusdam encomiis, seu præconizatione Capistrani. Deest locus, et annus impressionis, habetur tantummodo in fine vitæ: *In Vigilia SS. Petri, et Pauli* 1489. et in fine præconizationis: *Anno salutis* 1523. in 4.

PETRUS SIMON Hispanus, Oppidi Parrillæ diœcesis Conchensis provinciæ Carthaginensis alumnus, et provinciæ novi regni Granatensis in Indiis Occidentalibus Minister, Lector emeritus sacræ Theologiæ, sancti Officii Qualificator, scripsit Hispanice

Notitias historiales derivarum Indiarum Occidentalium; prima pars prodiit in urbe Conchensi apud Dominicum ab Ecclesia anno 1627. in folio.

PETRUS SLUPICK Batavus, olim Delphis in Hollandia religiosis Clarissis a Confessionibus, vir totus pius, edidit

Prurim spiritualem Orationis Dominicæ, qua agitur de Sacramentis, quotidiana pœnitentia, de septem horis, aliisque ad orationem pertinentibus. Antuerpiæ 1561.

PETRUS a STEEMBERGHE, vir nobilis prope Zutphaniam in Belgio natus Regul. Observ. provinciæ Germaniæ Inferioris Definitor, Custos Custodum, sapius etiam Guardianus, Prædicator celeberrimus, Philosophiæ, ac Theologiæ moralis Lector, scripsit

Apologiam contra quendam Ministrum hæreticum circa controversias fidei.

PETRUS SULPINUS, vide *Petrus Salpini.*

PETRUS e TEBAR ALDAM Indicus, Limensis, Regul. Observ. provinciæ duodecim Apostolorum, Philippo IV. Regi Hispaniarum a sacris concionibus, sanctæ Inquisitionis Qualificator, scripsit Hispanice

Excellentias Dei, Virginis Mariæ, et Beatorum divinas in tomos duos; primas prodiit Barcinone 1633. secundus Madriti anno 1635.

Sermones Quadragesimales tomis duobus. Ibidem 1627. et 1644.

Sermones de Christo, et sua Genitrice. Barcinono 1633. et Ulyssippone apud Laurent. Craesbeeck 1635.

PETRUS TERRA Hispanus, collegit monumenta Ordinis prætermissa in aliis collectionibus, ediditque sub titulo:

Sup-

Supplementum privilegiorum. Barcinone apud Carolum de Moros anno 1523.

PETRUS THOMAS, scripsit

Tractatum Formalitatum ad mentem Scoti. Habetur ms. in Conventu Assisii.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum.

Epistolam ad Infantem Aragoniæ de Conceptione B. Virginis.

Tractatum de esse intellectuali.

Commentaria in aliquot libros Aristotelis.

PETRUS de TRABIBUS, scripsit

Commentarios in librum primum Sententiarum, cujus initium est, *Ad Dominum ponam eloquium meum.*

PETRUS TRIGOSUS, ex Jesuita Capuccinus, vir doctus, et religiosus, edidit

Commentariorum in D. Bonaventuram, seu Summæ Theologicæ juxta mentem D. Bonaventuræ partem primam. Lugduni an. 1616.

PAULUS TRIMAVELLA, Gallus, Narbonensis, scripsit

Quæstiones in quatuor libros Sententiarum, quæ Patavii in Bibliotheca D. Antonii mss. extabant.

PETRUS de VALVAS, Hispanus, Regul. Observ. provinciæ Conceptionis, Lector emeritus, et Definitor, sacri Senatus Inquisitionis Hispanici Qualificator, collata cum aliis opera, opus edidit pro tuendo titulo *Immaculatæ Conceptionis*, de quo vide verbo *Gaspar de Fonte.*

PETRUS VARRONA de Valdivielso, provinciæ Castellæ, Regular. Observ. egregius concionator, et Theologiæ moralis professor, scripsit

De arcano verbo, sive de vivo Dei sermone.

Interpretationem litteralem, mysticam, et moralem in Psal. octogesimum sextum.

Declamationes super titulos Psalmorum pro Dominicis Quadrageximæ ad vespertinas Conciones.

De Angelica salutatione.

De Fraternitate.

De hospitio Fratrum Minorum, cæterorumque mendicantium.

Vixit anno 1606.

PETRUS VIGNAMUS, Uratislaviensis, Silesita, edidit

Tractatum de nomine Jesu adorando.

PETRUS VILLAROELES Calaber, Stylitanus, in juventute humanioribus litteris ita egregie excultus, ut decimumseptimum ageus annum, docte, et perite versu caneret Latine, et culta scriberet oratione soluta. A patre missus Neapolim, ut utrique addiscendo Juri operam daret, Patavium traslatus, ab erudítis viris Antonio Riccobono Ferrariensi, et Jacobo Donora Patricio Cyprio artis poeticæ selectiora accepit documenta. Variis autem casibus per Emiliam, Galliamque Togatam jactatus, multisque ærumnis confectus, Mediolani optimum adinvenit mecenatem, nobilissimum virum Comitem Joannem Baptistam Serbellonum. Demum Genuæ Minorum assumpto Instituto, post Philosophiæ, et Theologiæ cursus anditos, et publice lectos, reassumpsit Neapoli musarum camœnas, atque in otio huic negotio totus addictus, opus, quod in juventute in patria incœperat, et sæpe repetitum variis temporibus erat persecutus, tandem absolvit, et inscripsit:

Echinadum Naumachiam, in qua B. Virginis precibus de innumera Turcarum classe insignis divinitus est reportata victoria, classis præfecto Joanne Austriaco. Prodiit Neapoli apud Lazarum Scorigium anno 1614.

De bello Cyprio aliud se composuisse opus indicat in limine hujus Naumachiæ ita canens:

Prælia qui quondam modulatus carmine Cypri,
Æquorii nunc arma cano sævissima Martis.

Librum dedicavit Philippo III. Joannis Austriaci fratri anno 1613.

PETRUS *de la Ville du PUY*, vide *Petrus du Puy.*

PETRUS de VOYON Guardianus Conventus Tolosani, edidit Gallice

Scholam Eucharisticam. Parisiis anno 1644.

PETRUS UTINENSIS, edidit librum, quem inscripsit:

Biblia pauperum, sive *Exemplarium sacræ Scripturæ.*

PETRUS de ZALAMEA Hispanus, prov. S. Michaelis, scripsit Hispanice

Summam de casibus concientiæ. Extat ms. apud Minores Civitatenses.

PHILIBERTUS de BONVILLA Capuccinus, Minister provinciæ Sabaudiæ, scripsit

Vitam Francisci de Sales viri litteris, et pietate conspicui, Episcopi Gebennensis. Lugduni 1624.

PHILIPPUS de AYALA nobilis Hispanus, Reg. Observ. provinciæ Castellæ, S. Theologiæ professor, et Minister, S. Officii Consultor, sui Instituti Pater emeritus, scripsit circa dubium, aut quæstionem, quomodo sit prædicandum, aut loquendum in publico *de mysterio Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ* post decretum Pauli V. de hac re editum.

Sermonem de eadem Conceptione. Utrumque prodiit Toleti apud Bernardinum Gusmanium an. 1616. Edidit Hispanice

Commentaria in Regulam Fratrum Minorum.

PHILIPPUS BOSCHERIUS, vel *Bosquierus*, Montibus Haunoniæ natus, unde Cæsarimontanum ipse se scribere solebat, Ecclesiastes celebris, vir apprime eruditus, Latine, et vernacule, versu, et prosa ad scribendum promptus, ubique per Belgium incredibili pietate, zelo, et sedulitate populos erudiens. Eum plurimi facit Justus Lipsius ad eum scripta Epistola, quæ est. 21. cent. 4. miscellan. ubi sic ait: *Testor te meo animo earum esse, Scripta tua faciunt, in quibus non imitatio, sed imago mei, et pene ego. Affectus in eo tuus eluet, sed et ingenium, qui tam feliciter, quod vis, potes, etc.* Lutetiæ Parisiorum studiis sacris operam dedit, usus præceptore Henrico Willoto etiam Minorita Theologo. Inde Romam abiens, hospitem, et beneficium patronum ibi nactus est Cæsarem Baronium Cardinalem. Concionum, quas variis in locis habuit, Tabulas, sive notas dedit; quæ primum sparsim quoque editæ, et variis in locis collectæ simul ab ipso authore, et excusæ a Joanne Crithio Coloniæ 1621. tomis tribus in fol.

Tomo primo continentur sequentia, adscriptis etiam locis, ubi seorsim pleraque excusa fuerunt.

1. *Orbis terror*, seu *Concionum de finibus bonorum, et malorum, libri duo.* Duaci apud Bellerum 1603. in 8. et Coloniæ 1610.

2. *Orator Terræ Sanctæ, et Hungariæ*, seu *sacrarum Philippicarum in Turcarum barbariem, et Christianorum discordias, Notæ.* Duaci anno 1606. in 8.

3. *Vegetius Christianus*, seu *de tota arte militari ad Turcam debellandum.* Coloniæ 1615 in 8.

4. *Ara Cœli*, seu *Concionum decades tres, de honorario trium Magorum Orientis JESU infanti oblato in Bethleem.* Ibidem in 8. et Antuerpiæ 1607.

5. *Monomachia*

5. *Monomachia CHRISTI, et Luciferi*, seu *de tentationibus Christi in deserto, Conciones quadraginta.* Dnaci, Atrebati, et Coloniæ anno 1598. in folio.

6. *Codrus Evangelicus*, seu *Notæ concionum XL. de Passione Domini.* Coloniæ 1611.

7. *Legatus Apostolicus*, seu *Notæ Concionum de S. Joannis Baptistæ libertate adversus incestum Herodis.* Colon. 1607. et 1612. in 8.

8. *Carcer laureatus*, seu *de rebus in carcere a Ioanne Baptista gestis.* Ibidem 1618. in 8.

9. *Christiados libri duo rhythmici*, Fratre Joanne Houdemio anthore, a Bosquiero *illustrati.*

10. *Chrysostomus Italorum*, seu *Cornelii Mussi Episcopi Bituntini Conciones sex in Canticum B. Virginis Magnificat.*

11. *Tragedia nova*, dicta *Novacula cultus mundani*, Gallice. Montibus in 8.

Tomo secundo.

1. *Academia peccatorum in quinque partes distributa, de filio Prodigo.* Montibus in 8. et Gallice Parisiis.

2. *Tabulæ Naufragii, de Dominicis, ac festis.* Coloniæ in 8.

3. *Sobria jentacula Christi, et Samaritanæ*, seu *de siti Christi sedentis ad fontem Jacob.* Ibid. 1619. in 8.

4. *Orationes funebres tres in obitum Philippi II. Regis Catholici, Rev. Patris Jacobi D'Excailliti, et Ducis Arschotani.*

Tomo tertio.

1. *Scipio claudicantium*, seu *Joannis Baptistæ catenati pars secunda, et tertia.* Coloniæ 1625. in 8.

2. *Domini Optimi Maximi Panegyricus servo suo cincto dictus*, seu *Laus Joannis Baptistæ a Christo prædicata.*

3. *Echo concionum reliquarum Panegyrici de Joanne Baptista.*

4. *Conciones aliquot de Dominicis, et festis quibusdam.* Coloniæ anno 1628. in 8.

5. *Quæstio perplexa, Pilatus quis, et cujus?* Ibidem in 8.

6. *Oratio in obsequiis R. D. Gasparis Honotii Abbatis Altimontensis*, anno 1628. in 8.

7. *Plutarchus alter*, seu *Ægidii Corrozeti Apophthegmata Heroica, ex Gallicis Latina facta, interprete Bosquiero.* Coloniæ in 8.

8. *Joannis Gersonis Tractatum de laude Scriptorum*, sive *Librariorum* recensuit, et notulis illustravit. Searsius edidit.

Speculum vitæ S. Francisci, et Sociorum, sive *Antiquitates Francicanas.* Coloniæ apud viduam Joannis Crithii anno 1623. in 8.

Indicem librorum mss. qui sunt in Bibliotheca inclyti Monasterii Alcrensis, permissu Edmundi Joventii Abbatis, anno 1625.

Naturæ debitum solvit Avesnis in Hannonia anno 1636.

PHILIPPUS BRUSSERIUS Ligur, nobilis Savonensis, Nicolai Lyrani socius, Summis Pontificibus Clementi V. et Joanni XXII. perquam charus, et familiaris, Lector Parisiensis, Nuncius Apostolicus ad Sultanum Babyloniæ, scripsit

Compendium historiarum Ordinis Minorum, et privilegiorum eidem concessorum.

Floruit anno 1340.

PHILIPPUS CAGLIOLA Melitensis, Conventual. S. Theologiæ Magister, scripsit

Manifestationes novissimas provinciæ suæ Siciliensis, in quibus omnia, quæ ad decorem illius conducere possunt, recenset, et expendit. Venetiis apud Petrum Turinum anno 1644. in 4.

PHILIPPUS a S. COLUMBA Insubriæ oppido, Strictioris Observantiæ, provinciæ Mediolanensis, Pœnitentiarius Lateranensis, edidit librum prænotatum:

Mensa mystica, in qua Eucharisticus cibus suavitate varia quinquaginta Sermonum degustandus proponitur, collectis insuper mensæ fragmentis trecentis quinquaginta. Mediolani apud Joannem Petrum Ramellatum anno 1639.

PHILIPPUS DIEZ Lusitanus, provinciæ S. Jacobi Definitor, S. Theologiæ apud Salamanticenses professor, vir vere pius, vere doctus, salutis animarum constanter sitibundus, indefessus verbi divini Minister, tantæ virtutis, et authoritatis in Academia Salamanticensi, ut cum per aliquot menses Compostellæ hæreret, et Salamanticensis Episcopus plane videret Academicos adolescentes licentiosius in deteriora lapsos, ex quo Philippus, qui tanquam tonitru in eos fulminabat, continuisque exhortationibus a malis retrahebat, abesset, instantissime egit cum superioribus, ut Salamanticam revocaretur; ad cujus regressum, et ferventem prædicationem, asperasque increpationes blanda etiam suadela permixtas tanta visa est reformatio, ut plane constiterit, quantæ utilitatis, et authoritatis ea esset in Universitate. Abhorruit supra modum Ordinis officia, neque ullis volebat implicari negotiis, quæ a verbi divini semine spargendo, ex quo uberrimam colligebat messem, potuissent impedire. Totus erat in scribendo, vel in orando occupatus, et post preces mutationes, quibus semper intererat, a choro usque ad auroram non recedebat. Scripsit

Concionum quadruplicium, quæ a Dominica in Septuagesima usque ad Resurrectionem Domini quotidie in Ecclesia habentur, quæ tomum primum operum efficiunt. Lugduni anno 1586. et Venet. an. 1591.

Concionum quadruplicium super Evangelia, quæ in Sanctorum festis recitantur, tomum secundum. Ibidem.

Concionum Quadruplicium Dominicarum, et festorum, quæ a Dominica prima Adventus usque ad Septuagesimam exclusive in Ecclesia habentur, tomum tertium. Ibidem.

Concionum Dominicarum æstivarum, quæ a Dominico in Albis usque ad Pentecosten, et in Rogationibus, et a Pentecoste usque ad Adventum in omnibus Dominicis in sancta Dei Ecclesia habentur, tom. 4. Ibidem.

Considerationes, sive Conciones pro omnibus actis, vel functionibus generalibus, quæ in Ecclesia Dei celebrantur. Salamant. 1597.

Mariale, sive *Conciones de B. Maria Virgine.* Salamanticæ 1596.

Summam Prædicantium, ex omnibus locis communibus locupletissimum, tomum primum, et secundum. Venetiis anno 1591. et Lugduni sumptibus Petri Landry anno 1592.

Editum est item *Compendium*, sive *Index moralium conceptuum* ex iisdem operibus Philippi Diez a Francisco De Campis provinciæ S. Jacobi Ord. Minorum Salamanticæ 1588. et Venet. anno 1597. apud Societatem Minimam.

PHILIPPUS DRESANUS Germanus, ex Marcoduro provinciæ Coloniensis, edidit libellum inscriptum:

Stimulus signatorius, continens vitam S. Francisci

eisci cum aliquot quæstiunculis. Coloniæ apud Petrum Brachel anno 1628.

PHILIPPUS ENGOLISMENSIS Capucinus, scripsit Gallice

Tractatum directionis ad gratiam, in 16. Parisiis.

Conversionem Hermogenis, in 4. tomis duobus.

Septem fontes meditationum super attributa divina, in 16. Lugduni anno 1620.

PHILIPPUS FABER Faventinus, Convent. Theologus vere doctus, in Universitate Patavina sacræ Theologiæ publicus professor, scripsit

Quæstiones præcipuas Philosophiæ juxta mentem Scoti, in 4. Venetiis in quinta editione apud Hæredes Joan. Baptistæ Bertoni anno 1622., proposito isto titulo: *Philosophiæ naturalis Joan. Duns Scoti ex quatuor libris Sententiarum, et Quodlibetis collecta, in Theoremata distributa, et contra adversarios omnes tam veteres, quam recentiores impugnationibus, et defensionibus illustrata, ac dilucidata. Quorum decemnovem priora præcipuas difficultates Logices complectuntur*; et in cujus fine additus est

Tractatus brevis, facilis et necessarius in Formalitates Scoti.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum, in fol. Ibid. 1619.

Disputationes Theologicas de Pœnitentia, de peccato, de Purgatorio, de Suffragiis, de Indulgentiis, in fol. Ibidem anno 1623. ex Officina Marci Ginammi.

Adversus impios atheos disputationes quatuor Philosophicæ, ad Franciscum Cardinalem Barberinum ibidem anno 1627. in 4.

PHILIPPUS FLORENTINUS, dictus *Utrovasius*, celebris concionator, ac sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis, scripsit

Tractatus, seu *Methodum componendi Sermones*, seu *Collationes*. Incipit, *Ad habendam aliquam notitiam componendi.*

Sermones pro diebus Festivis, ac Feriatibus totius anni.

Chronicon autem *Ordinis Servorum* suum opus fuisse indicat, sibique fuisse surreptos istos labores, ita ut alteri ædificaverit, qui ejus ulcrit honores.

Reliqui *Conclusiones collectas e libris Physicorum Aristotelis*. Extant mss. in Bibliotheca Florentina S. Crucis.

Floruit anno 1343.

PHILIPPUS alter FLORENTINUS herbarum, borumque virtutibus digressecudis totus addictus, scripsit Italice, dedicavitque Cosmo Magno Etruriæ Duci librum quinque partibus distinctum, cui titulus:

Compendio delle facoltà de' semplici. Incip. *L'Abratano scritto da Dioscoride*. Prodiit Florentiæ an. 1572.

PHILIPPUS GESUALDUS, vir nobilis, et doctus, Minister Generalis Ordinis Minor. Convent. Episcopus Cariatensis, edidit Italice

Soliloquia spiritualia.

Plutosophiam, seu *artem memoriæ tam naturalis, quam artificialis perficiendæ*. Vicentiæ apud Hæredes Perini anno 1600.

PHILIPPUS de GHIFULCIS a Mediolano scripsit

Commentaria super Apocalypsim. Habentur mss. in Bibliotheca Convent. Assisii.

PHILIPPUS HIGGINUS Hiberuus, scripsit

Poemata sacra.

Obiit anno 1487.

PHILIPPUS e MONTE CALERIO in Subalpinis, scripsit apud Toledates

Commentaria in Genesim, et quasdam alias divinæ Scripturæ partes.

Conciones per totius anni Dominicos dies, quæ in Epitomen redactæ a Jansclmo Canova Custode Cumano ejus consodale, impressæ fuerunt Lugduni apud Balthazarem e Gabiano anno 1510. et apud Jacobum Myt anno 1515. atque demum an. 1541.

Conciones Quadragesimales. Ibidem in Bibliotheca nostra Araceli habentur magno volumine mss. Incip. *Exit sequens inexorum vestigia.*

Conciones de sanctissima Eucharistia, et de Sanctis. Vivebat anno 1344.

PHILIPPUS PERUSINUS Tusciæ Minister provincialis, ob cujus singularem eruditionem Nicolaus III. Summus Pontifex eum in suam clientelam suscepit; scripsit

Historiam Ord. Minorum, et præsertim ea, quæ suo tempore contigernat.

Vixit anno 1280. Vide tomum 2. nostrorum Annalium (*An.* 1279. *num.* 9.)

PHILIPPUS PORCATIUS Bagnacavallensis, Minister generalis Conventual. scripsit

Commentaria in Scotum, et in libros Aristotelis. Obiit Romæ 1511.

PHILIPPUS de RIBADANEIRA Hispanus, scripsit

Libros duos de Excellentiis B. Mariæ Virg. Neapoli 1606.

PHILIPPUS RIBOTTUS Capucinus, Pedemontanus, edidit Italice

Declarationem Salutationis Angelicæ. Taurini in 12. anno 1614.

PHILIPPUS SALERNUS Siculus, Convent. edidit Italice

De Epistola B. Virginis ad Messanos concionem unam. Messanæ anno 1641. in 4.

De sancta Conceptione Deiparæ opusculum. Ibidem 1643.

PHILIPPUS a SOSA, provinciæ S. Jacobi, Hispanus, interpretatus est

Bullam confirmationis, et novæ concessionis privilegiorum Mendicantium. Scripsit tractatum, cui titulus:

Doctrina Virginitatis.

Alterum *de Mysteriis Angelorum.* Omnia prodierunt Salamanticæ anno 1539.

Compendium mysteriorum Adventus Christi Domini edidit Hispali 1569.

Opusculum sancti Bonaventuræ, cui titulus: *Speculum disciplinæ*, Hispanice edidit. Ibidem 1574.

De excellentia Evangelii. Ibidem 1569.

Chronicorum Ordinis a Marco Ulyssiponensi scriptorum partem secundam Hispanice edidit. Compluti 1566.

PHILIPPUS VARAGIUS, edidit

Flores totius S. Scripturæ. Prodierunt charactere antiquo absque anno, aut loco impressionis. Vivebat anno 1532.

PHILIPPUS VOTINGO, scripsit

Confutationem quæstionemæ contra Montem Pietatis.

PHILIPPUS VULTERRANUS, sive *Volaterranus*, edidit

Concordantias Evangeliorum.

Homilias quatuordecim, quæ Venetiis mss. in Bibliotheca sancti Marci asservantur.

POLYCARPUS du FAY, Strict. Observ. edidit

Panegyrim de Martyribus Japonensibus.

PON-

PONTIUS CARBONELLUS Catalanus, sancti Ludovici Episcopi Tolosatis ex Ordine Min., non sancti Ludovici Regis Galliarum, uti scribunt Possevinus, Willotus, et Bibliotheca Hispanicæ author, magister, et rector, vir sanctissimus, et doctissimus, scripsit

Commentaria in universa Biblia, ad singula loca collectis abunde sanctorum Patrum sententiis, ita ut non inepte opus nuncupari possit *Catena sanctorum Patrum in universum sacrum Scripturam*. Habetur ms. octo tomis satis magnis distinctum in Bibliotheca Toletana Fratrum Minorum, a viris doctis satis expetitum. Qui legerunt, vehementer dolent, in tenebris per tot annorum centurias sepeliri, et summopere cupiunt, ut aliquando lucem adspicit.

Jacet in templo Minorum Barchonæ.

PROPERTIUS RESTA Neapolitanus, a Talleacotio, Theologus, Episcopus Geruntinensis, et Carriatensis, emisit

De vera, et falsa sapientia libros 4. Romæ apud Gulielmum Facciottum anno 1590.

PROSPER URBANUS Picenus, Urbinas, Theologus insignis, et Regens primarius Minorum Conventus. emisit magno studentium commodo

Summam Theologiæ Alexandri Alensis, quam in compendium dcote redegit.

Commentarios uberes in Symbolum S. Athanasii. Prodierunt Urbini anno 1604.

R

RADULPHUS RADIUTORIUS Anglus Academiæ Oxoniensis doctor Theologus, ab acumine ingenii, sermonis elegantia, linguæ promptitudine, dicendi, et quidvis eloquendi mira cum facilitate, tum felicitate cum singulari quadam gratia, dictus ab historicis vulgo *Facundus Apollo*; sacrarum Scripturarum lectione quotidiana, meditatione perpetua mirifice delectatus, scripsit in varios tum veteris, tum novi Testamenti textus, ut inter alios Bartholomæus Pisanus testatur,

Commentariorum libros plures.

Super Magistrum Sententiarum lib. quatuor.

Lecturas scholasticas. lib. 1.

Quæstiones ordinarias, lib. 1.

Claruit anno 1350.

RANULPHUS LOKESLIEUS Anglus, Oxoniensis Cœnobii filius, in bonarum litterarum studiis ab adolescentia educatus, Lelando teste, tum in Philosophia, tum in Theologia fructus ubertim produxit, et Oxoniæ tandem sacræ Theologiæ doctor creatus, Professor constitutus, Magistri Lombardi Sententias ex suprema cathedra publicitus docuit, ejusque textum eruditis Commentariis illustravit. Quantæ autem fuerit pietatis, et doctrinæ, scripta, quæ posteris reliquit, locupletes testes esse possunt eqidli

Super Magistrum Sententiarum lib. quatuor.

De præpertate Evangelica librum 1.

Super Aristotelis opera varia libros plures, et alia quædam.

Claruit anno 1310.

RAPHAEL DIEPPENSIS Concionator Capucinus, scripsit

Methodum facilem ad convincendum quemlibet hæreticum. Rothomagi anno 1640.

RAPHAEL NANNETENSIS Capucinus, scripsit Gallice lib. cui titulus:

Exaltatio coronæ Domini nostri Jesu Christi, in 8. Redone.

RAYMUNDUS N. scripsit

Summam de Sacramentis.

Vixit anno 1491.

RAYMUNDUS AUGERII Gallus, Mimateusis, scripsit

Commentaria in Politica Aristotelis.

RAYMUNDUS LULLUS Majoricensis, Tertii Ord. S. Francisci, vir singularis vitæ, et doctrinæ, non æquæ apud omnes opinionis. Majoricenses, et qui illius adhæreut doctrinæ, summis laudibus extollunt; alii vehementer deprimunt, et in plerisque, indigne certe, traducunt. Nos diffuse hominem descripsimus t. 2. et 3. Annal., ac de vita, et doctrina sincere nostrum protulimus judicium. Illud quidem in homine maxime fuit commendabile quod summo ardore, et incredibili labore infidelium procurarit conversionem. Illud etiam admirabile, quemolo in perpetuis itineribus, ærumnosisque discursibus tot libros scripserit, tam varia argumenta tractaverit, ita ut incredibile ferme videatur, virum incertæ sedis, perpetuo peregrinantem, nullius adjutorio, eodicum inopia laborantem, tot sui ingenii monumenta posteris reliquisse, quot in subjecto catalogo longa, variaque serie recensentur. Et quidem, si quæ labes in scripta irrepserat, si qua macula sunt conspersa, illum abunde suo cruore diluit, et si quid atramento peccavit, sanguine pro Christi fide sparso gencrose correxit. Martyrii gloria invidiam omnem superavit, et si quid nimmle livor objeiat, hoc uno argumento retunditur, quod pro Christo animam posuerit, eique se totum obtulerit in holocaustum. Porro id hic sciendum est. præcipuos doctrinæ errores, quos Nicolaus Eymericus, et ex isto alii huic affigunt Raymundo, non illius esse, sed alterius Raymundi neophyti, cujusdam Instituti Religiosi improbi alumni, cujus memoriam condemnavit Gregorius XI. Ex illius Regesto Franciscus Pcña Apostolicum condemnationis excripsit diploma, quod et ego inter hujus Pontificis monumenta in archivo Vaticano recondita perlegi. Apud Baleares Raymundus hic noster summo habetur in honore, neque quidquam veneralionis præter solemnem Apotheosin ei videtur deesse. Illius doctrinam ibidem Doctores ex subsellio, statuto stipendio, publice profitentur. In Gallia curiose plerique ejus libros perquirunt, et legunt, asseruntque se inde abseonditus hanrire thesauros. Unusquisque in suo sensu abundat, et quod nuns non videt, alter se vidisse judicat. Ivo Parisiensis, de quo jam dictum est, ex Raymundi principiis duo magna volumina nuperrime compilavit, quæ *Digestum sapientiæ* nuncupavit. Certe illius librorum ingens est cumulus, et doctrinæ mire varietas, uti hic prospicere licebit. Omnia ejus opera, quorum potissima penes nos sunt, per varias classes judicavimus esse distinguenda.

ARTIUM GENERALIUM LIBRI.

Ars generalis, incipit, *Ars generalis.*

Ars brevis, quæ est longo artis, quæ dicitur *Ars generalis*, sive *magna*, scripta anno 1307. impressa variis locis. Incipit. *Ratio, quare facimus istam artem.*

Ars generalis ultima, incepta Lugduni 1305. et finita Pisis in monasterio sancti Dominici 1308. impressa variis locis, et ultimo Majoricis typis hæredum Gabrielis Gunsp, correcta, et districtius divisa per Fr. Franciscum Marzal anno 1645. Incipit, *Quoniam multas artes fecimus.*

Ars

Ars demonstrativa veritatis. Parisiis an. 1309. Incipit, *Quoniam hæc ars demonstrativa.*

Ars altera demonstrativa veritatis. Incipit, *Finalis quidem.*

Compendium artis demonstrativæ. Incipit, *Quoniam omnis.*

Lectura super artem demonstrativam, sive *liber chaos.* Incipit, *Quoniam Deus multum est accolibilis.* Alius habetur liber huic similis, cui titulus, *Chaos magnum.*

Introductorium ad Artem demonstrativam. Citatur in isto libro Lullus, eritque proinde alicujus Lullistæ. Incipit, *Introductoria artis demonstrativæ tradere volentia.*

Liber correlativorum innatorum, scriptus Parisiis an. 1309. impressus Valentiæ per Gregorium Costilla cura Alphonsi a Proaza die 9. Decembris 1512. Incipit, *Quoniam ignoratis.*

Ars inventiva veritatis. Incipit, *Ars præsens ab Arte demonstrativa descendit.*

Tabula generalis ad omnes scientias applicabilis, finit incepta in portu Tunici 15. Septemb. 1292. et finita in civitate Neapoli in Octava Epiphaniæ 1293. Incipit, *Ratio, quare ista Tabula ponitur.*

Ars expositiva, seu *lectura super artem inventivam, et tabulam generalem.* Incipit, *Ars ista modum sequitur, et doctrinam artis inventivæ.* Prædicti tres libri impressi sunt Valentiæ an. 1325. per Dilacum Gumiel, et correcti cura Alphonsi Proaza, atque Cardinali Francisco Ximenes dicati.

Ars compendiosa inveniendi veritatem. Incipit, *A. Ponimus.*

Alia ars compendiosa. Incipit, *Hæc ars compendiosa.*

Ars inquirendi particularia in universalibus. Incipit, *Cum apud nos.*

Liber propositionum secundum artem demonstrativam compilatus. Incipit, *Ab arte demonstrativa trahit hoc opus exordium.*

Liber de ascensu, et descensu intellectus. Incipit, *Quoniam sunt aliqui homines:* scriptus in Monte Pessulano mense Martii 1304. impressus Valentiæ per Gregorium Costilla, et correctus cura Alphonsi a Proaza die 9 Decemb. 1519.

Ars penultima. Incip. *Quoniam scimus istam.*

Ars scientiæ generalis. Incipit, *Ars, sive scientia.*

Alia lectura super Artem inventivam veritatis. Incip. *Circa quod.*

De conditionibus artis inventivæ. Incipit, *Quoniam Deus.*

Liber de declaratione scientiæ inventivæ. Incip. *Primo ad inveniendum.*

Practica brevis super artem brevem, sive *super Tabulam generalem.* Incip. *Est autem hæc.*

Liber de experientia realitatis artis. Inc. *Quoniam experimentum.*

Liber de mixtione principiorum.

Liber de formatione Tabularum.

Lectura super Tabulam generalem. Incip. *Cum theorica.*

Practica brevis super eandem. Incip. *Alphabetum.*

Lectura super tertiam figuram Tabulæ generalis. Incipit, *Dividitur hæc lectura.*

Liber facilis scientiæ. Incip. *Manifestum est.*

De quæstionibus super eo motis. Quoniam liber facilis scientiæ.

Liber de significatione. Incipit, *Significatio est ens.*

Liber magnus demonstrationis, seu *Brancha Artis inventivæ veritatis.* Incip. *Quoniam humanus intellectus.*

Liber de lumine. Incip. *Quoniam intellectus est valde.*

Liber de inquisitione veri, et boni in omni materia. Incipit. *Scientia veri, et boni.*

Liber de punctis transcendentibus.

Ars intellectus. Incipit, *Quidam homo.*

De modo naturali intelligendi in omni scientia.

De inventione intellectus.

De refugio intellectus.

Ars voluntatis. Incipit, *Cum Deus.*

Ars amativa boni. Incipit, *Ad recognoscendum.*

Alia Ars amativa. Incipit, *Ad cognoscendum.*

Alia Ars amativa. Incipit, *Deus benedictus.*

Ars memorativa. Per quandam silvam.

De quæstionibus super eo motis.

Alia Ars memorativa. Incipit, *Hic est necessarium.*

De principio, medio, et fine.

De differentia, concordantia, et contrarietate. Incipit, *Sensuale est.*

De æqualitate, majoritate, et minoritate.

De fine, et majoritate. Incipit, *Quoniam quidquid.*

Ars consilii. Incipit, *Cum sit hoc quod consilium.*

Alius liber de consilio. Quidam homo.

Liber de excusatione Raymundi. Domine Deus, humilis.

Liber ad intelligendum Doctores antiquos.

Ars infusa.

Art de fer, y soltar questions. Hoc est, *Ars faciendi, et solvendi quæstiones.*

Fundamentum artis generalis.

Supplicatio Raymundi ad Parisienses.

Liber ad memoriam confirmandam, scriptus Pisis in Conventu S. Dominici. Incipit, *Ratio quare præsentem volumus colligere tractatum.*

Liber de potentia, objecto, et actu. Cum plures homines.

Ars generalis rhythmica, scripta Majoricis mense Martio anno 1300. *Deus gloriose per.*

LIBRI GRAMMATICÆ, ET RHETORICÆ.

Ars Grammaticæ speculativæ completissima.

Ars Grammaticæ brevis.

Ars Rhetoricæ. Cum verbum.

LIBRI LOGICALES.

Liber, qui vocatur Logica de Grozell. versa vulgari: *Deus per fer ha nos honrament.*

Logica parva. Logica est ars et scientia. Primo impressa Compluti in officina Arnaldi Guillermi Brocarii an. 1518., postea illustrata Commentariolis Antonii Beluer, et Majoricis impressa apud Gabrielem Guasp anno 1548.

Logica nova finita Genevæ 1303. et impressa Valentiæ per Gregorium Costilla cura Alphonsi a Proaza die 9. Decembris anno 1519. Incipit, *Considerantes veterem, et antiquam Logicam.*

Liber de novo modo demonstrandi. Quare dicitur.

Liber de fallaciis. Per istas fallacias possunt convenire Theologi.

Alia Logica de quinque arboribus.

Liber de subjecto, et prædicato.

Liber de conversione subjecti, et prædicati. Quoniam apponentes.

Liber de Syllogismis.

Liber de modo naturali, et syllogistico, quo concluditur necessario, et naturaliter prædicatum esse in subjecto. Quonism omnes quasi sumus.

Liber

Liber de affirmatione, et negatione, et causis earum. Quoniam omnia sunt.

Liber de quinque prædicabilibus, et decem prædicamentis. Quoniam quinque prædicabilia.

Liber de novis fallaciis. Quoniam intellectus humanus.

Liber, qui dicitur *Fallacia Raymundi*. Quædam affirmatio.

LIBRI PHILOSOPHICI.

Liber lamentationis duodecim principiorum Philosophiæ contra Averroistas, scriptus Parisiis mense Febr. 1310. et dedicatus Philippo Francorum Regi. Incip. *Principum Illustrissimo.*

Liber de principiis Philosophiæ, scriptus Majoricis 1306. *Cum Philosophia sit effectus primæ causæ.*

Liber de ponderositate, et levitate elementorum. Ad requisitionem medicorum.

Liber de anima rationali. Finitus est Romæ 1294. et impressus Compluti per Gullielmum Brocarium in vig. Assumptionis 1519. *Quoniam anima rationalis.*

Liber de reprobatione errorum Averrois. Cum Christianos fideles.

Liber contra ponentes æternitatem mundi.

Liber de Quæstionibus super librum de anima rationali motis. Utrum anima.

Liber de actibus potentiarum animæ æqualibus. Utrum beatitudo.

Liber de anima vegetativa, et sensitiva.

Physica nova. Cum aggredi.

De natura.

Ars Philosophiæ. Cum natura sit.

De consequentiis Philosophiæ. Cum Philosophia.

Liber de generatione, et corruptione.

Liber de graduatione elementorum.

Liber super figura elementari. Elementa sunt quatuor.

Liber de qualitatibus, proprietatibus, et effectibus elementorum.

Liber de olfactu. Ad inquirendum sensum.

Liber de possibili, et impossibili. Quoniam Philosophantes.

Ars compendiosa principiorum Philosophiæ secundum artem demonstrativam in duas partes divisa. Cum intendamus artem valde compendiose componere.

Liber de intensitate, et extensitate.

LIBRI METAPHYSICI.

Metaphysica nova. Quoniam quidem intellectus.

Liber de ente reali, et rationis. Quoniam intellectus.

De proprietatibus rerum.

Liber de homine. Cum sit dicens.

Liber de magnitudine, et parvitate hominis. O bone Deus.

LIBRI VARIARUM ARTIUM.

Ars Politicæ.

Liber militiæ secularis. Ad significandum septem.

Liber de militia Clericali, alias *de Clericis.* Incipit, *Liber iste.*

Ars de Cavalleria.

Tractatus *de Astronomia;* finitus Parisiis mense Octobr. 1298. *Cum plures sint homines.*

Ars Astrologiæ. Cum plures homines.

Liber de Planetis.

Geometria nova. Quoniam brevis intentio.

Geometria magna. Quoniam multum est.

De Quadrangulatura, et Triangulatura circuli, alias appellatus *liber de circulis.* Ad investigandum.

Ars cognoscendi Deum per gratiam. Deus es aquellens.

Ars Arithmetica.

Ars divina.

LIBRI MEDICINALE.

Ars de principiis, et gradibus medicinæ. Quoniam omnis ars habet sua principia.

Liber de regionibus infirmitatis, et sanitatis; scriptus in Monte Pessulano mense Decembris 1303. *Quoniam multum est difficilis scientia.*

Liber de Arte Medicinæ compendiosa. Ars ista hac intentione compilata est.

Liber de pulsibus, et urinis.

Liber de aquis, et oleis. Ego Raymundus.

Liber de medicina theorica, et practica.

Liber de Instrumento intellectus in medicina.

LIBRI JURIS.

Ars utriusque Juris; scriptus in Monte Pessulano mense Januarii 1307. Clemente V. Pontifice. *Quoniam scientia est longa.*

Ars Juris particularis. Quoniam vita hominis.

Ars principiorum Juris. Præsens ars.

Ars de Jure. Quoniam scientia Juris.

LIBRI SPIRITUALES, ET CONTEMPLATIONIS.

Liber Natalis pueri JESU; scriptus Parisiis 1310. et dedicatus Philippo Regi Franciæ; impressus Parisiis per Guidonem Mercatorem 1499. *Da Domine in te credentibus.*

Liber de decem modis contemplandi Deum. Ad honorem Dei contendere volumus.

Liber de raptu.

Liber contemplationis, quæ fit in Deo. Summe Deus, qui es verus Deus.

Liber Blanquerna tractans de quinque statibus personarum, de Uxoratis, Religiosis, Prælatis, Cardinalibus, et Pontificibus. Translatus est in linguam Valentinam, et demum impressus Valentiæ per Franciscum Joffredum anno 1521.

Liber de orationibus, et contemplationibus intellectus, impressus eodem loco, et anno. *Ex la ignorantia.*

Liber de Meditationibus totius anni; alias *de Amico, et Amato.* Impressus Parisiis 1505. *Interrogavit amicus suum amatum.* Prodiit Rothomagi cum Annotationibus Martialis Cænomanensis Tertii Ord. S. Francisci.

Liber de laudibus B. Virg. Mariæ, qui dicitur, *Ars Inventionum;* impressus Parisiis per Guidonem Mercatorem an. 1499. *Quæstiones, diffinitiones, laudes.*

Liber appellatus *Clericus*, sive *pro Clericis*, scriptus anno 1311. impressus eodem anno, et tempore, quo præcedens.

Liber de Confessione, scriptus Majoricis mense Septemb. 1311.

Liber de Orationibus. Com malos homens.

Philosophia amoris; scripta Parisiis mense Octobris 1298. impressa Parisiis per Jacobum Fabrum, et dedicata Alphonso ab Aragonia Cæsaraugustæ, et Valentiæ Archiepiscopo 1516. *Raymundus Parisiis existens.*

Liber proverbiorum, impressus sient præcedens; scriptus ab authore Romæ. Incipit, *Cum proverbium sit.*

Liber de centum nominibus Dei, alias *Psalterium.*

Con

Con los Sarrayns. Habetur etiam Latine: Incipit, *Cum Saraceni.*

Orationes per regulas artis, rhythmis vulgaribus editæ.

Horæ Deiparæ Virginis vulgaribus modulis decantatæ. A honor del major Señor.

Elegiacus Virginis planctus: est truncatus et vulgari sermone scriptus. *Viveva en gran gaug la Verge Maria;* hoc est, *Vivebat in magno gaudio Virgo Maria.*

Lamentatio, seu *querimonia Raymundi*, scripta 1285. *Deus ab vostra virtute.*

Carmina Raymundi consolatoria, vulgari sermone cantata. *So ereat, e esser non dat.*

Mille proverbia vulgaria.

Versus vulgares ad Regem Balearium.

Tractatulus vulgaris metricus septem fidei articulos demonstrans.

Liber continens Confessionem; scriptus Majoricis mense Septembri 1312. *Cum peccatum sit magna transgressio.*

Primum volumen Contemplationum, continens primum, et secundum librum, et isti continentes viginti duas distinctiones. *Jesu Christ Señor nostro.*

Secundum volumen, continens librum tertium, et incipiens a distinct. 23. usque ad 32. inclusive, est scriptus per Ægidium de Bret Brabantinum die 28. Januarii 1467. *Deus glorios, et virtuos, a vos Señor sia donade.*

Tertium volumen continens quartum librum, et incipiens a distinctione 33. usque ad 40. inclusive: Hæc est de oratione, et valde longa. *A Deus gran maravellos, a vos Señor sia fata reverentia.*

Quartum volumen, et liber quintus contemplationum.

De centum signis Dei. Quoniam beatitudo hominum.

De centum dignitatibus Dei. Quidam homo.

Liber de expositione orationis Dominicæ. Cum oratio, quam Dominicam.

Alius liber de eadem materia.

Liber de Ave Maria.

Liber dictus *Parvum contemplatorium*, secundum artem inventivam, et tabulam generalem factus.

Liber de præceptis legis, articulis fidei, et Sacramentis per modum contemplationis. Omnipotens Deus.

Liber de virtutibus, et peccatis. Majoricis anno 1312. *Cum sit multum mirandum.*

Librum de compendiosa contemplatione; cujus quodlibet capitulum incipit, *Dic, ac aocte.* Opus autem incipit, *Cum sit creatus homo.*

Liber orationum factus pro Regina Aragonum. *Cum multi homines.*

Liber de orationibus per decem regulas.

Liber de viis Paradisi, et viis Infernі.

Liber de orationibus, et contemplationibus. In ignorantiam.

Liber dictus *Opus bonum.* Cum multi homines.

Liber de conscientia.

Liber de gaudiis Virginis, aliter *de Benedicta tu.* Inter alia verba.

Liber de septem horis officii Virginis Mariæ. Ad honorem.

Alius liber ejusdem materiæ.

Planctus dolorosus Dominæ nostræ super passionem Filii sui. Virgo Maria.

Ars Philosophiæ desideratæ, ad suum filium. Incipit, *Solus eram in quodam.*

Ars confitendi. Cum sit necessarium.

Liber de doctrina puerili. Dens vult.

Alia doctrina puerilis parva. Quoniam infideles.

Liber de prima, et secunda intentionibus, ad Filium. *Cum desiderans, et jacens.*

Blanquerna magnus. Ad significationem quinque plagarum.

Liber de placido visione.

Liber de consolatione eremitica.

Ars ut ad Deum cognoscendum, et diligendum majorem virtutem habere possimus. Cum intendamus.

Liber ducentorum carminum, vulgari idiomate.

Liber de vita divina.

Liber de definitionibus Dei.

Llibre; El desconsuelo di Ramon.

Liber hymnorum.

Liber sex mille proverbiorum in omni materia, forte erit idem cum illo, quem supra diximus vulgari sermone conscriptum.

LIBRI PRÆDICABILES.

Ars prædicationis; scriptus Majoricis mense Februario 1312. *Cum hæc sit major ars prædicationis.*

Liber super quatuor sensus sacræ Scripturæ.

Ars prædicandi major. Cum prædicatio.

Ars prædicandi minor. Cum ars major.

Liber 52. Sermonum contra omnes incredulos.

Commentaria in primordiale Evangelium Joannis, seu *in caput primum Evangelii Joannis: In principio erat Verbum.* Hic liber fuit impressus Ambianis in ædibus Francisci de Halewin ejusdem urbis Episcopi anno 1511. Incipit, *Hæc propositio varias intelligentias habet.*

LIBRI QUODLIBETALES, SEU VARIARUM RERUM.

Liber primæ, et secundæ intentionis in quinque partes divisus, et agit de virtutibus, et vitiis, ac variis hominum statibus. A quest libri, qui primeramont.

Liber de miraculis cæli, et mundi. En tristitia, e en llunguiment.

Arbor scientiæ. Prodiit Lugduni opera Gilberti de Villiers anno 1515. *In desolatione, et fletibus.*

Liber quæstionum quodlibetalium super artem inventivam veritatis. Quæstiones.

Liber de fine. Cum mundus in malo.

Consilium Raymundi lingua Balearica. Un Concili vull commensar.

Liber de acquisitione Terræ Sanctæ. Ad acquirendum.

Liber de Anti-Christo. Omnipotens Deus benedictus.

Liber de mirabilibus Orbis dictus *Felix*, et valde commendatus. *In tristitia, et languore.*

Liber de civitate mundi; scriptus Messanæ 1314. *Civitas est locus.*

Liber variarum quæstionum.

Liber de gradu superlativo.

Liber de virtute veniali, et vitali, et de peccato veniali, et mortali ad Regem Sancium; scriptus Majoricis 1312. *Quoniam plerique homines.*

LIBRI VARIARUM DISPUTATIONUM, SEU CONTROVERSIARUM.

Liber de Gentili, et tribus sapientibus, scriptus in Monte Pessulano 1307. *Deus excellentissime, enjus imperium.*

Tractatus de articulis fidei, scriptus Romæ lingua vulgari 1296. et traslatus in Latinum. Majoricis 1300. *Cum aliqui dicant.*

De

De Deo ignoto, et de mundo ignoto. Parisiis mense Martii 1310. *Ad ostendendum, per quem Deus.*

Liber de efficiente, et effectu. Parisiis mense Maii 1312. *Parisiis Raymundista, et Averroista disputabant.*

Disputatio Raymundi, et Averroistæ de quinque quæstionibus. Parisiis fuit magna controversia inter.

Liber contradictionis inter Raymundum, et Averroistam de ceutum syllogismis circa mysterium Trinitatis. Parisiis mense Februarii 1310. *Accidit quod Raymundista.*

Alius liber de eodem argumento, in Monte Pessulano mense Martii 1304. *Antequam Raymundus, sive Raymundista.*

Liber de forma Dei, quem alias vocat *Parvum artem pro cognoscendo Dei,* scriptus mense Julii 1311. *Quoniam Deus est ens primum singulare absolutum.*

Liber, utrum fidelis possit solvere, et destruere omnes objectiones, quas infideles possunt facere contra sanctam fidem Catholicam. Parisiis mense Augusti 1311. *Accidit quod circa Parisios.*

Liber disputationis intellectus, et fidei in Monte Pessulano mense Octobr. 1303. *Theologorum studia.*

Liber appellatus *Apostrophe, in quo probantur articuli fidei,* scriptus Romæ in Vigilia S. Joannis Baptistæ anno 1296. impressus in variis locis. *Ad probationem articulorum fidei.*

Liber de quatuordecim articulis Catholicæ fidei Romanæ. Quoniam fides est intellectus illuminatio.

Liber de demonstratione per æquiparantiam, scriptus in Monte Pessulano mense Martii 1304. impressus Valentiæ per Joannem Joffredum cura Alphonsi a Proaza pridie kalend. Maii 1519. *Quoniam quidquid demonstratum fuit ab antiquis.*

Liber de convenientiis, quam habent fides, et intellectus in objecto, scriptus in Monte Pessulano mense Martii secundum unum exemplar 1304., secundum aliud 1308., et aliud 1310. Dividitur iste liber in tres partes.

Liber de iis, quæ homo de Deo debet credere, scriptus in Armenia in urbe Alleas mense Januar. 1301. *Cum malos Christianos.*

Liber de substantia, et accidente, in quo probatur Trinitas; scriptus in civitate Messanæ mense Octobr. anno 1313. impressus Valentiæ per Joannem Joffredum, et cura Alphonsi a Proaza pridie kalend. Maii 1520. *Quoniam per plures modos.*

Liber de Trinitate in unitate, sive de essentia Dei, scriptus anno 1310. *Quoniam infideles derident Christianos.*

Disputatio Raymundi Lulli, et Homerii Saraceni, primo habita inter eos in urbe Bugiæ sermone Arabico, postea translata in Latinum a Lullo Pisis in monasterio S. Dominici anno 1308. impressa Valentiæ per Joannem Joffredum cura Alphonsi a Proaza, et dedicata Bartholomæo Gentili nobili Genuensi, et acerrimi ingenii viro an. 1510. pridie kalend. Maii. *Quidam homo Christianus, cui nomen erat Raymundus.*

Disputatio quinque hominum sapientum, finitus in civitate Neapoli 1294. impressus Valentiæ, sicut præcedens, anno 1520. *In quadam silva magna.*

Liber de existentia, et agentia Dei contra Averroem. Parisiis mense Augusti anno 1311. *Quoniam cognoscere, et amare.*

Declaratio Raymundi Lulli per modum Dialogi edita contra 218. opiniones erroneas aliquorum Philosophorum, et damnatas ab Episcopo Parisiensi: quam declarationem Raymundus præsentavit eidem Episcopo Parisiensi, et Cancellario, ac Rectori Universitatis, et Magistris Ordinis. Incipit: *In quadam silva.*

De significatione fidei, et intellectus.

Ars Theologiæ, et Philosophiæ mysticæ contra Averroem. Cum ad sanctam fidem.

Liber de Spiritu Sancto contra Græcos.

Quod in Deo non sint plures, quam tres personæ. Ad probandum.

De non multitudine esse divini. Præsuppono.

Quid habeat homo credere? Cum sint plures Christiani.

De Ente simpliciter per se contra errores Averrois. Quoniam Deus est,

De perversione entis removenda. Facta hypothesi.

De minori loco ad majorem, ad probandum Trinitatem, et Incarnationem. Quoniam aliqui Christiani.

De concordantia, et contrarietate, ad idem probandum.

De probatione Unitatis Dei, Trinitatis, Incarnationis, creationis, et resurrectionis. Cum aliqui dicant.

De quæstione quadam valde alta, et profunda. Accidit quod circa Parisios.

Disputatio trium sapientum: alias *de gentili.* Forte erit alius Liber a primo hujus classis, seu ordinis, quia ponitur alind principium: *Cum longo Tempore.*

Liber de reprobatione errorum Averrois. Cum Christianos fideles.

Liber de meliore lege.

Liber contra Judæos.

Liber de reformatione Hebraica.

Liber de participatione Christianorum, et Saracenorum. Raymundus veniens.

De Adventu Messiæ contra Judæos. Duo viri.

Liber de vera credentia, et falsa. Perveniens ad tempus.

Liber de probatione articulorum fidei. Quoniam infideles.

Disputatio Petri Clerici, et Raymundi phantastici. Accidit duos homines.

Liber dictus: Dominus quæ pars? fuit, nti quidam asserunt, disputatio Raymundi, et Scoti.

Liber de probatione fidei Catholicæ.

Tractatus de modo convertendi Infideles.

De duobus actibus finalibus. Duodecim syllogismos.

LIBRI THEOLOGICI.

Liber quæstionum super quatuor lib. Sententiarum; scriptus Parisiis infra octavam Assumptionis 1298. impressus Lugduni die 4. Decembris 1491. et Panormi per Joannem Taxuinum 1507. Incipit: *Raymundus Parisiis studens, statumque hujus mundi considerans.*

Quæstiones Magistri Thomæ Atrebatensis solutæ secundum artem. Fuerunt scriptæ Parisiis 1299. in mense Julii, et impressæ simul cum Sententiariis, *In Christo Domino:* ubi excusationis gratia dicit se occupatum fuisse per unum librum de Geometria, et alium de principiis Theologiæ, quos scripserat.

Liber de Deo. Cum lo principal fi.

Liber de Ente simpliciter absoluto; scriptus in urbe Viennensi, dum ibi celebrabatur Concilium anno 1312. *Ens simpliciter absolutum.*

Liber de esse Dei; Majoricis mense Septembris 1300. *Esse Dei vocamus.*

Liber de principiis Theologiæ, Theologia est scientia.

Liber de consequentiis Theologiæ.

De investigatione divinarum dignitatum. Quidam homo.

Liber

Liber de Trinitate

Liber de Trinitate Trinissima. Quoniam secundum.

De inventione Trinitatis.

De unitate, et pluralitate Dei ad Regem Franciæ. Ad venandum.

De investigatione vestigiorum productioni Divinarum personarum. Investigationem istam.

De Divinis dignitatibus. Nullum majus bonum.

De propriis, et communibus rationibus divinis. Ad probandum.

De potestate divinarum rationum. Quoniam infidèles.

De infinitate divinarum dignitatum.

De actu majori, scilicet actu divinarum dignitatum. Actum majorem vocamus.

De diffinitionibus Dei. Diffinitiones Dei.

De nomine Dei. Quia Deus.

De unitate Dei. Quoniam quidquid est.

De perscitate Dei. Volo credere.

De natura Dei. Dicitur, quod divina natura.

De vita Dei. Quoniam per plures.

De sanctitate Dei. Legitur in sacra pagina.

De Est Dei. Appellamus esse Dei.

De esse Dei. Utrum æternitas Dei.

De essentia, et esse Dei; scriptus in civitate Messanæ mense Decembri 1313. *Dicitur quod in hac vita.*

De forma Dei. Quoniam Deus.

De inventione Dei. Omnia illa, sine quibus.

De memoria Dei; in civitate Messanæ mense Martii 1314. *Quoniam de divina memoria.*

De voluntate Dei infinita. Fecimus librum.

De voluntate Dei absoluta, et ordinaria.

De potestate Dei. Ad cognoscendum.

De potestate pura. Credere.

De potestate Dei infinita, et ordinata. Quoniam multi sunt, qui dicunt.

De sapientia Dei absoluta, et ordinata.

De divina veritate. Quoniam quidquid est.

De bonitate pura.

De productione divina.

De scientia perfecta. Ad investigandum.

De majori agentia Dei. Cum infidoles.

De infinito esse. Duobus modis.

De perfecto esse. Quoniam infinitum.

De Ente infinito. Quoniam hmuana.

De Ente absoluto. Quoniam Theologia.

De objecto infinito. Quoniam multi sunt.

De inveniendo Deo. Cum Deus creasset.

Liber de Deo. Appellamus antem ens.

De Deo majori, et minori. Cum Dens creavisset.

De Deo et mundo, et convenientia eorum in Jesu Christo.

Liber de Deo, et Jesu Christo. Cum sit finis principalis.

De Incarnatione. Quoniam Deus benedictus.

Liber ad intelligendum Deum. Ad intelligere.

Liber dictus: *Propter bene intelligere, diligere, et possificare.* Multum est delectabile.

Liber de prædestinatione, et libero arbitrio. Cum prædestinatio.

Alius liber de prædestinatione. Quoniam plures.

Liber de natura Angelica. Quoniam Angeli.

Liber de locutione Angelorum. Raymundus jacens.

Liber de Hierarchiis, et ordinibus Angelorum.

Liber de Angelis bonis, et malis.

Liber de conceptu Virginali. Contigit quod.

Alius liber de conceptu Virginali.

Liber de creatione. Multi sunt, qui credunt.

Liber de justitia Dei. Justitia est forma.

Liber de Conceptione Virginis Mariæ.

Liber de Angelis.

LIBRI, QUI SUB NOMINE LULLI CIRCUMFERUNTUR.

Liber Mercuriorum. Fili oportet.

Liber dictus *Apertorium.* Sapientes asserunt.

Liber dictus *Repertorium.* Aqua nostra Philosophica.

Ars intellectiva. Sunt plures simis errantes.

Practica. Corruptio, et depuratio.

Magia naturalis, Isti impressi sunt Coloniæ anno Domini 1567. Incip. *Compendium artis magicæ.*

Libri duo de secretis naturæ, sive *de Quinta essentia*, Venetiis impressi anno 1542. simul cum libris quinq ne Alberti Magni de Mineralibus, et rebus Metallicis.

Liber de quæstionibus mortis. Super librum de Quinta essentia.

Liber testamenti.

Clausula testamenti.

Codicillus.

Diadema Ruberti.

Lapidarium.

Liber dictus *de numero Philosophorum.*

Liber Experimentorum.

De inventione secreti occulti.

Ars curatoria.

Liber dictus *Proprietarium.*

Liber dictus *Aphorismorum.*

Alius liber de Magia. Circa istos libros vide nostrum judicium tomo 3. Annalium anno 1315. num. 10. et seqq.

SCRIPTORES VITÆ RAYMUNDI LULLI.

Vitam scripsit Carolus Bovillus adjunctis epistolis ad varios viros doctos de Raymundi doctrina, impressa Ambianis cum Commentariis in caput primum Evangelii Joannis, anno 1511.

Eandem scripsit Nicolaus de Pax Patricius Majoricensis, et prodiit cum libro de Anima rationali. Compl. 1519.

Joannes Segui opusculo apud me ms.

Antonius Daza 4. par. Chron. Ord. Minorum.

Alias habeo ejusdem vitas duas mss. absque nominibus authorum.

Eandem Gallice edidit Guilelmus Collieret Parisiis anno 1646. in 8.

De eodem agunt Joan. Mariana lib. 15 de Rcb. Hispan. cap. 4. et

Aubertus Miræus in Auctario de Script. Eccles. cap. 393.

RAYMUNDUS RIGALDUS, Possevino *Rigaut*, Gallus, scripsit

Sermones festivos. Incipiunt, *Ascendam in palmam.*

Commentaria in quatuor libros Sententiarum. Incipiunt, *Quæritur, utrum plures sint veritates ab æterno.*

Quæstiones morales, quæ simul cum prædictis commentariis asservantur mss. Assisii in Bibliotheca S. Francisci.

Henricus Willot putat, hunc illum esse, qui Gallice dicitur *Rigauld*, Philippo Regi Galliæ charus, ab eoque electus Archiepiscopus Rothomagensis. At non *Raymundus*, sed *Oddo Rigaldus*, vulgo *Rigault*, Minorita, de quo nos egimus tom. 1. et 2. Annalium (*An.* 1236. *num.* 9. *et an.* 1276. *num.* 4.), fuit illius Ecclesiæ Antistes.

REGINALDUS LANGHAMUS Anglus, Conventus

tus Norvicensis alumnus, sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, vir acuti, et nonnihil litigiosi ingenii, inter suos laudem illam erat consecutus, quod in scholasticis concertationibus plurimum valeret; consueverat enim argute disputare, subtiliter distinguere, dilucide explicare, solide concludere; sed nescio utrum aliena invidia, quæ plerumque feliciorum ingeniorum est comes, an sua culpa factum sit, quod pene ex omnibus Religiosorum Ordinibus doctiores quosque habuerit infensos, et infestos, adeo ut contra illum varii, et ille vicissim contra varios, scripserint.

Contra Edmundum Monachum Buriensem librum unum. Argutur principaliter contra.

Contra Andream Binhamum Dominicanum librum unum. Reverendus Pater de sacro Ordine.

Contra Joannem Haidon Carmelitam librum unum. Adversus argumentum primum.

Lecturas triginta Bibliorum lib. 1. Hæc sunt nomina filiorum Israel.

In Magistrum Sententiarum lib. quatuor.

Determinationum lib. unum.

Quæstiones disputatas, librum unum. Et *alia* similia non panca.

Claruit anno 1410.

REGINALDUS UMBER, ex provincia S. Francisci, qui Gentili a Montefforum Lectori sacri Palatii Apostolici ad Cardinalatum assumpto in Lectoratu successit (*Vide tom.* 2. *Annal. an.* 1298. *num.* 4.), scripsit

Super quatuor libros Sententiarum.

Hunc Willot, Rodulphus, et Possevinus Archiepiscopum faciunt Rothomagensem, et S. R. E. Cardinalem Portuensem Episcopum; sed neque Archiepiscopum, neque Cardinalem fuisse, nos alias tomo tertio Annalium (*An.* 1320. *n.* 5.) admonuimus.

REMIGIUS a BOZOLO Cappucinus, edidit

Rosetum Seraphicum fragrans floscullis, hoc est, figuris præclpuarum historiarum, quæ circa præclarissimum mysterium impressionis Stigmatum Seraphici P. Francisci contigere, cum elogiis ejusdem sanctissimi Fundatoris. Monachii sumptibus Petri Kovig anno 1622.

RICERUS Italus, Picenus, socius S. Francisci, brevi tractatu explicavit

Quomodo homo possit cito pervenire ad agnitionem veritatis. Prodiit Lovanii an. 1554. cum aliis ejusdem argumenti.

RICHARDUS CENOMANUS, Conventus Carnotensis, Doctor Parisiensis, scripsit

Collationem diversarum translationum Psalterii, et Ecclesiasticæ editionis vindicationem, vice Apologiæ, ubicumque lectio vulgata ab Hebraica veritate, aut alias variare videbatur, intertextam per Commentaria Petri Lombardi Magistri Sententiarum in idem Psalterium. Parisiis anno 1541.

Prosecutus est varia lectione *Commentarios*, quos *in epistolas ad Romanos, et ad Hebræos* doctissime confecit *Nicolaus Grandis*, pariter Minorita.

RICHARDUS CONINGTONUS Anglus, cum in ipsis teneris annis optimam indolem præseferret, Oxoniam missus, sub eximiis præceptoribus in bonarum litterarum studiis, et virtutum exercitiis sedulo antritus est. Nec sane spem, opinionemque de se conceptam fefellit, sed frugum messis cultorum laboribus abunde respondit, nam in virtute, et eruditione maximos fecit progressus. Testes sunt insignia vitæ religiosæ integritas, et doctissimorum, quos edidit, librorum copiosa supellex. Matura ætate sancti Francisci Regulam amplexus, in illa vehementi, et irreverenti contentione, quam habuit Guilelmus Occhamus contra Joannem Papam XXII., ille vero Pontifici fideliter adhæresus, contra Occhamum scripsit. Joannes Lelandus asserit, quod cum doctissimis quibusque sui temporis viris summa ei intercesserit necessitudo. In observantia disciplinæ religiosæ zelosus, factus est provinciæ Angliæ Minister. Vir temperantiæ, castimoniæ, modestiæ, gravitatis, et humilitatis laudibus insignis: in colloquiis suavis, et benignus, lepidus etiam, et elegans in omni congressu, moderate familiaris, nulli se fecit nimium sodalem, omnibus tamen urbana quadam affabilitate mire gratus; scripsit

In Psalmos Pœnitentiales librum unum. Sæpius dum sedebam solitarius.

Sermones solemnes, librum unum.

In Quadragesimale, sive *in Opus quadraginta homiliarum S. Gregorii Papæ librum unum.*

Super Magistrum Sententiarum libros quatuor.

Quodlibetorum librum unum.

De Christi dominio contra Occhamum lib. unum.

Cantabrigiæ in suo Cœnobio decessit anno 1330.

RICHARDUS CORNUBIENSIS Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, Oxonii multis annis studuit, et, ut videtur, tandem Theologiam publicus Professor docuit. Non erat hic Richardus Rufus, ut perperam putavit Lelandus. Scripsit, ut testis est Henricus Willotus in suis Franciscanorum Athenis,

Commentarios super Magistrum Sententiarum, libros quatuor. Incipiunt, *Secundum Hugonem de S. Victore.*

RICHARDUS LEDREDUS Anglus, Londinensis, a Joanne XXII. renunciatus Episcopus Ossoriensis in Hibernia, scripsit

Epistolas plerasque ad summos Pontifices, Joannem præsertim, et Benedictum XII. et Clementem VI.

Hymnos quosdam in Natali Domini, aliisque Festis in Ecclesia sua decantandos.

Obiit anno 1360. sepultus in Ecclesia sua Cathedrali prope summum altare ad latus Evangelii. De illo egimus tom. 3. et 4. Annalium.

RICHARDUS de MEDIAVILLA, vulgo Anglico *Middeltoune*, Anglus, etsi Sixtus Senensis Scotum dicat, annos adolescentiæ in capessendis artibus liberalibus, florem juventutis in perdiscendis omnibus Philosophiæ scientiis optime collocavit, et ingenium, quod ipsa natura dederat persacutum, harum disciplinarum exercitiis, et quotidiano cultu mirifice instruxit, et longe acutius reddidit. Oxoniæ postea ita operam dedit Theologiæ, ut ibidem Doctoratus laurcam acceperit. Adjunxit speculationi praxin, totumque Jus Canonicum accurate legit. Vetus etiam, et novum Testamentum sæpe, et multa cum attentione percurrit, imo maxima ex parte commentariis illustravit. Inter Parisienses Doctores variis tum lectionibus, tum disputationibus nomen magnum consecutus est. Ibi *Doctoris Solidi*, et *Copiosi*, ac *Fundatissimi* etiam, et *Authoritatis* cognomen sortitus est, ut inter alios scribit Willotus. In difficillimis sacræ Scripturæ locis exponendis adeo fuit exercitatus, ut ætate sua vix quisquam repertus fuerit, qui abstrusos, et recoditos sensus acutius penetraverit, subtilius discusserit, clarius exposuerit, promptius quæcunque occurrentia dubia solverit. Dubium, suspectamque doctrinam Petri Joannis Olivi ei cum aliis doctissimis viris examinandum commisit Bonagratia Minister Generalis (*Vide Annal. Min. an.* 1278. *n.* 31. *an.* 1283. *n.* 1. *an.* 1288. *n.* 33.). Coloniæ Agrippinæ in circuito tumuli Joannis Scoti

Scoti eum aliis quatuordecim Ordinis sui præcipuis Doctoribus nomen ejus ære insculptum sic legitur: *Magister Richardus a Mediavilla.* Scripsit multa peregrudite, ex quibus quædam se vidisse in Bibliotheca Jemblacensi scribit Pitseus. Non desunt, qui asserant eum in universam sacram Scripturam edidisse Commentarios. Constat saltem, quod scripserit

Libros singulos super singula Evangelia, lib. 4.

Super Epistola D. Pauli libros quatuordecim.

Super Magistrum Sententiarum lib. quatuor. Incipiunt, *Abscondita produxit in lucem.* Circa librum quartum, quem author non absolverat, complendum suas operas adhibuerunt Franciscus Georgius, et Dionysius Bononiensis Minoritæ. Consulenda impressio Venetæ anno 1489. Prodiit postea totum opus Venetiis anno 1509. et Brixiæ anno 1591. Habentur Nanceæ mss. partim Oxoniæ in Bibliotheca publica, et in Collegiis Mertonensi, et Balliolensi; partim Cantabrigiæ in aula Pembrochiana, et in Bibliotheca Ducali Urbini, præsertim in librum quartam.

Super distinctiones Decreti lib. unum. Patres nostri omnes sub nube.

De ordine Judiciorum lib. unum.

De Conceptione B. Mariæ Virginis lib. unum.

Opusculorum librum unum, ms. Oxonii in Collegio Mertonensi.

Quodlibeta Theologica octoginta quæstionum, librum unum. In nostra disputatione. Venetiis an. 1509. Pitseus vidit in Bibliotheca Franciscanorum Nanceæ, et nos aliquot eorum habemus mss.

Tractatum de clavium Sacerdotalium potestate, quem citat author defensorii pacis par. 2. cap. 6.

Commentarios imperfectos, librum unum.

In Regulam sancti Francisci lib. unum.

Contra Petrum Joannis Olivi lib. 1. et *alia* multa. De illo citat hoc distichon Willotus.

Sacra refert celebris Richardus dogmata, quondam
Quem genuit Mediavilla decora virum.

Tandem inter suos mortuus, et sepultus est circa annum 1300. uti habet Pitseus, vel aliquanto tardius, uti nos alias (*Annal. Minor. an.* 1302. *num.* 10.) existimavimus.

RICHARDUS PORLONDUS Anglus, patria Norfolcensis, filius Cœnobii Norvicensis, sanctitatis, et eruditionis titulis clarus, acutus ingenio, solidus judicio, politus sermone, unde tandem ad Theologiæ Doctoratum evectus est, et inter suos constitutus est Professor, ubi feriatis diebus ad fratres lectiones, Festivis, et Dominicis ad populum conciones habere consueverat. Plura scripsit, et ea non contemnenda, quæ pleraque diu fuerunt asservata in Norvicensi Benedictinorum Bibliotheca usque ad Catholicæ religionis in Anglia exterminium. Adhuc ista illius extare opera scribit Willotus:

Sermonum lib. unum.

De Passione Christi lib. unum. Christus passus est pro nobis.

RICHARDUS RHEMENSIS, scripsit

Sermones de Tempore, et de Sanctis, lib. duobus.

Richardum hunc non tam Rhemis natum, quam Archiepiscopum fuisse scribunt Rodulphus, et Possevinus; sed nos circa Archiepiscopatum alias (*tomo* 2. *Annal. an.* 1278. *num.* 31.) hæsitavimus, et rationes dubitandi produximus. Hourieus Willotus solum a patria Rhemensem appellat.

RICHARDUS RUFUS Anglus, sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis, uti testatur Ecclestonus, qui dicit eum fuisse Cornubiensem, alium tamen a Richardo de Cornubia, de quo supra diximus Doctorem fuisse Oxoniensem, legit Sententias Parisiis, quando Fr. Helias Cortonensis regebat Ordinem, Vulgo vocatus est *Philosophus admirabilis.* Willotus sit scripsisse Parisiis

Commentarios super Magistrum Sententiarum lib. 4. Totalis libri præmittit mihi prologum. Extat Parisiis.

Vixit Rufus anno 1250.

RICHARDUS RUIS Anglus, aliis Hispanus, vir subtilis ingenii, scripsit

Super Magistrum Sententiarum lib. quatuor.

RICHARDUS de Saxonia, scripsit

Librum de salutatione Angelica:

ROBERTUS de BASCIA Aquinatus, subtiliter scripsit

In quatuor libros Sententiarum.

ROBERTUS CARACCIOLUS Lycii, Neapolitani regni urbis, natus, de quo nos sæpissime egimus (*tom.* 5. 6. *et* 7. *Annal.*); sub varia fortuna, et inconstanti hominum opinione semper retinuit celeberrimi Prædicatoris famam, proinde a plurimis, iisque gravibus viris *secundus Paulus* nuncupatus. Tanta erat eloquentia, et dicendi gravitate præditus, ut omnes in eadem arte et pronunciationem, et gestus ejus imitari conarentur; exordiendi, exclamandi, commiserandi, digrediendi, epilogandi viam sequerentur. Multis Summis Pontificibus fuit in pretio, eumque decimantem libenter audiebant. Ab eis Episcopatus accepit Aquinatem, et Licien sem, alii tertium adjiciunt Aquilanum in provincia Marsorum. Scripsit

Sermonum de Christi, de B. Virgine, et de Sanctis librum eruditione, ac pietate refertum. Excusus est Venetiis anno 1489. et 1490. apud Bernardinum Benoclium. Incipit, *Non gloriatur sapiens.* Inscriptio simplex est, *Sermones de Sanctis.* Examinavit opus Theologus eximius Ord. Servorum Gasparinus Bero.

Tractatum de amore divinorum officiorum ad Joannem Aragonium Ferdinandi Regis Siciliæ filium. Quo opere exponuntur mystice per conciones verba Joannis, *Vidi alterum Angelum volantem.* Neapoli an. 1473.

Speculum fidei Christianæ. Venet. 1555.

Sermones de Tempore, ac de laudibus Sanctorum, impressos Neapoli 1489. et Basileæ anno 1490.

Quadragesimale de peccatis. Venetiis apud Andream Turrisanum Asculanum anno 1488. Incipit, *Propter nimiam charitatem suam.*

Quadragesimale de Penitentia, impressum Venetiis anno 1472. uti hæc carmina in fine libri testantur:

Rubertus celeber finxit non parva Minorum
Gloria me Fratrum, Paulo regnante Secundo.
Quarto sed Sixto veniens Hailbrun Alemannus,
Franciscus formis Veneta me pressit in urbe
Mille quadringentis et septuaginta duobus.

Prodiit secundo ibidem hoc opus auctum sermonibus de *Annunciatione Virginis Mariæ*; de *prædestinatorum numero, et damnatorum*; de *cœnis peccatorum*; de *spe bona*; de *judicio pœnitentiæ.*

Sermones de Adventu, et de Quadragesima. Venetiis anno 1496. in 8. apud Gregorium Arivabenium.

Sermones de timore Judiciorum Dei. Ibidem apud eandem in 4.

De immortalitate animæ.

De æterna Beatitudine. Ibid.

Sermones per solemnitates totius anni Domini Sabaoth, et Beatissimæ Virginis. Venetiis 1471. et a. 1496.

Pleraque ex his uno volumine impressa sunt Lugduni anno 1503.

De-

Decessit sub annum 1495. sepultus in templo Conventuallium Licensi; hac ab Hermolao Barbaro viro clarissimo adjecta inscriptione:

Maximus Ecclesiæ, ceu Paulus, præco Robertus
Quinquaginta annos concionatus obit.
Caracciolus fuerat Liciensis, Præsul Aquinas,
Hoc tectus tumulo corpore, mente polo.

In medio sepulchri incisa sunt hæc duo carmina.

Ille Robertus hic est CHRISTI, quo Præsule vatum
Nemo post Paulum clarior orbe fuit.

ROBERTUS CHAMBERLINUS Hiberuus Ultoniensis, primum in seculo sacræ Theologiæ Doctor Saiamantinus, deinde in Religione emeritus Lector in Collegio Lovaniensi Minorum Hibernorum; vir integerrimæ vitæ, adeo Religionis abhorrens honores, ut nunquam adduci potuerit ad suscipiendum predicti Collegii gubernium, licet sæpius oblatum. Scripsit exactissime

De scientia Dei.

De futuris contingentibus. Extant. mss. in dicto Collegio.

Obiit Lovanii anno 1638.

ROBERTUS COLMANUS, quem alii *Joannem* vocant, Anglus, Conventus Norviceusis alumnus, Doctor Theologus Oxoniensis; vir, cui natura optimas contulerat dotes, et educatio, ingeniique cultura non vulgarem dederat eruditionem; gravis, modestus, castus, temperans, atque apud omnes magnæ authoritatis. Hinc, ut author est Leiandus, eum in suum Cancellarium elegit Senatus Academicus Oxoniensis. Hujus viri pietate, mansuetudine, integritate, et laudabilibus omnium virtutum exemplis inductus est Cleptonus Eques Auratus, et summus Angliæ Justiciarius, ut mundo relicto, contemptisque omnibus pompis secularibus, jam senex Institutum S. Francisci amplexatus fuerit, et in eo constanter usque ad vitæ finem perseveraverit. Scripsit

Sermones, lib. unum.

Lectiones sacras, librum unum.

Carminum diversorum librum unum; et ejusmodi alia non pauca.

Vixit secundum Thomam Waldensem an. 1428.

ROBERTUS CONCIO, Theologus Parisiensis, scripsit

Commentaria in quatuor libros Sententiarum.

ROBERTUS CONTONIUS, alias *Cothon*, Anglus, Institutum Minorum a juvenilibus annis amplexus est. Oxoniæ studiis humanioribus, et Philosophicis, Lutetiæ Parisiorum Theologiæ operam dedit, ubi inter Doctores Sorbonicos ad doctoratum promotus est. Vir acuti ingenii, et solidi judicii, *Doctor amenus* vulgo vocatus est. Acriter defendere solebat Beatissimæ Mariæ Virginis conceptum fuisse ab omni originalis peccati labe alienum, quod illi gravissimarum disceptationum frequentes præbuit occasiones cum iis, qui vel certam, vel magis probabilem existimabant contrariam sententiam. Scripsit autem

Sermones habitos ad Crucem D. Pauli Londini, librum unum. Quæcunque dixerint vobis.

Inceptorium super primum librum Sententiarum, lib. unum. ms. Oxonii in Collegio novo Ballioi. Mertou. Cantabrig. in Colleg. S. Petri, Pembroch.

Abbreviationes super eadem Sententias, librum unum. Oxonii in Colleg. Lincol. et Magd.

Quodlibeta scholastica, librum unum. An inquisitor hujus.

Disceptationes Magistrales, librum unum.

Floruit anno 1340.

ROBERTUS CRUCIUS, Anglus, Minorum aliquando Provincialis Minister, vir, ut author est Leiandus, integritate vitæ, subtilitate ingenii, et non contemnenda doctrina apud suos clarus. Philosophicis studiis nsque ad multam ætatem totus immersus, vix tandem postremis vitæ suæ annis ad Theologiam se contulit, speculativas etiam in rebus sacris subtilitates solertius investigans, quam litteralem sensum quærens. Scripsit autem

Super Magistrum Sententiarum lib. quatnor.

Quæstionum difficilium librum 1.

In Physicam Aristotelis libros octo.

In ejusdem Ethica libros decem, et alia ejusmodi.

Claruit anno 1300.

ROBERTUS ELIPHAT, Anglus, quem immerito Josephus Pamphilus Augustinianum effingit; sed Franciscanum, preter Willotum, asserunt Eysengrenius, et Possevinus; ab anuis puerilibus sub regulari disciplina in liberalium artium studiis, et virtutum exercitiis educatus, in utrisque uberes fecit progressus. Post decursa Philosophica stadia, et studia peracta Theologica supremam Doctor atus lauream Parisiis accepit. Propter acutissimas concertationes scholasticas Lutetiæ celebris, et Oxoniæ: nunqnam finem fecit scribendi in Magistrum Sententiarum, illndque opus prægrande in immensum excrevit; quod Parisiis postea fuit abbroviatum a Philippo Caisarbelo Carmelita Flandro. Scripsit itaque

Quæstiones super Magistrum Sententiarum, libros quatnor. Quæritur, utrum commensuratio. Extant Parisiis apud Augustinianos.

Conclusiones ordinarias, librum unum.

Lectnras Theologicas, librum unum.

Claruit anno 1340. Sunt qui scribant Archiepiscopum fuisse Armachanum; sed citra hoc nihil mihi hue nsque certum occurrit.

ROBERTUS FININGHAMUS Anglus Norfolcensis, in Cœnobio Norvicensi ad Religionem admissus, vir in omnibus liberalibus artibus bene edncatus ab adolescentia sua. In Jure Canonico, vix diei poterit, quantum sudavit, et alsit. Multa enim voluminn hujus scientiæ perlustravit, et collatis Doctorum sententiis, obscura quæque secum, et cum aliis agitavit, atque examinavit. De variis etiam materiis non infeliciter tandem scripsit. In primis egit contra calumniatores *de statu, et dignitate Ordinis S. Francisci,* ostendiqne, quomodo Fratres illi perfectionem Evangelicam profiteantur, pro se, et pro aliis semper orantes, populo prædicantes, victum, et vestitum mendicantes, denique nihil habentes, et omnia possidentes. Scripsit

Pro Ordine Minorum librum unum. Primo de approbatione panpertatis.

Pro dignitate statns eorum librum nnum.

Casns Conciliorum Angliæ, librum 1. In statutis Oxoniensis Concilii.

De casibus decretorum librum unum. Excommunicationem incurrit.

De casibus decretalium lib. 1. Qui Cardinalem percutit, aut.

De casibus Papæ reservatis librum unum. In cæteris autem casibus.

De Extravagantibus lib. 1.

De Excommunicationibus lib. 1. Quoniam sub pœna excommunic.

De aliis nihil habeo explorati. Claruit circa annum 1460.

ROBERTUS LECCESTRIUS, Anglus, Philosophus, et Theologus præclarus, et in omni genere concertationis

tionis scholasticæ apud Oxonienses exercitatissimus habitus, nbi inter suos ad aliquot annos publicitus docuit tanta cum laude, ut per universam pene Angliam hominis fama longe lateque diffunderetur. Propter egregias etiam conciones apud Magnates magnam conciliavit gratiam. Illum præ cæteris hoc nomine mire venerabatur Robertus Episcopus Herefordiensis, coque familiarissime usus est. Scripsit

Lecturas in sacram Scripturam lib. 1.

Commentarios in Magistrum Sententiarum, lib. 4.

De computo Hebræorum, lib. 1. Prima earum est.

De computo Latinorum lib. 1. Operis injuncti novitatem.

De ratione temporum lib. 1. Ad plauiorem præscripti tractatus.

De paupertate CHRISTI librum 1.

Quodlibeta varia lib. 1.

Distinctionum lib. 1. Cujus operis mentionem facit quidam liber ms. Cantabrigiæ in aula Pembrochiana.

Opusculorum diversorum librum 1.

Lichefeldiæ vivendi finem fecit, sepultus in Monasterio sui Ordinis anno 1348.

ROBERTUS MASSIER, provinciæ Franciæ Minister, et Conventus Parisiensis Commissarius, edidit

Sermones in Epistolas, et Evangelia Quadragesimalia. Paris. 1331.

ROBERTUS REGNAUD, Conventus Parisiensis alumnus, vir pius, et eruditus, edidit, et illustravit anno 1636. Parisiis

Historiam Martini a Spoleto Minoritæ Martyris, quam Hispanice scriptam a Didaco de Torres Gallicam fecit Excellentissimus Princeps Carolus Valesius Caroli IX. Gallorum Regis filius naturalis.

ROBERTUS ROCHFORDUS, sive *a Rupe Forti,* Hibernus Lageniensis, Collegii Lovaniensis Minorum Hibernorum alumnus, scripsit Anglice

Vitam S. Patritii Hiberniæ Apostoli ex Jocelino potissime desumptam. Prodiit Audomari in 4.

ROBERTUS ROQUES, Gallus, Reg. Observ. provinciæ Aquitaniæ Minister, edidit Gallice librum, cui titulus:

Admonitio fidelis ad Christianissimum Galliarum Regem circa sui regni statum. Asservatur in Bibliotheca magni Convent. Tolosani.

ROBERTUS de RUSSIA, sive *Ruthenus,* quem Hassenn dicit Mirœus cap. 438., scripsit

Sermones varios.

Commentarios in quatuor libros Sententiarum.

Expositionem Regulæ S. Francisci ad Haymonem Anglicum generalem Ministrum.

Librum de Anima.

Obiit anno 1280.

RODERICUS QUINTIANUS, scripsit Tractatum

De Christo Jesu contra infideles.

RODERICUS a PORTILLO, Hispanus, provinciæ S. Jacobi insignis Prædicator, suæ provinciæ Definitor, et sæpe Guardianus, Regi Philippo IV. a sacris concionibus, edidit

Tractatum pium, et doctum de Christo, et Maria, et de beneficiis, quæ per ipsos mundus recipit continuo. Tanri 1630.

RODULPHUS de BEIBACO, scripsit

Librum de itineribus æternitatis.

Floruit circa annum 1360.

ROGERUS BACCONUS, Anglus, sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, secundum morem illius temporis *Doctor Mirabilis* salutatus; cum adolescens Oxonii Dialecticam, et Philosophiam disceret, stupendum ingenii monstravit acumen, quod et quotidiannis exercitationibus in dies auxit, et tandem plano ad miraculum subtilo et perspicax reddidit, ut eum Joannes Picus Mirandulæ Comes non immerito *virum ingeniosissimum* prædicaverit; cujus similo testimonium dederunt doctissimi quique illius, et sequentium ætatum Scriptores. Ad has naturæ dotes accessit industria, et assiduum pene per totam vitam ingenii, memoriæque exercitium, et tam diligens cultura, ut in omni plane doctrinæ scientiæque genere excelluerit, usique parem vix unquam viderit. Joannes Lelandus ex quibusdam conjecturis est in illa opinione, ut existimet eum sacræ Theologiæ, nec non Græcæ, et Hebraicæ linguæ Parisiis operam dedisse: quidquid sit, accurate calluit Poesin, Rhetoricam, omnemque politiorem doctrinam, omnes artes liberales, omnes scientias Mathematicas, Medicinam, Philosophiam omnem, omnem Theologiam, et Jurisprudentiam, Græcas, et Hebraeas litteras, historias sacras, et omnia venerandæ antiquitatis monimenta, adeo ut nihil illi defuerit ad virum omnibus suis numeris perfectissime eruditum, et in omni prorsus scientia summe doctum. Sanctum Edmundum Archiepiscopum Cantuariensem, et Richardum Fitzacrium seniorem Dominicanorum amicos, in studiis fautores, et aliquando Magistros habuit. *Vide Pitseum ad annum* 1284. Quo tempore Rex Angliæ Henricus Tertius consilio potissimum Petri Episcopi Wintoniensis Pictavienses, et alios exteros in Angliam introduceret, hic, et frater ejus Robertus Oxonii coram Rege conciones habuerunt contra dictum Petrum, serio suadentes Regi, ne ultra pateretur se Petri consiliis duci, vel potius seduci, nec traderet munitioria patriæ loca hominibus externis custodienda. Dum Mathematicas scientias, et Philosophiam maxime naturalem curiosius forsan, quam par erat, insuiceret, profunditus contemplaretur, et penitius penetraret, tam arcanas inde traxit consequentias, et tam mirabiles rerum reconditarum intulit conclusiones, ut apud imperitum vulgus haberetur mirus prestigiator; apud quosdam etiam non indoctos de Magicis artibus fuerit suspectus, imo et a malevolis tandem graviter accusatus: super quibus sive vulgi suspicionibus, sive malevolorum accusationibus ab Hieronymo de Escalo Ordinis totius Magistro Generali, scribit Pitseus, cum Romam vocatum, et jussu Clementis Papæ IV. examinatum, vix satis se de nimis periculosa curiositate purgasse, et ideo ad tempus carceribus mancipatum fuisse. Sed nos alibi docuimus (*Annal. Min. anno* 1266. *num.* 14. *et* 1278. *num.* 26.), hoc sub Hieronymo Generali, et Clemente Pontifice contingere non potuisse. Etenim Clemens obiit anno 1268. et Hieronymus non nisi sub annum 1274. electus est Minister Generalis, neque in judicium vocatus est Romam, sed in Gallia Hieronymi judicium subivit anno 1278. sub Nicolao III. At Clementi IV. in minoribus familiari multas etiam ei in Pontificatu scripsit litteras, et Clemens ab eo petiit sibi mitti quendum librum ab eo compositum, misitque ille per discipulum Joannem Londinensem cum instrumentis Mathematicis a se compositis. Porro Pitseus in illa tribulatione invidorum calumnias oppressum suspicatur, atque hæc in ejus defensionem conscribit. « Salvo, inquit, meliori judicio, « hic locum habet versus ille Ovidianus:

« *Fructus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem.*

« Certe malum hac in parte non videtur homini evenisse, nisi ex suo bono; nam fœcundum illud, et « profundum litteratissimi hominis ingenium difficilia « multa

« multa invenit, quæ aliorum ingenia, si alta, a se non « inventa dolebant, et ex invidia accusabant; si vul- « garia, ne inventa quidem capere poterant. Itaque « vel invidia, vel ex ignorantia calumniabantur, et « condemnabant illa, quæ suam vel effugerant indu- « striam, vel superaverant captum. » Multiplicis vero ejus doctrinæ testimonium immensam librorum multitudinem hic ex Pitseo subjicimus.

Sermonum, seu concionum librum unum.

Commentarios in Magistrum Sententiarum lib. 4.

Compendium studii Theologici, libros quinque. Quoniam in omnibus causis: ms. cum aliis quibusdam tractatibus ejus, duobus volumnibus in Bibliotheca Baronis de Lumlejo.

De perspectivis, et multiplicatione specierum tractatum ms. Ibidem.

Item de multiplicatione specierum librum 1. Primum capitulum, Circa influ.

Perspectivam singularem lib. 1. Hic aliqua dicenda sunt.

Perspectivam distinctam lib. 3. Propositis radicibus sapientiæ.

Prospectivam continuam lib. 1. Cupiens te, et alios sapientiores.

De impedimentis sapientiæ librum 1.

De situ orbis lib. 1. ms. Cantabrigiæ in Colleg. S. Benedicti.

De regionibus mundi lib. 1.

De situ Palæstinæ lib. 1.

De locis sacris lib. 1.

De rerum mirabilibus lib. 1.

Responsum ad epistolam D. Bonaventuræ lib. 1.

Ad Clementem Papam IV. lib. 1. Sanctissimo Patri Domino Clementi.

De utilitate scientiarum libros undecim.

De causis ignorantiæ humanæ librum unum.

De potestate mirabili artis, et naturæ lib. 1. Habetur ms. in Bibliotheca Vaticana.

De lapide Philosophico. Vestræ petitioni respondeo, quemadmodum.

Descriptiones locorum mundi, librum unum. Ad hoc autem, quod certius, et plan.

De occultis operibus naturæ librum unum. Superius quidem dictum est quid.

Summam Grammaticalem, lib. 1. Oratio Grammatica, aut.

De constructione partium librum unum. Ad completam cognitionem construct.

Grammaticam Græcam, librum unum. ms. Cantabrig. in Collegio sancti Petri.

Grammaticam Hebræam, lib. 1. ms. ibidem.

De laudibus artis Mathematicæ librum 1. Post hanc scientiam experimentalem.

De quinta parte Mathematices librum 1, ms. Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti.

De arte Chimica lib. 1. Extat Francofordiæ 1603.

Breviarum Alchimiæ lib. 1. ms. Cantabrigiæ in Collegio Caji.

Speculum Alchimiæ, lib. 1. Multifariam, multisque modis loquens.

Documenta Alchimiæ, lib. 1.

De Alchimistarum artibus librum unum.

Artem experimentalem lib. 1. Positis fundamentis primis.

De septem experimentis librum unum.

Cosmographiam lib. 1.

De Geometria lib. 1.

De valore Musices lib. 1. Secundum Boethium et.

De utilitate Astronomiæ lib. 1. Post locorum descriptionem.

Introductionem ad Astrologiam, librum unum. Fu sins quidem dictum est de Astron.

De judiciis Astrologiæ librum 1.

De radiis solaribus lib. 1.

De locis stellarum lib. 1. Quoniam infinitum est discernere.

De secretis lib. 1. Interrogationi tuæ respondere.

Prognostica ex syderum cursu, librum 1.

De aspectibus lunæ lib. 1.

De vino, et speculis lib. 1. De speculorum miraculis.

De speculi facultate lib. 1.

De forma resultante ex speculo lib. 1. Quæritur de forma result.

De speculis satoriis librum unum.

De gradibus intentionalibus lib. 1. Omnis forma inhærens.

De retardatione senectutis lib. 1. Domine mundi, qui ex nobilissima. ms. Oxonii in Bibliotheca publica, et in Vaticana.

De universali regimine senum, lib. 1. Summa regiminis.

De prolungatione vitæ lib. 1. ms. Cantabr. in aula Pembroch.

Antidotarium vitæ humanæ, lib. 1. ms. Ibidem.

De erroribus Medicorum lib. 1. Vnigus Medicorum.

De retardatione accidentium librum 1.

Communia naturalis Philosophiæ, libros quatuor. Postquam tradidi Gram.

In Philosophiam naturalem libros octo.

Compulum naturalem, librum. 1. Omnia tempus habent.

De materia prima lib. 1.

De passionibus animæ lib. 1.

De intellectu, et intelligibili, libros duos.

De somno et vigilia lib. duos.

De cælo, et mundo libros duos. Prima igitur veritas.

De fluxu, et refluxu maris, lib. 1. Descriptis his faguris.

De fluxu maris Britannici lib. 1. Visis effectibus illis.

De ponderibus lib. 1.

De Regibus mundi lib. 1.

De utilitate linguarum lib. 1. Multæ preciaræ radices.

De conservatione sensuum librum 1. Cogito, et cogitavi.

Rogerium majorem, librum 1. Sicut ab antiquis. ms. Cantabr. in Archivis Collegii Caji; et in privata Bibliotheca Gualterii Copi.

Rogerium minorem lib. 1. Humana natura. ms. Ibidem.

Logicam, lib. 1. Introductio est brevis, et aperta.

In posteriora Aristotelis lib. duos. Dictum est de syllogismo.

Leges multiplicationum, lib. 1. Expletis quatuor partibus.

De Philosophia morali, lib. 1. Manifestavi in præcedentibus.

De Metaphysica, lib. 1.

De speciebus lib. 1.

De copiæ, et inopiæ causis, librum 1.

De coloribus per artem fandis librum 1.

De rebus Metallicis librum unum.

De sculpturis lapidum lib. unum.

De

De centris gravium lib. unum.
De universalibus lib. unum.
Parabolas de quadratura, librum unum.
Ventorum novem distinctiones, lib. 1.
De arte memorativa, lib. 1.
De planis, lib. 1.
In Aviccennam de Anima, lib. 1.
In opera Virgilii commentarios.
Contra Necromanticos lib. 1.
Causæ universales. Habentur mss. in Biblioth. Vaticana.
De arte experimentali. ms. ibidem.
De magnete. ms. ibidem.
De natura Metallorum, et transformatione eorum. ms. ibid.
De Necromanticis imaginibus librum 1.
De Geomantia, lib. 1. ms. in Bibliotheca Lumlejana.
De exantationibus lib. 1.
Practicæ Magicæ lib. 1.
Obiit Oxonii apud suos sepultus anno 1284.

ROGERUS CONEWAJUS, seu *Connovius*, ab oppido nativo in frigidissimis Cambriæ montibus ita cognominatus, tantum in Ordine profecit, at nihil sibi reliquum fecerit ad supremum gradum. Oxonii decurso studiorum stadio, sacræ Theologiæ creatus est Doctor, et inter suos etiam Professor. Virtutis etiam laude tam clarus extitit, ut communi omnium suorum consensu, et suffragio dignissimus reputaretur, qui suo Ordini per Angliam Provincialis potestate præsideret. Sub illud tempus insurrexit scriter in Mendicantes Ordines Richardus Radulphius Archiepiscopus Armachanus, cui se opposuit Rogerus, doctisque rationibus ejus scripta confutavit. Scripsit

De Confessionibus per Regulares audiendis contra informationes Armachani librum 1. Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus. ms. Cantabr. in pub. et in Colleg. S. Benedicti. Extat Parisiis 1496. et 1511.

De Christi paupertate, et dominio temporali Quæstiones tres, satis diffusas in plures articulos divisas, ubi doctissime disputat de licita, et meritoria Religiosorum mendicitate. Incipiunt, *Utrum Christus hominum perfectissimus.* Habeo mss.

Sermones, lib. 1.
Lecturas, lib. 1.
Quæstiones Theologicæ, lib. 1.
Determinationes Scholasticas, librum 1.
De extravagantis Pontificis intellectione lib. 1.

Veruntamen quia juste Dominus

Londini in suo Cœnobio natnræ debitum solvit anno 1630.

ROGERUS, sive RODERICUS, VITTONUS, quem Henricus Willot vocat *Roricum* de *Witten*, Anglus, insignis Theologus, et concionator non vulgaris, scripsit præter alia

Sermones de tempore ab initio Adventus usque ad Pascha, lib. 1.

ROGERIUS ROYSETH, sive *Roget*, Anglus, scripsit

Commentarios super Sententias. Incipiunt, *Amice, ascende superius.* Habentur ms. Assisii.

ROGERUS RUGOSUS, quem eundem esse puto cum eo, quem *Ruggum* vocant alii, Anglus, sacræ Theologiæ Doctor, scripsit, teste Willoto,

Commentaria in Magistrum Sententiarum, lib. 4. Utrum aliquis in casu possit obligari in præcepto.

De Maximo, et Minimo lib. 1.

Porro Ruggo tribuunt quidam *Commentarios in libros de Anima, et opuscula* quædam *Theologica*, quæ mss. haberi dicuntur Cantabrigiæ in Archivis Collegii Caii, et Gonelli.

ROMANUS a S. BRIOCO, Capuccinus, Gallus, edidit

Defensionem Calendarii Gregoriani adversus hæreticos, et schismaticos. Parisiis anno 1647.

RUFFINUS SCACCIOTTA, Ragusæus, Reg. Observ. scripsit Italice

Coronam Virginis Mariæ super salutationem Angelicam. Neapoli apud Horatium Salvianum anno 1589. in 4.

RUFFINUS SCIFFIUS Assisias, consanguineus Sanctæ Claræ (*tom.* 1. *Annal. an.* 1210. *num.* 32. *et an.* 1244. *num.* 8. *et* 9.), composuit cum aliis duobus sociis S. Francisci Angelo, et Leone, jubente Crescentio Æsino Ministro Generali,

Legendam, sive *vitam S. Francisci, ejusque miracula insuper recensuit.*

Vivebat anno 1248.

ROBERTUS, sive RUPERTUS HASSUS, vide *Robertus de Russia.*

S

SALIMBENUS de SALIMBENIS de Grenonis, Parmensis, insignis Theologus, et in optimis quibusque scientiis egregie versatus, sæpe ad Imperatores, et Reges pro rebus gravissimis legatus, scripsit

Historiam universalem, quæ incipit ab anno Domini 1068. et terminatur ad annum 1287.

Chronicon Italiæ, cui pleraque ad pietatem, atque Theologiam spectantia intexuit. Ejus cum laude meminit Bonaventura Angelus Ferrariensis in sua historia Parmensi lib. 1. et frequenter ex eo suam confirmat narrationem, nec non Onuphrius Panvinus in suis Antiquitatibus Veronensibus lib. 7.

SALVATOR BARTOLUCCIUS publicus in Gymnasio Patavino Metaphysicæ, et Theologiæ Professor, scripsit

Expositionem Formalitatum Scoti.
Apologiam pro Scoto.
Syllabum generalem in quatuor libros Sententiarum Scoti.
Quodlibeta.

Vivebat anno 1586.

SALVATOR CADAXA, Taurinensis, Reg. Observ. provinciæ S. Thomæ in Subalpinis, Theologus, et concionator, nec non a consiliis Serenissimæ Sabaudiæ Principi, edidit plura opera, in quibus tamen accuratius examinandæ sunt sanctorum Patrum, et Doctorum citationes.

Sermones Quadragesimales.
Sermones pro Adventu, quibus titulus est: *La Corte.*
De B. Maria Virgine.
De Sanctis.
Dubia scripturalia pro singulis Adventus, et Quadragesimæ diebus, atque pro solemnitatibus B. Mariæ Virginis, ac SS. omnium totius anni.
Collectiones Bullarum, et sacræ Congregationis Decretorum.
Formularium obedientiarum.
Octavam Sacramentalem, seu *Sermones pro singulis diebus per octavam sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti.*

De-

Decreta divina.

Librum, cui titulus est: *Il Segretario.*

Alium inscriptum: *I saggi Politici.*

Adhuc scribit.

SALVATOR SARDUS, Capuccinus, Laicus, composuit

In honorem B. Virginis Corollas plures spirituales.

SALVATOR VITALIS, Sardus, Marensis, vir vitæ austeræ, facilioris calami, quam maturioris judicii, multa scripsit, et tamultuarie congessit, in quibus cordati quique meliorem methodum, limatiorem doctrinam, et stylum planiorem desiderent. Edidit

Apodixin sanctitatis, et puritatis S. Francisci. Florentiæ apud Zenobium Pignonium an. 1630. in 8.

Floretum Alverninum, in quo de Stigmatibus S. Francisco in monte Alvernæ impressis disseritur. Ibidem apud eundem an. 1626. in 8.

Theatrum Seraphicum de eisdem Stigmatibus. Apud eundem an. 1629. in 8.

De tribus horis, quibus Christus vivus pependit in Cruce, meditationes. Mediolani apud Malatestas fratres 1643. in 8.

Trilogium vitæ Crucis. Florentiæ an. 1629.

Annalium regni Sardiniæ partem primam, et secundam. Mediolani apud Joan. Petrum Cardum anno 1645. in fol.

Theatri triumphalis Mediolanensis urbis magnalium partem primam. Ibid. apud Malatestas an. 1644. in folio.

Vitam S. Francisci.

Obiit ad Aramœali in Urbe an. 1617. concurrente ad ejus funus magna populi multitudine.

SAMUEL BURETTE Belga, provinciæ sancti Andreæ Strict. Observ. edidit Gallice

Historiam Martyrum Japponensium.

Vitam B. Joannæ Valesiæ fundatricis Ordinis Annunciatarum.

SAMUEL de CASSINIS Reg. Observ. provinciæ Januæ, edidit

Varia opuscula, quæ simul prodierunt Venetiis 1502. et 1503.

Librum Isagogicum in apices Scoti ad investiganda Aristotelis principia. Ibid. anno 1493.

Librum Isagogicum continentem libros septem Logicales. Mediolani simul cum *Commentariis Joannis de Monte in Summulas Petri Hispani.* Prodiit anno 1495. in 4.

Librum tertium Isagogicum ad Physicos apices assequendos, ad Julium Secundum summum Pontificem. Cuneï ad Pedemontes apud Simonem Bevilaquam absque anno impressionis.

Commentaria in 8. *libros Physicorum.* Ibidem.

Argumentationum contra Mag. Damianum Crassum de Ripolis Ordinis Prædicatorum circa modos loquendi, librum unum.

Quæstionem ab eo disputatam in Universitate Ticinensi circa Joannis Evangelistæ consanguinitatem, aut fraternitatem cum Christo Domino. Habetur us. in Bibliotheca Montis Alvernæ, et Conventus Ubetensis prov. Granatæ.

Quæstionem alteram copiosam de immortalitate animæ, dedicatam Ludovico Sfortiæ Duci Mediolanensi. Prodiit Mediolani anno 1498.

Apologiam pro Nicolao de Lyra, contra Joannem Viterbiensem Ord. Prædic. de Genealogia Salvatoris.

SANTES BOCARDUS, scripsit ad Comitem Urbini, Montisferetri, Durantisque Dominum librum prænotatum:

De firma fide. Extabat us. apud Serram Petronum Camertinæ Diœcesis oppidum.

SANCTES THESAURUS, Romanus, Capuccinus, Definitor generalis sui Ordinis, scripsit

Expositionem in Regulam S. Francisci. Romæ apud Ægidium Spadam anno 1614. in 4.

SANTORUS a MELPHIO, Italus, Strict. Observ. provinciæ Romanæ, sacræ Theologiæ professor, Custos, aliarum provinciarum Visitator, sacræ Pœnitentiariæ Lateranensis Præses, Regii celeberrimi, et ad miraculum magnifici, ingentisque Parthenonis Neapolitani Fratrum, ac Sanctimonialium Guardianus, noster amicus, vir quidem religiosus, et doctus, scripsit

Morales Commentarios in statuta, et constitutiones Ord. Minorum de Observ. Opus varia morali, canonica, civili, criminalique doctrina refertum, omnibus Ecclesiasticis, Regularibus, secularibusque viris, nedum Franciscanis, utile, et profuturum. Romæ apud Andream Phœum anno 1643.

Praxim criminalem ad sancte administrandam justitiam in Ord. Fratrum Minorum S. Francisci Reg. Observ. juxta præscriptum Statutorum generalium ex sacris Canonibus, et probatis authoribus compendiose collectam, generali Capitulo Romano anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono probante, et mandante. Romæ typis sacræ Congregationis de Propaganda fide an. 1639.

Penalium districtionum examen, quibus Regulares punitivam justitiam administrant. Romæ apud Franciscum Monetam an. 1649. in 4.

Thesauros spirituales, et temporales regiorum Monasteriorum S. Claræ, et S. Mariæ Magdalenæ urbis Neapolitanæ, Italice. Romæ apud Franciscum Felicem Mancinium an. 1650.

Adhuc vivit, et plures meditatur hujusmodi elucubrationes.

SASCOLINUS FLORENTINUS, Minister generalis 1519. edidit

Conscientiæ illuminacula.

SCHOLASTICUS CASTELLIONIS Brannovina, post abjuratam hæresim Calvinisticam, in qua parentes illum educaverant, coplosamque illorum hereditatem relictam, illis vita functis, ad Capuccinorum religionem migravit, inter quos Prædicator effectus, potens hæreticorum impugnator exstitit. Typis mandavit sub nomine domini Chanucan, proprio suppresso,

Disceptationem publice, et solemniter habitam de licentia Reverendiss. Episcopi Nivernensis contra Ministrum Calvinistam, Monsenglar nuncupatum, quem do hæresi, et multis erroribus circa fidem convicit. Nivernis apud Joan. Millot 1630. in 8.

SCOICARDUS BECK, Mognntinus, provinciæ Coloniensis, scripsit

Conciones omni tempore prædicabiles *de gravitate peccati.* Coloniæ apud Joannem Crythium anno 1646.

Historiam sanctæ Annæ in Germaniam transtulit. Ibidem apud Gilbertum Clementis 1641.

SEBASTIANUS de AVENDAÑO, Hispanus, Matritensis, Reg. Observ. provinciæ Castellæ, concionator, in Romana Curia pro familia Ultramontana Secretarius, edidit

Speculum spirituale de humanæ vitæ miseriis, de miris mortis effectibus, de excellentiis Purgatorii in sex libros

libros disponitum, et ad concionatorum usum accommodatum. Romæ apud Franciscum Cuballum an. 1642. in folio.

SEBASTIANUS BOLLANDE, alias *Boulandt*, Mosæ Trajectensis, Philosophiæ, ac Theologiæ moralis Lector, provinciæ Germaniæ inferioris;

Sermones aureos Fr. Petri ad Boves *in Dominicas, et festa per annum* correxit, et ad omnium utilitatem accommodavit, adjunctis indicibus, et clencho ad alias conciones efformandas. Recusi sunt Antuerp. apud Gulielmum Lestenium an. 1643.

Tomos duos ingentes *Elucidationis Terræ sanctæ*, a Fr. Francisco Quaresmino editos Antuerpiæ apud Moretum clenchis, et indicibus copiosissimis adornavit.

Obiit Antuerpiæ 13. Octobris anno 1645. Vide verbo *Franciscus Quaresminus.*

SEBASTIANUS RIBERUS Hispanus, Regul. Observantiæ ad Indos Occidentales profectus illorum studens profectui, et conversioni edidit lingua Ottomica

Vocabularium, sive *Dictionarium satis copiosum.*

SEBASTIANUS SILVANECTENSIS, Gallice *de Senlis*, provinciæ Capucinorum Parisiensis, varios evulgavit libros, qui ita inscribuntur:

Philosophia contemplantium, quæ continet omnes lectiones fundamentales vitæ activæ, contemplativæ, et supereminentis. Editio 2. Parisiis apud Michaelem Soly 1621. in 12.

Pax justi pro directione spirituum sublimium. Parisiis apud Viduam Nicolai Buon 1642. in 4.

Epistolæ morales, in quibus fœminæ illustres, quæ ad Paradisum aspirant, non solum aulam sanctam inveniant, sed etiam claustralem. Ibidem apud Michaelem Soly 1644. in 4.

Occupatio veri sapientis, ubi plurima veræ sapientiæ axiomata solide exponuntur. Ibidem 1645. in 4.

Axiomata hominis justi. Ibidem in 4. an. 1647.

Circumferuntur *Historiæ, et vitæ Beatarum Coletæ Reformatricis trium Ordinum S. P. Francisci*, item *B. Pasithææ fundatricis Monialium Capucinarum in Gallia*, authore Anonymo; quæ reputantur ab eodem esse compositæ. Parisiis apud Viduam Nicolai Buon in 8. separatim anno 1625.

SEBASTIANUS VERDETUS, Regul. Observantiæ, concionator, scripsit Hispanice libellum, et inscripsit:

Instructio ad officium de S. Cruce recte persolvendum.

SERAPHINUS CUMRANUS Feltrensis, Regul. Observ. scripsit

Conciliationem locorum communium totius sacræ Scripturæ, qui inter se pugnare videntur. Prima pars prodiit Antuerpiæ apud Joannem Stellium an. 1557. in 8.

Secunda pars ibidem an. 1558. in 8.

Tertia Venetiis apud Joannem Ratisbum anno 1561. in 8. Totum opus prodiit Parisiis an. 1576. in 8.

SERAPHINUS LEGGIUS, Tertii Ordinis, Panormitanus, sacræ Theologiæ Magister, edidit Italice in expectatione partus Virginis novenas conciones sub titulo:

Paradisi animati. Venet. 1613. in 4.

De laudibus B. Virginis Concionis sex.

De festivitatibus, aliisque mysteriis Deiparæ.

Notax Evangelicas pro concionibus a Nativitate Domini usque ad festum sanctissimæ Trinitatis. Venetiis anno 1645.

Alia parat editioni.

SERAPHINUS a MORAVIA, Aretinus, edidit Italice

Tractatum de Conceptione Virginis Mariæ.

Tractatum alterum de Indulgentiis.

SERAPHINUS de SANCTO PETRO, scripsit

In Jus Canonicum.

SERVASANCTUS, scripsit

Summam de Pœnitentia. Extabat Patavii in Bibliotheca S. Antonii.

SERVATUS MYRICANUS, Lovaniensis, Martini Myricani, de quo suo loco dictum est, germanus frater, aliquoties Guardianus, deinde bis provinciæ Germaniæ inferioris Minister, vir pius, et bonus, collegit

Enchiridion Fratrum Minorum, complectens Regulam S. Francisci cum ejus Testamento, et alia S. Apostolicæ Sedis, et Sanctorum Patrum monumenta Regulam Fratrum Minorum concernentia. Antuerpiæ typis Plantini an. 1590. in 16.

Excessit e vivis Bruxellæ anno nonagesimo nono supra 1500. Februarii 12. sepultus in choro.

SEVERINUS RUBERICUS Gallus, Minister provinciæ Aquitaniæ Recollectorum, scripsit Gallice

Exercitia sacra de Amore JESU, ad Cardinalem De Sourdis. Parisiis apud Dionysium Moreau anno 1627. in 12.

SICARIUS a CLAVASIO, scripsit

De Lege municipali.

SIGISMUNDUS a BONONIA, alias *Jacobus Federicus*, Capucinus, vir doctus in Jure Canonico, scripsit

De electione, et potestate Prælatorum, et aliorum Officialium Regularium. Bononiæ apud Heredes Rossii anno 1626. in fol. et eodem anno Mediolani apud Hæredes Pacifici Pontii, et Joannis Bapt. Piecaleoni in 4.

SIGISMUNDUS MARISSIUS, Mantuanus, scripsit Italice

De iniquitatibus, et malitia Hebræorum. Mantuæ anno 1610.

SILVESTER BARTOLUCCIUS, Assisias, Ord. Minorum Convent. S. Theologiæ Magister, provinciæ S. Francisci Minister, edidit

Speculum regularis observantiæ, in quo pro omnibus Regularibus cujuscunque Religionis trium regularium rotorum declaratio exprimitur, una cum Minorica Fratrum Conventualium S. Francisci. Pars prima *de tribus Votis* pertractat; secunda *de Regula S. Francisci.* Venetiis apud Marcum Guariscum anno 1617. in 8.

SILVESTER de la VAL, Theologus, Capucinus provinciæ Turonensis, evulgavit librum, quem inscripsit

Justus magnitudines Ecclesiæ Romanæ contra impietatem illorum, qui Papam vocant novum Antichristum. Pictavii per Antonium du Mesnier anno 1611. in 16.

Contra errores Vigerii Ministri Plesiensis. Parisiis 1608. in 8.

SILVESTER ROSSANENSIS, edidit

Tractatum *de Contemplatione sanguinis JESU Christi.*

SILVESTER SENENSIS, scripsit

Librum de Justitia.

SIMEON MANHART, Germanus, Strict. Observ. provinciæ Argentinæ Ecclesiastes percelebris, et Clarissarum ad omnes Sanctos Gratii Confessarius, scripsit Germanice

Tomos duos concionum super Dominicas totius anni. Augustæ Vindelicorum an. 1629. in fol.

Tomum

Tomum tertium de Sanctis. Ibidem eodem anno.

Passiologiam, seu *tomum quartum de Passione Domini.* Gratii in Styria an. 1639.

SIMON ANDREAS, Venetus, Min. Convent. scripsit

Librum de gratia Baptismi.

Librum de secundis intentionibus.

Quæstiones Metaphysicas.

SIMON FONTANUS, Gallus, Senonensis, Theologus Parisiensis, scripsit

Historiam Catholicam ab anno 1546. *in lib. septemdecim distributam.* Prodiit Paris. an. 1562. apud Guliel. Julianum.

Parmeceu, idest, *Apparatum ad Rhetoricam.* Paris. 1578. in 4.

Dialecticam.

Commentaria in librum Ruth.

Obiit Parisiis; ejus sepulchro hoc affixum est carmen :

Fons ego cœlesti manans de fonte profundo,
Quas poto e sacri gurgite fontis aquas,
Has tibi, dum vitiens haurit fons, arco, sed sic,
Ut redeam ad fontis prima alimenta mei.
Jam raptus vivo, Christi me proluo fonte;
Quo mihi, quæ fuerat, desinit esse sitis.

SIMON RICKIUS, Germanus, Regularis Observan. sacræ Theologiæ Lector in Conventu Moguntino, scripsit

Manuale Confraternitatis Chordæ S. Francisci, seu *Funiculum triplicem ex quæstiunculis, tam hanc, quam aliis Sodalitatem concernentibus, et ex Sanctorum Ord. Minorum historiis, et piis aliquot exercitiis in gratiam Confratrum contextum.* Mogunt iæ apud Joannem Albinum an. 1614. in 12.

Conciones Roberti Cardinalis Bellarmini ex beneplacito authoris recognovit, recognitasque enavit recudi Coloniæ apud Joannem Crythium anno 1615.

SIMON TUNSTEDUS Anglus, Cœnobii Norvicensis a juvenilibus annis alumnus, pietatis, et bonarum litterarum amantissimus. Humaniores litteras, Philosophiam, Mathematicas scientias, et Musicam accurate didicit. In Philosophia naturali nihil illi magis arrisit, quam alta illa meteororum contemplatio, quæ hominem tam sublimem rapuit, ut quodammodo semper in tertio cœlo versari videretur. Iu, his igitur, quæ Aristoteles super hac materia scripsit, explicandis magnos labores, multos annos impendit. Mirifice a quibusdam laudatur, et omnium sciontiarum peritissimus pronunciatur. Nonnulli ejus prudentiam, et in magnis negotiis expediendis dexteritatem commendant; alii gravitatem, animi moderationem, et authoritatem summis encomiis extollunt. Ordinem sunm per Anglinm rexit summo omnium applausu. Scripsit

In Aristotelis meteora libros quatuor, de quibus videnda sunt, quæ diximus tomo tertio operum Scoti in præfatione ad Meteora.

De quatuor principalibus librum 1.

Bruzardi in Suffolcia mortuus, et sepultus est apud Sanctimoniales S. Claræ anno 1369.

SIXTUS CUCCHIUS Bergomas, Provinciæ Brixiensis, Strict. Observ. scripsit

Præxim præcipuarum meditationum de Passione Christi. Bergomi apud Petrum Venturam anno 1627.

Breve compendium præparationis, et piorum exercitiorum præmittendorum sanctissimæ Corporis Christi communioni, et breviculum instructionem Orationis mentalis. Brixiæ per Joan. Baptistam Bozzolam an. 1625.

Viax, sive *Semitas quinquaginta sacræ contemplationis.* Ibidem.

SIXTUS QUARTUS Pontifex Maximus, primum vocatus Francisens a Ruvere, Ligur, Savonensis urbis, sive districtus, natus est anno 1414. non sine præludiis futuræ dignitatis, et majestatis. Vitam, et gesta nos diffusius per suos quæque annos distribnta tomo quinto, sexto, et septimo Annalium enarravimus; sed et hic brevo compendium ex Willoto exhibemus. Cum parentes modicæ essent facultatis, ejus adhuc pueri curam suscepit Frater Joannes Pinarolus, a quo Ordinis moribus instructus, Grammaticam tanto studio perdidicit, ut brevi Ciceronis volumina partim ab aliis audierit, partim vero ingenii acumine, nulla alterius opera, intellexerit. Cherum, ubi adolevisset, profectus, Dialeticæ Doctores ejus loci audivit ita diligenter, et accurato, ut postea facultatem eandem ipse aliis legeret. Papiæ deinde, et Bononiæ in celeberrimis Palladiis Philosophiam, et Theologiam docuit. Ætatis suæ anno vigesimo in Capitulo generali Genuæ celebrato ita copiose, diserte, et eleganter disputavit, ut ums omnium doctissimus restimatus sit. Patavii demum magisterii gradu suscepto, Philosophiam, et Theologiam interpretatus, deinde Bononiæ, Papiæ, Senis, Florentiæ, et Perusii publice professus est. Non multo post Ligurize Provincialis; deinde Ordinis Procurator in Curia Romana, et totius Italiæ Vicarius generalis; Perusii demum Minister Generalis electus est. Padnæ dum esset, Venetius iturus, Cardinalis renuncintus est; qua in dignitate edidit

Librum de sanguine Christi, ad Paulum Secundum. Incipit, *Cupientes, ut tenemur.*

Tractatum de potentia Dei, ad eumdem. *Quia plerique sunt.* Uterque liber prodiit Romæ anno 1471.

Alterum de futuris contingentibus.

De Conceptione Beatissimæ Virginis.

Item scripsisse dicunt contra errores cujusdam Bononiensis, qui affirmbat, Deum sna omnipotentia damnatum hominem salvare non posse; sed hoc opus idem est oum *Tractatu de potentia Dei.* Omnia ferme ejus opera habentur mss. in Bibliotheca Dncali Urbini; ubi etiam habetur præclarissima ejusdem *Exhortatio ad Principes pro expeditione contra Turcas.*

Aggressus est ot aliud opus, in quo validis rationibus ostendere nititur, Divum Thomam, et Scotum in sententiis præcipuis convenire, qnanquam rationibus, et verbis differant. Tantæ quidem doctrinæ habebatur, ut huic uni ex Cardinalium cœtu ad fidem pertinentia potissimum committerentur. Quibus rebus dum studiosius operam daret, ad Summum Pontificatum assumptus est; qua in dignitate scripsit ad Regem Aragonum, cum quo se excusat, quod nepotem suum præfecere Ecclesiæ Angnstodunæ nolnerit.

Insuper Bibliothecam Palatinam toto terrarum orbe celebrem, Platina præfecto, advectisque ex omni Europa libris, construxit; custodibus, et librariis Græcis, Latinis, et Hebraicis mnnstrua stipendia constituit; opus omnium præclarissimum, ut ob id imagini ejus hi versus merito appieti videantur:

Templa, domum expositis, vicos, fora, mœnia, pontes,
Virgineam Trivii quod repararis aquam,
Prisca licet nautis statuas dare commoda portus,
Et Vaticanum cingere Sixte jugum;
Plus tamen Urbs debet; nam quæ squalore jacebat,
Cernitur in celebri Bibliotheca loco.

Obiit Romæ anno 1484. idibus Augnsti, sepultusque est in Basilica S. Petri, in Cappella vulgo dicta *Sixti*, quæ nunc templi Vaticani est Sacrarium, tumuloque æneo opere cælato, et comeamerato, inter cætera Urbis monumenta eximio, quod Julianus nepos Cardinalis,

Cardinalis, postea Julius secundus, ei munifice posuit, et nunc conspicitur in sacello sanctissimi Sacramenti e regione odei Canonicorum, quo prius fuerat translatum, hoc incisum est Epitaphium:

SIXTO IV. PONTIFICI MAX.
EX ORDINE MINORUM
DOCTRINA ET ANIMI MAGNITUDINE
OMNIS MEMORIÆ PRINCIPI
TYRCIS ITALIA SYBMOTIS
AVTORITHATE SEDIS AVCTA
VRBE INSTAVRATA
TEMPLIS PONTE FORO VIIS
BIBLIOTHECA IN VATICANO PVBLICATA
IVBILÆO CELEBRATO
LIGVRIA SERVITVTE LIBERATA
CVM MODICO AC PLANO SOLO
CONDI SE MANDAVISSET
IVLIANVS CARD.
PATRVO BENEMERENTI
MAIORI PIETATE QVAM IMPENSA
FACIENDVM CVRAVIT
OBIIT IDIB. SEPTEMB. HORA AB OCCASV V.
ANNO M. CCC. LXXXIV.
VIXIT ANNOS LXX. DIES XXII.
HORAS XII.

Onuphrius Panvinus, Alphonsus Ciacconius, aliique historici ejus vitam uberius scripserunt.

SIXTUS QUINTUS Pontifex Max, antea *Felix Peretius*, ex oppido Monte Alto in Piceno, ab ineunte ætate Patribus Conventualibus adscriptus, bona naturæ indole, indefessoque studio insignis Theologus, et Ecclesiastes evasit. Venetiis in hæreticum pravitatem Inquisitor, Romæ Ordinis Procurator, a Pio IV. in Hispaniam cum Cardinale sancti Sixti Apostolico Legato missus est, a cujus successore Pio V. Vicarius generalis ejusdem Instituti, deinde Episcopus S. Agathæ, tum Presbyter Cardinalis tit. S. Hieronymi Illyricorum, et Firmanæ Ecclesiæ Antistes creatus est. Demum anno 1585. octavo kal. Maji in locum demortui Gregorii XIII. Summus Pontifex renunciatur. In ipso Pontificatus ingressu multa fortiter, prudenter, magnificeque peregit. Dignitatem Pontificiam magna semper majestate, et decore ad mortem usque sustinuit. Facinorosos, sicarios, et grassatores, quorum incredibilis tunc erat licentia, et copia formidabilis, omnino delevit, et publicum quietem securumque commercium restituit. Urbem magnificis ædificiis, erectisque veteribus Romanorum trophæis, obeliscis Angusti, et Tiberii Cæss., columnis Antoniana, et Trajana admirandæ cælaturæ, et magnitudinis, ornavit; apud Lateranum amplum Palatium Pontificum commoditati extruxit. Vias latas, et directas ad Basilicas Urbis præcipuas aperuit. Templum sancti Petri Vaticanum tholo ad miraculum pulchro, et magno complevit. Sacellum pulcherrimum ad Basilicam Liberianam magnis impensis ædificavit, ad quod Pii V. corpus eraviit transferri. Ædem Virginis Lauretanam in Ecclesiam Cathedralem, aucto, munito, ornatoque templo, oppido civitatis jure donato, evexit. Ærarium sacrum reconditum secuso loco in Arce S. Angeli constituit, in quod quinquagies centenum millium aureorum nummum ad præfinitos tantum Reip. et Apostolicæ Sedis casus depromendum provide, et solerter invexit. Aquam copiosam fluminis instar ex lacu Regillo partim per subterraneos ductus, partim per sublimes fornices, opere antiquæ Romanorum majestati comparando, publicæ utilitati, et ornamento in Exquilias, et Quirinalem, et Urbis loca declivia derivavit. Virginis MARIÆ Præsentationem in templo, S. Antonii Patavini, Petri Martyris, aliorumque Sanctorum dies natalitios officio Ecclesiastico, et S. Francisci Assisiatis pro festivo coli præcepit. Fidei retinendæ, restituendæque, augendæque graves edidit constitutiones, severis decretis publicatis in hæreticos, astrologos judiciarios, vanas divinationes, sacrilegas cum demonibus pactiones. Nihil magno Pontifice dignum prætermisit, sive civilem, sive sacram spectes authoritatem. Viros doctos in pretio habuit, et rem litterariam statutis doctrinæ, et virtutis præmiis summopere promovit. Typographiam in ipso Palatio Vaticano sanctorum Patrum operibus pure, emendate, diligenterque imprimendis tanquam armamentarium propugnandæ veritatis Catholicæ magna impensa præparavit. Ipse porro edidit

Opera sancti Ambrosii diligenter a se, dum Cardinalis esset, recognita, et ordinate distributa, *typis* Vaticanis anno 1585.

S. Bonaventuræ itidem opera eisdem typis edi curavit.

Constitutionum Apostolicarum a se editarum volumen unum.

Sed et singulari Dei providentia ingens illud præstitit Ecclesiæ Catholicæ beneficium, quod sacræ Scripturæ codices juxta puriora, et vetustiora Hebræorum, et Græcorum exemplaria correctos restituit, et in lucem emitti solertissime curaverit. Cum enim sacrosancta Tridentina Synodus inter plurasque Latinas editiones sacrorum Bibliorum solam veterem, ac vulgatam, quæ longo tot seculorum usu in Ecclesia probata fuerat, gravissimo decreto authenticam declarasset, atque ut illa ipsa emendatissime quoad fieri posset, imprimi, jussisset, opusque gravissimum, et apprime necessarium aggressus esset Pius IV. et prosecutus Pius V., ac demum cura illa propter alias molestas Sedis Apostolicæ occupationes omnino intermissa fuisset, Sixtus provinciam hanc demum commendavit lectissimis aliquot S. R. E. Cardinalibus, aliisque tum sacrarum litterarum, tum variarum linguarum peritissimis viris, qui adhibitis antiquissimis codicibus mss., inspectis quoque Hebraicis, Græcisque Bibliorum fontibus, consultis denique veterum Patrum commentariis, prædictam editionem accuratissime pristino suo nitori restituerent. Atque in hoc opus Sixtus ipse ardentissimo studio totus incubuit, ita ut cum jam esset completum, et excusum, Princeps oculatissimus majori adhuc usus diligentia, quæ in tanta re nunquam poterit esse nimia, cum aliqua deesse, et alia incuriosius præli vitio irrepsisse deprehendisset, opus ad incudem revocari præcepit, quod demum undique perfectum, illo decedente, et brevi intercedente curriculo trium Pontificum Urbani VII. Gregorii XIV., et Innocentii IX., paulo post Clementis VIII. inauguratione sub Sixti nomine feliciss me prodivit.

Insuper *Græcam Interpretum* LXXII. *translationem cum Latina interpretatione* prædictis typis Vaticanis an. 1588. publicavit.

Sermonum, quos in Monachatu in præcipuis Italiæ urbibus, et Romæ præsertim habuit, *tomos duos* ipsius mss., penes me habeo in nostro archivio.

Obiit septuagenarius in Monte Quirinali an. 1590. post administratum per annos quinque, menses quatuor, dies tres summum Pontificatum. Ejus vitam scripsit Antonius Ciccarella, auctam habes in nova editione Cicconi de Vitis Pontificum.

STA-

STANISLAUS POLONUS, Reg. Observ. ferventissimus Prædicator in Lituania, ubi fructus protulit uberrimos, scripsit

Vitam S. Stanislai Episcopi, et Martyris duodecim capitulis distinctam.

Floruit anno 1483.

STANISLAUS VOPOLINUS Polonus, Conventus Cracoviensis alumnus, Poloniæ Minister, edidit lingua Polonica

Libellum de Sacramento Eucharistiæ adversus hæreticos, qui nunc est Latinitate donatus.

STEPHANUS BARON, in Anglia sui Ordinis Minister provincialis, Regi Henrico VIII. nondum apostatæ a sacris confessionum secretis, vir pietatis, doctrinæ, prudentiæ laudibus insignis, in Academia Cantabrigiensi diu floruit, concionator non vulgaris. Scripsit ad prædictum Angliæ Regem tractatum egregium

De regiminе Principum librum 1.

Sermonum Cantabrigiæ habitorum librum unum. Extant Londini.

Claruit anno 1520.

STEPHANUS BRULIFER, aliis *Brulever*, Maeloviensis, Britannicæ Armoricæ, Doctor Parisiensis, Guilelmi Vorilongi auditor, scripsit

Reportata in quatuor libros Sententiarum S. Bonaventuræ. Prodierunt Basileæ apud Jacobum de Pfortzheim anno 1501. et Venetiis apud Lazarum Sourdum anno 1504. atque iterum Parisiis 1570.

Librum de sanctissimo Trinitate, ubi multa habet contra pictores variis, et impropriis modis hanc sacram Triadem personarum depingentes.

Sermones varios de pauperiate Christi, et Apostolorum. Parisiis anno 1500. apud Andream Bocchardum.

Tractatum defensorium adversus quendam Episcopum Minoritam damnantem Fratres de Observantia, quod contra formam Regulæ se alio nomine vocarent, quam Regula expresserit.

Alterum de timore servili, et de donis Dei.

Tertium de formalitatibus ad mentem Scoti. Venetiis apud Octavianum Scotum anno 1510. in folio.

Declarationem identitatum, et distinctionum rerum secundum Scotum. Basileæ 1507.

Concionem de valore Missarum habitam in Moguntina Synodo.

Opuscula ejus prodierunt Parisiis anno 1499. et ibidem apud Joannem Parvum anno 1500. in 8.

Obiit autem ipse in Conventu Bernonis provinciæ Britanniæ. Snb annum 1483. vixisse testatur Eysengrenius.

STEPHANUS de BURELLAS Catalanus, edidit

Centurias de Comitibus Barcinonensibus. Barcinone 1600.

STEPHANUS FARROVILH Gallus, Reg. Observ. provinciæ Aquitaniæ, Ludovico XIII. Galliarum Regi a concionibus, et a consiliis, edidit

Conciones Adventuales super Salutationem Angelicam. Parisiis an. 1618.

Isocratis orationem ad Demonicum e Græco translatam in Gallicum. Ibidem anno 1619.

Discursus centum prædicabiles super Passionis Dominicæ mysteria.

STEPHANUS HIBERNICUS, quem alii *de Oxonia* nuncupant, in provincia Hiberniæ, et Conventu Montis Fernandi, vulgo *Multifernanæ*, die Annunciationis beatæ Virginis MARIÆ an. 1263. initiatus, scripsisse dicitur

Annales, qui communiter appellantur Montis Fernandi, et incipiunt ab anno Christi quadragesimo quinto, et desinunt anno 1274. quo author vivebat; ex quibus Historici Hiberni multa observatione digna depromunt.

STEPHANUS JULIACUS, Doctor Theologus Sorbonæ Parisiensis, descripsit fusius

Vitam B. Coletæ Virginis, editam a Surio.

STEPHANUS MATERRE Gallus Regul. Observ. prov. Aquitaniæ, Guardianus cœnobii Bayonensis, edidit Gallice librum, cui titulus:

Horologium spirituale. Parisiis apud Jacobum Sevestre an. 1606.

Catechismum lingua Cantabrica. Burdigalæ apud Petrum de la Court anno 1617.

STEPHANUS ODRY, apud Fratres Minores in magno Conventu Parisiensi Rhetorices Professor, edidit

Christi nascentis Poemation. Parisiis in 4. 1644.

STEPHANUS TOSIUS e Bettona, Umbriæ oppido, Reg. Observ. sac. Theologiæ Lector, Conventus S. Mariæ Angelorum extra Assisium inter Minores celeberrimi bis Guardianus, prov. S. Francisci bis Minister, totius Ordinis Definitor generalis, et Familiæ Cismontanæ per aliquot menses Vicarius generalis, scripsit Italice

Tractatum de Indulgentia plenaria, quam Christus Dominus proprio ore concessit sacello S. Mariæ Angelorum Assisiati ad preces S. Francisci per intercessionem Beatæ Virginis MARIÆ, in duas partes divisum. In prima ostenditur, Christum concessisse hanc Indulgentiam perpetuo per singulos dies. In secunda agitur de ipsa Indulgentia publicata pro uno diumtaxat per annum die. Opus utile ad excitandam fidelium devotionem, confirmatum solida ex Theologia petita doctrina, approbata per gravissimos Scriptores, per Summos Pontifices, per tot annorum circulum, et per varia miracula. Urbini apud Marcum Antonium Mazantinum anno 1644. in 4.

SUPRAMONS de VARISIO, Minister Mediolanensis, scripsit

Sermones prædicabiles per anni circulum.

T

THEOBALDUS de VIGANONÉ, Narniæ natus, scripsit

Compilationem quandam in primum, et secundum librum Sententiarum. Habetur mss. apud Convent. Assisii.

THEODERICUS ANDREÆ Tolosanus, scripsit

Commentaria in Physicorum libros.

Commentaria in Metaphysicam.

Expositionem in Apocalypsim.

THEODERICUS CROATA, Episcopus N. scripsit

Prophetias quasdam, quæ cum aliis prophetiis rhythmicis impressæ sunt Venetiis.

THEODORICUS a MONASTERIO, insigni Westfaliæ civitate, ex Augustinianorum familia in nostrum Ordinem cooptatus, ipsa re, moribus, et sanctimonia, non animi levitate mutationem hanc sibi, aliisque multis salubrem variis modis demonstravit. Prisca illa, et rudi ætate Concionator Apostolicus, primarius Catechista, velut sydus fulgidum Belgium circumicus claritate doctrinæ, et concionibus illustravit. Factiones illæ funestæ Hoikziorum, et Cabeliawiorum, sic dictæ ab hamo et asello pisce marino

(*Chronic.*

(*Chronic. Holl. Teuton. divis.* 24. *c.* 13. *col.* 2. *pag.* 241. *Indid. divis.* 29. *capit.* 10. *pag.* 322. *col.* 20.), in Hollandia ad annum Domini 1350. exitio patriæ natæ, cum an. 1444. Amsterdami, Herlemi, Leidæ acerbe recrudnissent, et tandem consilio, et prudentia Philippi Boni Burgundiæ, et Brabantiæ Ducis essent utcunque compositæ, P. Theodoricus a Monasterio, ut pertinax illud odium, irasque partium eximeret e mentibus factiosorum, curru vectus per urbes, dextra, sinistraque mortuorum ostendebat crania, instar tonitru, et fulguris monens terrebant, ut mortem cogitarent, certam, decretamque cunctis mortalibus, nec illam discernere pauperum inter casas, Regnumque turres; alioquin discernerent, utrius partis fuissent hæc capita: proindo iras, et exitialia dissidia pouerent, si servari vellent, neque enim illis ingressum esse in cœlum, cujus portæ, muri, cunctique fines, sacra contestante Scriptura, pax, et charitas esse perhibentur; fabulam esse hanc incertam vitam, satagendum, ut ei bona imponatur clausula. Ejusmodi sermonibus motus composuit, ut consilnerint luctenus. Bruxellæ cum anno 1489. gravis ilia pestilentia grassaretur, mortuis pastoribus, inter triginta tria millia civium funera tatam civitatem obequitans morientibus Sacramenta administravit, illorum præsertim, qui properata morte morturi erant ante alios, quos prius caravit, ipse a peste intactus. Prophetiæ spiritu donatum, et nonnulla patrasse miracula tradunt cousodales illius provinciæ. Libellum edidit rudibus instruendis lingua Teutonica *Kerste Spiegel*, quod Latine dicitur

Speculum Christianorum. Bruxellæ, et Lovanii, Antuerpiæ postremo anno 1614.

Orationes pias, atque devotas.

Denique variis Conventibus præfectus, etiam Lovanii Guardianus, cum opinione magnæ sanctitatis ibidem diem clausit extremum anno 1515. die undecima Decembris, cum plurimum laborasset pro reformatione ejusdem Conventus.

THEODORICUS de OBSEMBRUCH Germanus, provinciæ Coloniæ, edidit

Librum de Passione Domini.

Manuale simplicium de exercitio interiori.

Librum precationum per capita distinctum.

Floruit anno 1498.

THEODORUS a BELVEDERIO Picenus, scripsit Latine quæ sequuntur, ita inscripta:

Turris contra Damascum adversus hæreses, librum unum.

Commentaria super Cantica applicata sanctissimo Altaris Sacramento.

Commentaria in Scotum per articulos distincta.

De Oratione mentali, lib. 1.

Epistolam ad Senatum Genuensem tempore belli, quæ asservatur in Archivio civitatis.

Relationem de propaganda fide ad sacram Congregationem. Scripsit Italice

Lucerne della Cattolica verità.

Fatis cessit an. 1637.

THEODORUS FORESTIUS Bergomas, Capuccinus, vir quidem religiosus, et solide absque argutiis adinventionibus doctus, noster olim amicus, Card. S. Onuphrii Barberini Theologus, edidit

De almæ, ac sanctissimæ Trinitatis mysterio in Divum Bonaventuram paraphrases, commentaria, et disputationes, quibus præter diligentem textus, et verborum expositionem, divinarum litterarum loris, sanctorum Patrum assertis perpetuo fere cum D. Thomæ assensu Seraphica doctrina illustratur, et sustinetur.

Additur in fine ex eisdem Seraphico, et Angelico Doctoribus *De modis dicendi in hoc divino mysterio tractatus.* Romæ apud Jacobum Mascardum an. 1633. in fol.

THEODORUS SMISING in Westfalia, nobili genere ortus, mira semper morum suavitate, ac pietate elnxit. Tam singulari eruditione per plures annos tum Philosophiam, tum Theologiam præsertim Lovanii docuit, ut multis admirationi fuerit. Nicolaus Vernulæus in Academia Lovaniensi, ubi de Conventu Franciscanorum agit, sic de eo scribit: *Illud vero egregium sane Theologorum decus præmaturo nimis fato ex sacra hujus scholæ cathedra nuper abreptum Fr. Theodorum Smising, cum quadragesimum octavum ætatis annum nondum explevisset, hodie adhuc Theologi lugent, boni omnes mœrent. Ut hoc tantum dicam, hic erat, si quisquam, vir bonus, et sapiens.* Infra vero tali eum elogio decorat: *Hic vir a Theol. magnus, et vir ulli cedens, vivere si diutius potuisset, nulli. Vixdum* 48. *annos natum præmatura mors, abripuit, dicam etiam, orbi invidit; sed erat matura in illo virtus, et suis sanctimoniæ radiis clarescebat. Dignus terra, qui tam doctus; dignus cœlo, qui tam sanctus. Ideo aut in schola semper, aut musco, aut in templo Smising erat. Unum illi opus studere, et orare. Posteritas, quæ scripta ejus admirabitur, longiorem illi fatue vitam frustra optabit.* Bellnitor provinciæ, et Custos quondam fuit, sacræ Theologiæ Lector emeritus (Jubilatum vocant), ac denum in Ministrum Provinciæ electus, atque trienuio laudatissime perfunctus, scriptioni se dedit.

Disputationum Theologicarum de Deo uno tomum primum; et secundum *de Deo Trino,* evulgavit Antuerpiæ apud Gerardum Wolscatium, et Gulielmum Lesteens in fol. anno 1626. In tertio tomo circa tractationem *de Angelis* occupatum mors subripuit, Angelicis choris, ut confidimus, sociandum.

Excessit 22. Octobr. an. 1626. Lovanii in choro sepultus, alma Universitate Lovaniensi ibidem solemniter præclarissimo viro parentante. Ejus ossa an. 1636. terris orata, ne arcæ plumbeæ inclusa reposita sunt ante summum aram in eodem sepulchro, quo Adamus Sasbolus, de quo suo loco dictum est, requiescit. Capita utrinsque thecis distinctis inclusa ad perpetuam posterorum memoriam supra chori sedilia collocata sunt.

THEODOSIUS BRUNO Voronensis Capuccinus, edidit

Tractatum *de Horologiis, et instrumentis Mathematicis.* Venetiis anno 1647.

THEOPHILUS BACCALAUREUS edidit

Summam virtutum, et vitiorum. Extat Cremonæ in Bibliotheca D. Augustini.

THEOPHILUS BURGUNDUS Inquisitor Tarvisii, scripsit

Commentaria in septem visiones Apocalypsis.

THOMAS a S. AGATHA Umbriæ oppido provinciæ Marchiæ Strict. Observ. Reformatorum Procurator, et Vicarius generalis, vir religiosus, et pius, in adolescentia cantu delectatus Ecclesiastico, scripsit

Regulas breves, et faciles cantus Ecclesiastici. Urbini apud Bartholomæum, et Simonem Ragusios an. 1617.

THOMAS de ALBEINGA Lusitanus, tertii Ordinis, scripsit Lusitanice

Sermones Quadragesimales. Ulyssippone an. 1618.

Considerationes super Dominicas post Pentecosten. Ibidem 1620.

THOMAS de BEYRA Lusitanus, edidit

Con-

Considerationes litterales, et morales super Hieremiam. Ulyssippone anno 1633.

THOMAS BELCHIAN Anglus, Martyr an. 1537. 3. Augusti, composuit, et inscripsit librum:

Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt; quo Henrici VIII. errores, vitiorumque labem damnat.

THOMAS BOUCHIER Anglus, Reg. Observ. Doctor Parisiensis, Sorbonicus, longo tempore propter fidem Catholicam vixit in exilio; Romæ diu conversatus, factus est tandem Pœnitentiarius Lateranensis. Fuit vir pius, et doctus, scripsitque

Historiam Ecclesiasticam de Martyrio Fratrum Ordinis sancti Francisci, dictorum de Observantia, qui partim in Anglia sub Henrico VIII., partim in Belgio sub Principe Auriaco, partim in Hibernia tempore Elizabethæ regnantis Reginæ, idque ab anno 1536. *usque ad annum* 1582., *passi sunt.* Incipit, *Rex Angliæ Henricus.* Prodiit Ingolstadii anno 1583. Parisiis anno 1586. in 8.

Orationem doctissimam, et efficacissimam ad Franciscum Gonzagam totius Ordinis Ministrum Generalem pro pace, et disciplina Regulari magni Conventus Parisiensis instituenda. Parisiis anno 1582. in 8.

Tractatum de judicio Religiosorum, in quo demonstratur, quod a secularibus judicari non debeant. Habeo ms. missum ad Lindovicum Gonzagam Durem Nivernensem, Parisiis scriptum an. 1582.

Obiit Romæ in Pœnitentiaria Lateranensi.

THOMAS BRITO, edidit

Postillam de communi Sanctorum.

In Evangelia Quadragesimalia, quæ incipiunt, *Tempus occidendi, et tempus sanandi.*

THOMAS BUNGEJUS Anglus, patria Norfolcensis, in oppido Bungei ad ripam Avonæ fluminis editus, doctor Oxoniensis, et inter suos ibidem Professor ordine decimus, præter Philosophicas, et Theologicas scientias tam insignem rerum Mathematicarum consecutus est peritiam, et tam mirabiles exercuit praxes, ut ab imperita multitudine non tam pro Mathematico duceretur, quam pro mago traduceretur. Puto illum Rogeri Bacconi libris, et experimentis usum legitimis, nullam plane culpam, sed vanam tantum vulgi suspicionem immerito incurrisse. Nam alioquin sine dubio nunquam electas fuisset Ordinis sui per Angliam Provincialis. Hæc plerumque de illo scribit Lelandus, et illustrium Franciscanorum Catalogus. Erat etiam alius ejusdem nominis, et Ordinis regnante Eduardo III. Porro iste scripsit

Super Magister Sententiarum lib. quatuor. Fidem vestram clypeis munire.

Quæstionum Theologicarum librum 1.

De Magia naturali librum 1., et alia plura.

Claruit anno 1290.

THOMAS CALONA Panormitanus Capuccinus, scripsit

Commentarios in librum Judicum. Panormi a. 1640.

THOMAS de CELLANO, provinciæ Pennonsis, sancti Francisci discipulus, et socius, edidit ex præcepto Crescentii Generalis Ministri, et generalium Comitiorum Januensium

Librum de vita, et miraculis S. Francisci, quem Gregorius IX. eidem Sancto summe familiaris, approbavit. Incipit, *Placuit sanctæ Universitati vestræ.* Communiter vocatur a Fratribus *Legenda antiqua.* Alteram Legendam minorem prius ediderat, quæ legebatur in choro.

Sequentias tres; quarum prima incipit, *Fregit Victor virtualis*; Secunda, *Sanctitatis nova signa;* Tertia, *Dies iræ, dies illa;* quam in versus Gallicos transtulit Benedictus Genonus Corlestinus, et sancto Bonaventuræ attribuit; alij adscribunt Fr. Matthæo Cardinali Aquaspartano; et demum alii alijs authoribus.

Floruit sub an. 1250.

THOMAS de CEPERANO, Cellunensem imitatus scripsit etiam ex mandato ejusdem Generalis

Vitam sancti Francisci.

THOMAS DOCHINGUS Anglus, patria Norfolcensis, ubi Institutum subivit Minorum, Oxonij post iiiiurnos labores, et multorum annorum vigilias creatus est Doctor, et publicus professor. Prædecessorem eo in munere habuit Joannem Gualensem, cui neque doctrinæ, neque virtutum meritis orat inferior. Erat quidem uterque præcellentis doctrinæ, et vitæ integerrimæ. Scripsit Thomas, uti refert ex Lelando, et Willoto Pitseus,

In Deuteronomium librum 1. Legitur Exodi 17. quod Dominus. ms. Oxonij in Collegio Balliol.

Commentarios in Job. lib. 1.

Quæstiones in Job, lib. 1. Quæritur utrum status prosperitatis.

In Isaiam lib. 1. Habemus firmiorem sermonem propheticum. ms. Oxonij in prædicto Collegio.

Commentarios in Divum Lucam, lib. 1. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis.

Quæstiones in eundem, librum 1. Non misit baptizare, sed evangelizare.

In D. Paulum ad Corinthios lib. duos. ms. ibidem Oxonij.

In eundem ad Romanos lib. 1. ms. ibidem.

In eundem ad Galatas librum 1. Epistolæ Pauli ad Galatas. ms. ibidem, et in Collegio B. Mariæ Magdalenæ.

In eundem ad Ephesios librum 1. Ephesij sunt Asiani. Epistolæ argumentum. ms. Oxonij in Colleg. Balliol.

In eundem ad Philippenses librum 1. Philippenses sunt Macedones. ms. ibidem.

In eundem ad Colossenses librum unum. Colossenses, et hi sunt Laodicenses. ms. ibidem.

In eundem ad Thessalonicenses, libros duos. Thessalonicenses sunt Macedones. ms. ibidem.

In eundem ad Timotheum libros 2. Timotheum instruit, et docet. ms. ibidem.

In eundem ad Titum librum 1. Titum commonefacit, et instruit. ms. ibidem.

In eundem ad Philemonem librum 1. Philemoni familiares litteras mittit. ms. ibidem.

In eundem ad Hebræos librum 1. Incipit epistola ad Hebræos, circa. ms. ibidem.

In Apocalypsim S. Joannis lib. 1. ms. ibidem.

Lecturas Bibliorum, lib. 1. Terminato proœmio.

In Præcepta Decalogi librum 1. Est quædam mensura fidei.

In Magistrum Sententiarum lib. quatuor.

Quæstiones ordinarias, lib. 1.

In posteriora Aristotelis lib. duos.

Porro claruit anno 1270.

THOMAS EBORACENSIS Anglus, præiectorum inter Minores in Academia Oxoniensi ordine quartus, dignitate fortassis primus; vir elocutionis gratia plurimum valens, nec minus ingenii iucundus acumine. Thomas Ecclestonus hominem laudat ab eruditione, et virtute. Ejus opera perisse videntur. Lelandus ex Catalogo Illustrium Franciscanorum eum edidisse refert

Com-

Commentarium in Ecclesiasten, librum 1.

In senectute bona mortuus est Eboraci circa an. 1260.

THOMAS ECCLESTONUS Anglus, scholas Oxoniensen diu frequentavit, et doctus supra vulgarem studiosorum morem successu temporis evasit. Cum autem miro pietatis affectu ferretur in Ordinis sui fundatorem, de ejus vita, moribus, Regnla, Ordinis initio, incremento, progressu, et successu diligenter inquisivit, et accurate scriptis omnia mandavit, et maxime quæ a suis gesta fuerant in Anglia, postquam ibi sedem fixerunt. Collectis igitur summa diligentia omnibus, quæ ad hanc rem faciebant, historiam ab adventu Agnelli Pisani in Angliam deduxit usque ad Gulielmum Nottinghamum per id tempus Ordinis in Anglia Provincialem. Opus jam perfectum, et absolutum dedicavit Simoni Essebio amico suo, et ejusdem Ordinis professori, prænotavitque

De Adventu Minorum in Angliam librum 1. In dulcedine Domini, et Salvatoris.

THOMAS FULGINAS Tertii Ordinis, miraculis, et prophetia clarus, præscripsit metrice

Ruinas multarum civitatum in Italia, et tribulationem Ecclesiæ, antequam evenirent.

THOMAS GRATIANUS, artis Musicæ peritissimus, edidit

Varias hujus scientiæ opellas.

THOMAS HALENSIS Anglus, doctor Theologiæ apud Sorbonam creatus; vir cui pietas, et doctrina magnum nomen conciliarant. Erat enim tum in humana, tum in divina Philosophia insigniter eruditus, disputator in scholis acerrimus, præco divini verbi apud populum celeberrimus, atque his nominibus, non solum per Angliam, sed etiam per Galliam, et Italiam notissimus, quem inter alios Petrus Vicentinus Dominicanus Italus in suis collectaneis tauquam Doctorem autoritatis non contemnendæ sæpe cum reverentia citat. Scripsit

De beata Virgine Maria lib. 1.

Sermones Dominicales, librum unum.

Disputationes scholasticas, librum unum.

Vixit anno 1340.

THOMAS HERENTALIUS, vel *Herendalius*, Brabantus, Conventus Iprensis Guardianus, Theolog. et J. C., concionibus habendis, et hominibus ad meliorem vitam revocandis insignem navavit operam. Idiomate Belgico scripsit, teste I. B. Gramaye in Antverpia sua,

Speculum vitæ Christianæ, in quo Decalogi, Orationis Dominicæ, et Sacramentorum explanatio continetur, quod Latinum reddidit Tacitus Nicolaus Zegerus ejusdem Instituti. Antuerpiæ 1549. et Coloniæ apud Heredes Arnoldi Birchmanni an. 1555. in 8.

THOMAS ILLYRICUS, aliis *Elysius*, Auximi in Piceno natus, ets aliunde, fortassis ex latere paterno, sive materno, se dicat sancti Hieronymi compatriotam in sua ad Lugdunenses epistola; scripsit

Epistolas quatuor circa gravissimas materias; Primam ad Adrianum VI. Pont. Max.; Secundam ad Ducem Sabaudiæ; Tertiam ad Lugdunenses; Quartam ad Episcopum Valentiæ.

Clypeum Catholicæ Ecclesiæ in duas partes divisum contra dogmata Lutheri.

Clypeum Papalem, sive *de Potestate Summi Pontificis*. Prohibetur in Indice Romano, donec expurgetur.

Conclusiones circa electionem Summi Pontificis.

De donatione Constantini facta sancto Sylvestro Pontifici.

Tractatum de Ecclesiæ claribus.

Modum se habendi tempore schismatis.

Confutationem quarundam conclusionum Lutheri.

Invectivam in quosdam malos Christianos.

Conditiones veri Prælati. Impressa sunt Augustæ Taurinorum apud Joannem Angelum de Sylva an. 1523.

Sermonum libros duos; Tolosæ impressos anno 1522. in 4.

Tractatum de Conceptione Virginis Mariæ.

Obiit Mentoni in regione Pedemontana, ubi a populo magna colitur veneratione in Ecclesia B. Mariæ Carnotesii. Fuit valde charus Clementi Septimo Summo Pontifici.

THOMAS LANCTONUS Anglus, scripsit

Tractatum ad Franciscum Gonzagam Ministrum Generalem *pro pace, et reformatione Conventus Parisiensis.* Parisiis an. 1582. Simile opusculum, an idipsum, diximus scripsisse *Tomam Bouchierum* ejus gentilem. Aut uterque ad eandem reformationem persuadendum conspiravit: aut Thomas hic eum superiori Thoma unus est.

THOMAS a MASSA Picenus, provinc. Marchiæ Anconitanæ, Reg. Observantiæ Pœnitentiarius Lateranensis, scripsit

Quæstionem satis eruditam in offertorium Missæ defunctorum. Incipit, *Utrum in offertorio.* Romæ 1612.

THOMAS MURNERUS Germanus, Argentinas, Baccalaureus Cracoviensis Conventus, vir doctissimus, Lutheri et Zuinglii Antonomastix (*Vide to. 8. Annal. an.* 1520. *num.* 1. *et* 1526. *num.* 1. *et Cochl. de actis Lutheri*), qui cum eorum sectatris aliquoties publicas habuit disputationes, et magnam partem Helvetiorum ab imminenti, et irrumpente contagione pestifere doctrinæ constantissime defendit; scripsit contra pernicio sissimos hos novatores

Tractatum de Pythonico spiritu.

Laudationem Poematum honestorum, et vituperationem impudicorum.

Contra Zuinglii hæreses librum unum.

Alterum de disputatione Badensi, et alia quædam Germanice scripta. Prodierunt Lucernæ Helvetiorum.

Defensionem libri Henrici Octavi Regis Angliæ contra Lutherum.

Tractatum alterum contra viros mulierosos, prænotatum, *Patrum stultorum Gentium.* Extat typis excusus in Bibliotheca Imperiali Viennæ.

De Sacerdotio novi Testamenti.

Kalendarium, in quo Lutheranorum mores secundum circulum Zodiaci describit graphice.

Chartiludium in Instituta Justiniani, quod item redactum in tabellas impressum est Venetiis.

THOMAS OBICINUS NOVARIENSIS, Regul. Observ. provinciæ Romanæ, vir religiosus, et doctus, lingnæ Arabicæ non vulgariter peritus, quam publice annis multis Romæ ad sancti Petri Montis aurei professus, plerosque creavit in ea lingua discipulos, quorum pars in Palæstinam, et Asiaticas regiones profecta est, Saracenis, Orientalibusque gentibus, quibus idioma hoc vulgare, prædicatura; pars altera in variis locis Europæ eandem linguam prælegit. Guardianum egit sacri Montis Sion Hierosolymis, quo tempore Ecclesiam Nazarenam B. Virginis, et alteram S. Joannis Baptistæ in Montanis Judææ in Zachariæ solibus constructam, e manibus Turcarum redemptas Christiano cultui restituit. Eum Præsidem instituit Paulus V. Synodi gentis universæ Chaldaicæ in civitate *Amed*, præsente Eli Patriarcha Babylonis, ubi conclamata,

clamata, et approbata est fides Catholica, damnata hæresis Nestoriana, Eutychiana, aliæque orientales, et deinde stabilita unio cum Ecclesia Romana. Acta, et series hujus Synodi integro libro edidit Reverendissimus Petrus Stozza prædicto Pontifici a Secretis Romæ anno 1617. Porro Thomas multos scripsit libros, lingua præsertim Arabica,

Isagogen, id est, breve introductorium Arabicum in scientiam Logices, cum versione Latina, ac Thesen nanctæ fidei. Romæ apud Stephanum Paulinum anno 1625. in 4.

Grammaticam Arabicam. Agrumiam appellatam, cum versione Latina, ac dilucida expositione. Romæ typis sacræ Congregationis de Propaganda fide anno 1631. in 8.

Logicam Arabicam. Romæ an. 1625.

Thesaurum Arabico-Syro-Latinum. Ibidem anno 1636. in 4.

Res Palæstinas, et præsertim Jerosolymitanas, multis eximiis tractatibus, illustravit. Unum edidit acquisiti a se templi Nazareni an. 1620. ubi multa affert ad corroborandam veritatem Domus Lauretanæ. Alterum de adepto anno sequenti templo Joannis Baptistæ, in quo sanctissimus Præcursor natus est, per annos tercentum a Saracenis polluto. Tertium de laudabili consuetudine Minorum, qui in sancta civitate commorantur, peregrinorum pedes lavandi. Quartum de processione, seu supplicatione, quæ quotidie post Completorium fit intra Ecclesiam sanctissimi Sepulchri. Quintum de supplicatione Bethlemitica ad Christi Præsepe. Sextum de ea, quæ fit quotidie in Ecclesia S. Salvatoris, pro ea, quæ olim in Ecclesia Conventus sacri Montis Sion fiebat; et alia hujusmodi ad eximiam pictatem sanctorum locorum spectantia. Postremum de norma oreandi per Guardianum Minorum Equites, et Milites sanctissimi Sepulchri.

Epistolam doctam, et gravem ad Paulum V. de gestis in supradicta synodo Chaldæorum.

Epistolam alteram doctam, diffusamque ad prædictum Petrum Strozzium, per quem Paulo Pontifici significatum voluit quidquid in ea Synodo gestum fuerat. Epistolam edidit Paulus de Angelis in descriptione Basilicæ S. Mariæ Majoris.

Dictionarii Ægypto-Arabici, et Grammaticæ Ægyptiæ linguæ Arabica a se conscriptæ versionem Latinam aggressus, antequam absolveret, obiit in prædicto Conventu S. Petri Montis Aurei in Januario anno 1638.

THOMAS OTTERBONUS Anglus, vir pius, et doctus, quippe, Lelandi testimonio, in studiis tam Philosophiæ, tum etiam Theologiæ feliciter versatus fuerat; nox historiis primum legendis, deinde scribendis se totum dedit, utpote in quibus non solum honestum animi gustaret oblectamentum, verum etiam vitæ bene institutendæ frequentia legeret exempla, et multiplicia juveniret documenta. Scripsit itaque, ut ex prologo Scalæ Chronicorum facile colligere est, item ex Willoto, et aliis,

Historiam rerum Anglicarum, librum unum.

De successione Comitum Northumbriæ, lib. unum.

Opusculorum librum unum, et alia quædam.

Claruisse putatur circa annum 1411.

THOMAS PALMERANUS, alias *Palmerstanensis*, dictus communiter *Thomas Hibernicus* (*Annal. Minor. to.* 2. *an.* 1269. *num.* 13. *et* 1270. *num.* 28.), apud Kildarienses natus, Latotiani missus, ibi Doctoris laurea est assecutus. In Italiam profectus multa vixit pietate, et humilitate, multas primule passus a dæmone molestias. Ferunt pollicem sibi amputasse sinistrum, ne ad Sacerdotium susciperidum a Superioribus cogeretur. Scripsit

Flores Bibliorum, sive locos communes omnium fere materiarum, e novo, et veteri Testamento excerptos. Hos autem probabiliter diximus alias (*In notis, et prefatione ad Promptuar. morale*) illud ipsum opus esse, quod nos simul cum concordantiis moralibus S. Antonii in Urbe anno 1624. ex vetusto codice ms. Bibliothecæ Conventus Aracœli edidimus sub titulo *Promptuarii moralis;* concordare enim authoris nationem, Religionem, tempus, et operis argumentum ostendimus in epistola præliminari.

Flores Doctorum insignium tam Latinorum, quam Græcorum, qui in Theologia, et Philosophia eminuerunt. Opus hoc dicunt aliqui a Joanne Gualensi Minorita sub titulo *Manipuli florum* inchoatum, a Thoma absolutum libris duobus; consulenda tamen sunt quæ circa Gualensis ætatem supra diximus sub ejus nomine. Prodiit rutem liber Venet. 1550. Parisiis anno 1556. Lugduni an. 1567. Antuerpiæ apud Plantinum anno 1568. 1576. et 1580. Coloniæ anno 1579. apud Ludovicum Alectorium. Iterum ibidem apud Bernardum Gualterium anno 1616.

De Christiana Religione librum unum.

De illusionibus dæmonum librum unum.

De tentatione diaboli librum unum.

De remediis vitiorum librum unum, et *alia.*

Obiit sanctissime in Cœnobio Aquilano Minorum Conventualium provinciæ Penuensis, ubi sanctitate, et doctrina floruisse circa annum 1270. scribit Marianus Florentinus. Jordanus de Saxonia in *vitis Fratrum* (*Libro* 2. *cap.* 14.) eum suum appellat socium in Sorbona, et Theologiæ Magistrum, citatque illud ejus opus, *Manipuli florum.*

THOMAS PANORMITANUS Capuccinus, edidit *Commentaria in Prophetas.* Panormi 1646.

In librum Judicum. Panormi in folio.

THOMAS PISEUS Segusianus, Gallus, tertii Ordinis S. Francisci, Theologus, edidit

Explanationem Regulæ, et Constitutionum Tertiariorum Regularium sancti Francisci de Pœnitentia nuncupatorum. Auctu typis Guimundi anno 1646. in 8.

THOMAS de SPINOSA Hispanus

Vitas illustrium virorum ex Plutarcho in compendium cum iconibus vernacula lingua redegit.

THOMAS STRANGIS Hiberuus, Menapiensis, sacræ Theologiæ Lector, insignis concionator, cum osset Guardianus Dubliniensis, edidit Anglice

Librum de doctrina Christiana. Scripsit etiam

Tractatum de Stigmatibus sanctæ Catharinæ Senensis.

Obiit Waterfordiæ anno 1645.

THOMAS STRAVERSHANUS in Occidentalibus Angliæ partibus natus, in Bristoliensi Cœnobio initiatus, Oxoniæ bonas litteras ita industrie didicit, ut, teste Lelando, sublimis ibi tum Philosophus, tum Theologus merito haberetur. Et quia cum studiis litterarum pictatem semper coluit, a pils et eruditis quibusque illius temporis viris summe diligebatur. Scripsit

In D. Lucam Collectanea, lib. unum.

De salutatione Angelica lib. unum.

De excellentia nominis JESU lib. unum.

Concertimini ad Deum, lib. unum.

Sermonum lib. unum.

Tabulam

Tabulam Doctorum universalem, lib. unum. Ab stinentia. Carnotensis libro quinto.

In lecturam Gulielmi de Vara lib. unum. Absolutum. Utrum suppositum illud.

In Delamarum contra Thomam lib. unum. Angelus. Utrum Angelus sit compositus.

In lecturam Roberti Cautoni lib. unum. Attributum. An attributa distingui.

Curam moralem, lib. unum.

Obiit Avenione an. 1346.

THOMAS SYLVESTRI scripsit

Vitam beati Petri Nicolai Factoris.

THOMAS VANDINUS Bononiensis, concionator egregius, edidit tractatus

De Indulgentiis.

De Purgatorio.

Sermones funerales, et nuptiales.

De sanctorum Reliquiis, et alia.

THOMAS ZERULA Beneventanus, edidit

Praxim Sacramenti Pœnitentiæ.

TILMANUS de HACHEMBERG Germanus, scripsit Confluentiæ

Sermones de Sanctis.

Sermones de Tempore.

Sermones per Quadragesimam.

TITELMANNUS STREIDT Germanus, provinciæ Coloniensis aliquando Præses, et Vicarius, et Pœnitentiarius Metropolitanus Coloniensis. recognovit pium quoddam opusculum *Canticale Germanicum*, cui titulus,

Paradisus Seraphicus. Coloniæ anno 1646.

TRANQUILLUS a S. REMIGIO Gallus, Capucinus, scripsit Gallice

Expositionem Litteralem verborum Evangeliorum de S. Eucharistia juxta fidem Catholicam, in 8.

Examen libri Vincentii Ministri Rupellensis, in 8. Rupellæ apud Stephannm de Rosnè anno 1633.

TREBATIUS MARECOCCIUS Picenus, ex Pennæ S. Joannis oppido, Ordinis Minorum Conventualium, edidit

Discursus spirituales Italice. Taurini anno 1590.

Pentelogium in aliquot Averroistas.

Vicebat anno 1592.

TURIBIUS MOTOLINIUS Hispanus, Beneventanus, provinciæ S. Jacobi, e qua ad eam, quæ S. Gabrielis appellatur, transivit, vir sanctissimus (*Arila in Histor. Salamant. libro* 3. *c.* 3.), sextus ex duodecim illis viris Apostolicis, qui primum Indis Mexicanis evangelizarunt; qui annis multis in vastissimis illis regionibus prædicavit, et sextus fuit Minister provinciæ S. Evangelii. Edidit lingua Mexicana

Doctrinam Christianam, seu Catechismum.

De vitiis, et moribus Indorum.

Tractatus diversos de rebus spiritualibus.

Historiam duodecim primorum Patrum Franciscanorum, qui in India prædicarerunt; quæ assidue in illis regionibus omnium manibus teruntur.

Ultimus duodecim comsodalium obiit Mexici in Vigilia S. Laurentii, postquam quadringenta millia Indorum baptizavit, destructis innumeris idolorum fanis. Adfuit exequiis Petrus de Ayola Xalisci Episcopus, qui vestis partem in reliquias venerabundus abscidit.

TYBERIUS FINOCCHIUS e Paliano Reg. Observ. provinciæ Romanæ scripsit Italice Angelo Cæsio Episcopo Ariminensi dedicatum librum, quem inscripsit:

Breve instruttione con trenta avertimenti a penitenti, per saperni confessare. Romæ apud Stephanum Paulinum anno 1631. in 12.

V

VALENTINUS MANTUANUS Regul. Observ. provinciæ S. Antonii, edidit

Sermones varios, quos intitulavit aliquanto fidentius *Gemmam pretiosam.* Florentiæ anno 1619.

VALERIANUS DIVIONENSIS Gallus Capucinus, e Latino in Gallicum transtulit librum Jacobi Coreni inscriptum:

Clypeus patientiæ, quem ille intitulavit: *Le bouclier de la patience.* Lugduni apud Ludovicum Muguet an. 1630. in 4. Vide verbo *Jacobus Corenus.*

VALERIANUS MAGNUS Mediolanensis, Capucinus, Minister provinciarum Austriæ, et Bohemiæ, vir non solum in re Monastica, verum et in politica Christiana, Principumque rebus maximis prudenter tractandis non vulgariter versatus, et propterea Ferdinando Secundo, et Tertio Imperatoribus, ac Uladisio Regi Poloniæ, præcipuisque Dynastis Germaniæ, Bohemiæ, Hungariæ apprime charus, et familiaris. Scripsit

Judicium de Acatholicorum, et Catholicorum regula credendi. Viennæ Austriæ 1641.

Opusculum, quod *Lux mentium* inscripsit: opus peregrinum, et obscurum, haud omnibus pervium. Romæ apud Franciscum Cavalli 1642.

Philosophiam Valerianam. Mediolani anno 1647. et Varsaviæ anno 1648. addita etiam Logica, aliisque tractatulis, in quibus multa contra communes Peripateticorum opiniones ostentat.

VALERIUS MARTELLUS Italus, Regul. Observantiæ, scripsit, seu in unum libellum collegit

Regulam, Testamentum, Officium parvum Stigmatum S. Francisci, beatæ MARIÆ Virginis, S. Josephi, et alia pia opuscula. Prodierunt Venetiis apud Marcum Ginammum anno 1621. in 24.

VALERIUS POLYDORUS Patavinus, Ordinis Minorum Conventualium, Artium, et sacræ Theologiæ Doctor, scripsit

Practicam Exorcistarum ad dæmones, et maleficia de Christi fidelibus expellendum. Tertio edita est auctior, et castigatior Venetiis apud Robertum Moretum anno 1606. Coloniæ 1626. in 8.

VALERIUS VENETUS Capucinus, scripsit vernacule

Pratum floridum variorum exemplorum, in duas partes, et libros undecim divisum. Venetiis apud Floravantem Prati anno 1612.

Breves, piasque meditationes circa præcipua mysteria vitæ JESU CHRISTI. Venetiis apud Joannem Baptistam Colignanum anno 1610.

Peregrinationem sacram Orationum. Ibidem anno 1600.

UBERTINUS, alias *Hubertinus*, de Ilia, Italus, Casalensis, ile quo egimus supra tomo 2. et 3. Annalium, Petri Joannis Olivi sectator, et defensor, disciplinæ Regularis strenuus, sed indiscretus propugnator, multarum tribulationum a consodalibus, et Joanne XXII. Pontifice immissarum tædio affectus impetravit licentiam transeundi ad Monachos Benedictinos: sed demum abiit ad Carthusianos. Vir quidem bonus,

bonus, et doctus, si tantum sobrie saperet. Scripsit grande volumen, cujus inscriptio est:

Arbor vitæ Crucifixi. Prodiit Venetiis an. 1485. apud Andream de Bonetis Papiensem; ms. in Bibliotheca Minorum Cæsenæ, et in Vaticana.

De septem statibus Ecclesiæ juxta septem visiones Apocalypseos.

Tractatum de altissima pauperiate Christi, et Apostolorum ejus. Extat ms. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ.

Epistolas varias.

Sermones multos.

Joannes Gerson in epistola *de susceptione humanitatis Christi* sub finem, et in admonitione brevi *de cante tegendis quæcumdam libris* Ubertinum sugillat, in epistola quidem tacito nomine, in admonitione expresso, quod Canticum Simeonis *Nunc dimittis etc.* aliter exposuerit, quam sana ferat doctrina. Trithemius eum ex parte excusat; et quidem qui profundum, et ecstaticum hominis scribendi modum recte expenderit, facile tuendum suscipiet.

Floruit sub annum 1325. Theodorus Petrejus eum inter Scriptores Carthusianos reponit in sua Bibliotheca.

UBERTINUS a PAGANICA dicc. Aquilanæ ejusdem, edi curavit librum Innocentii III.

De contemptu mundi, sive de miseria conditionis humanæ a se recognitum, et a mendis repurgatum. Neapoli apud Lazarum Scorigium anno 1620.

VENANTIUS a FABRIANO Italus, Regularis Observantiæ, provinciæ Marchiæ, socius multorum annorum Jacobi Piceni inter Beatos relati, scripsit Italice copiose

Vitam, gesta, et miracula prædicti Jacobi, cujus bina habeo exemplaria mss.

VERANTS CABALLONENSIS, provinciæ Capucinorum Provinciæ, seu Salyorum, typis mandavit

Directorium spirituale in duas partes divisum, monita, regulas, et exercitia omni Christiano necessaria ad vere serviendum Deo continens, cum tractatu *de oratione mentali* utilissimo. In quo præter plurima pretiosa documenta, et conceptus devotissimos sunt explicata dubia, quæ solent accidere in exercitiis devotionis. Lugduni anno 1638. in 8. apud Joannem Ivillierone.

VICTOR FERNUS de *Grassana*, Italus, Regularis Observantiæ, scripsit Italice

Vegam, et fructuosam representationem statuæ Nabuchodonosoris, diversis conceptibus scripturalibus adumbratam. Alexandriæ apud Herculem Quinciannm anno 1597.

VICTOR GELEMANS Trevirensis, Capucinus, provinciæ Rhenanæ Minister, edidit

Summam practicæ Theologiæ mysticæ in omnes ab infimis usque ad supremos divini animi status operationes, et dispositiones magis notabiles ordine consecutivo, digestam in duas partes. Coloniæ apud Jodocum Kalcovonsem anno 1646.

VICTOR WINTRICUS, Germanus, Confluentinus Reg. Observ. provinciæ Colonie disertus concionator, edidit librum Concionum, qui dicitur

Afflictio consolans, seu *succincta methodus, qua quilibet hoc avumnoso tempore ex miseriis maximam haurire valeat consolationem.* Coloniæ apud Joannem Henningium anno 1644.

VICTORINUS POULCHET Gallus, Strict. Observantiæ, edidit

Expositionem Gallicam in Regulam Minorum. Lemovic. per Gulielmum Bureau 1625. in 4.

VINCENTIUS BERTINUS a Sartiano Etruriæ oppido, Reg. Observ. provinciæ Tusciæ, concionator, et Minister, Visitator Apostolicus provinciarum Siciliæ, utriusque Calabriæ, Principatus, et Terræ Laboris, scripsit

Centuriam primam quæstionum politicarum, et moralium. Liber primus prodiit primum Florentiæ apud Augustinum Timmmum, et deinde Senis apud Nicolaum Pantinum anno 1637. Liber secundus ibid. 1638. Liber tertius an. 1639. Liber quartus an. 1640.

Centuriam secundam de præceptis Christianis. Prodiit ibidem anno 1642.

Centuriam tertiam de præceptis politicis, et militaribus spectantibus ad Principem Belligerum, Imperatores, Duces, et milites, ex sacra Scriptura decerptis. Senis apud Bonettum anno 1634.

Palæstinæ descriptionem. Venetiis anno 1633.

Sermonem de sancta Deiparæ Conceptione, sub metaphora Turris Davidicæ, in solemni Episcoporum consessu habitum Neapoli. Prodiit ibidem apud Jo: Dominicum Roncagliolum an. 1625.

Theatrum Sapientiæ, tribus tomis distinctum, Francisco Card. Barberino dedicatum. Nondum prodiit in lucem.

Vitam S. Bernardini Senensis, ms.

Obiit anno 1643. die 25. Januarii ætatis anno 75.

VINCENTIUS CIORLA Convent. sacræ Theologiæ Magister, scripsit

Disputationes in Logicam, et Philosophiam Aristotelis.

VINCENTIUS CONVENTRIENSIS Anglus, quem perperam Leiandus facit Carmelitam, utpote cujus nulla est memoria apud Trithemium in libro, quem de Scriptoribus Ordinis Carmelitarum contexuit, et Petrus Lucius Belga Carmelita in ordinem, additis scholiis, redegit. Minoritam fuisse testes sunt Ecclestomus, et Possevinus. Vir fuit pietate, et doctrina celebris. Primus sui Ordinis publice docuit Cantabrigiæ. Inter alia, quæ scripsit, in primis exposuit ea, quæ in sancto Missæ officio peraguntur; quod opus hoc titulo insignivit:

Expositorium Missæ, librum unum. Ut viris Ecclesiasticis innotescerent.

Repetitiones lectionum, librum unum.

Vixit anno 1251.

VINCENTIUS MUSSART Parisiensis, primus Pater, et Reformator Tertii Ordinis in Gallia, edidit Gallice

Regulam Pœnitentium Tertii Ordinis sancti Francisci cum declarationibus Summorum Pontificum, et expositionibus Dionysii Carthusiani. Parisiis anno 1620.

Apologiam PP. Tertii Ordinis. Nancei 1632.

Apologiam in gratiam Benigni a Genua Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci pro stabilimento reformationis in Gallia. Parisiis 1622.

Theologiam mysticam per modum meditationis super Ecce agelia pro omnibus Dominicis, festis, et diebus anni. Lugduni 1629.

Devotionem Præsepii. Parisiis 1628.

Flagellum blasphematorum.

Obiit Lutetiæ anno 1657. 17. Augusti.

VINCENTIUS RIGUIUS a S. Severo, Apulus Reg. Observ. provinciæ sancti Angeli, sacræ Theologiæ Professor, edidit Italice

Hieroglyphica moralia, in quibus virtutes prosequendas, et vitia fugienda esse demonstratur, Prædicatoribus, et Oratoribus utilia. Neapoli apud Joannem Dominicum Roncagliolum an. 1626. in 4.

VIN-

VINCENTIUS ROTHOMAGENSIS Tertii Ordinis, scripsit Gallice

Felicem occursum, seu *historiam beatæ Virginis Boni occursus prope Agendicum.*

Spoliationem Ægypti.

VITALIS e FURNO, quem Willotus, Possevinus, et alii *Joannem Vitalem a Furno* appellant (*to. tertio Annal. an.* 1312. *num.* 10), Vasatensis Vasco, sive Aquitanus, sacræ Theologiæ Magister, provinciæ Aquitaniæ Minister, S. R. E. Cardinalis SS. Sylvestri, et Martini in Montibus tit. Equitii creatus a Clemente V. anno 1312. deinde Episcopus Carilinalis Albanus a Joanne XXII. sub quo suscepit cansam suorum consodalium de paupertate Christi tuenda; scripsit

Speculum morale totius sacræ Scripturæ, in quo universa ferme loca veteris, et novi Testamenti mystice explanantur. Lugduni apud Joannem Moylin anno 1513. in 4. majori; Venetiis anno 1594. apud Floravantem Pratum; Ibidem apud Minimam societatem anno 1600. In principio hujus operis in ultimis impressionibus ita habetur: *Joannes Vitalis natione Gallus, professione Theologus suo tempore præstantissimus, Religione Frater Seraphici Ordinis, fama, ac sanctitate clarus, ob idque Cardinalis a Clemente V. Summo Pontifice creatus, post commentaria in quatuor libros Sententiarum, ac librum unum de ipso S. Mariæ Virginis conceptu, nonnullaque alia opuscula præseus opus conscripsit anno* 1305.

Commentaria in Proverbia Salomonis.

In quatuor Evangelia.

In Apocalypsim, quæ apud Patres Dominicanos Bononiæ extabant, et cura Cardinalis Sarnani prodierunt Venetiis. Incipiunt, *Spiritu magno vidi.* Habentur mss. apud Conventuales Assisii.

In quatuor libros Sententiarum. Habeutur mss. in Bibliotheca Vaticana.

De Conceptione B. Mariæ Virginis, librum 1.

Quodlibeta Theologica.

De paupertate Christi, et Apostolorum.

De tuenda sanitate, et remediis morborum digressio, quæ prodiit Moguntiæ.

Sermones in diebus solemnibus habitos, ei tribuit Eysengrenius, et Petrus Frizon in sua Gallia Purpurata.

Concionatorios Commentarios anniversaria notatione, ex qua præcipue optima concionandi ratio in Quadragesima eruitur ad reformandos aulicorum mores, præsertim ministrorum Curiæ Romanæ.

Obiit Avenione sepultus apud Minores, adjecto hoc epitaphio:

HIC IACET
REVERENDISSIMVS IN CHRISTO DOMINVS
FR. VITALIS ORDINIS MINORVM
BONÆ MEMORIÆ
EPISCOPVS ALBANENSIS S. R. E. CARDINALIS
QVI OBIIT DIE XVI. MENSIS AVGVSTI
ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. CCC. XXVII.
CVIVS ANIMA REQVIESCAT IM PACE.

VITUS CORTONENSIS Etruscus a S. Francisco in Cœnobiolo extra Cortonam initiatus, Minister provinciæ Romanæ (*Annal. an.* 1246. *numero* 18.), post propagatam fidem in partibus Orientalibus domum regressus scripsit

Vitam B. Humilianæ Tertii Ordinis S. Francisci, quam in compendium politiori stylo redegit Raphael Volaterranus.

Vixit anno 1250.

VITUS PISA, vide *Marcus Pisa.*

URBANUS BOLSAMIUS Bellunensis, Leonis X. Pontificis Maximi præceptor, Latina, et Græca lingua haud vulgariter instructus, conscripsit Institutionum Grammaticalium in linguam Græcam doctos, et accuratos libros duos: de quo quidam carmine cecinit:

Proin Urbane tuo
Fruitur merito gens Latina, litteras
Dum colet Argolicas.

Nam Urbanus annos 30. natus, renissis levioribus studiis, ad perpetuos, et limpidissimos Græcorum fontes toto animo se contulit. Is cum Andrea Gritto, qui postea fuit Venetiarum Princeps, Byzantium profectus, totam fere urbem cum eo pervestigavit. Cumque alia loca, et regiones visendi studio teueretur, in magnam Græciam transvolavit, ubi nihil aliud dies noctesque agitabat, quam quo pacto studiosis omnibus prodesse posset. Inde in Siciliam divertens, Constantino Lascari, qui Messanæ Græce profitebatur, operam dedit. Urbanus ex hac peregrinatione Græcis litteris optime exultus, et bona librorum suppellectile sibi comparata. Venetias reversus, Homerum magna auditorum frequentia interpretatus est. Reliquit porro

Commentaria in Homerum.

Partes aliquot Græcos Latinitate donavit.

Institutionem in linguam Græcam edidit Parisiis 1543.

Mansit per aliquod tempus in cœnobio S. Nicolai magnæ domus, ubi relaxandi animi gratia hortulum lepide exornatum colnit, quo in loco multos cum Græcos, tum Latinos libros reliquit, et inter cætera monumenta ms. *Iliadem Homeri* veneranda vetustate descriptam. Venetiis ad fores Ecclesiæ magnæ domus subjectum epitaphium insigne tanti viri elogium affixum est:

VRBANO BOLSAMIO BELLVNENSI MINORIT. FAMILIÆ
SACERDOTI SVMMÆ INTEGRITATIS ET INNOCENTIÆ
QVI GRÆCAS LITTERAS EXTORRES IAMPRIDEM
ET PROCVL A TERRA ITALA EXVLANTES
NOBIS SVMMA CVM DOCENDI TVM SCRIBENDI CVRA
PRINCEPS ASSERVIT PIERIVS VALERIANVS BOLSAMIVS
EX FRATRE NEPOS INSTITVTIONIS EDVCATIONISQVE
MEMOR POSVIT
VIXIT ANNOS LXXXV MENSES TRES DIES XII.
IN VOLVNTARIA PAVPERTATE FELICISSIMVS
IN OMNES QVOAD POTVIT OFFICIOSISSIMVS
NVLLI VNQVAM INIVRIVS MDXLV.
MENSE APRILI.

URBANUS HYDRUNTINUS Episcopus Castrensis, edidit opus

De Antichristo.

De Nativitate Domini.

De Animæ immortalitate.

Item Opus sane utile, quod inscribitur *Negotium*, vidisse se narrat Rodulphus in sua Seraphica Historia Venetiis in Bibliotheca S. Dominici a Castello. Initium libri est, *Ideo, etc.*

USVALDUS del ASCO, scripsit

In quatuor libros Sententiarum. Bude 1505. in f.

WALTERUS, vide *Gualterus.*

WEXILLUS WARE Anglus, scripsit

In quatuor libros Sententiarum; habetur ms. in Bibliotheca Assisii.

ZACHA-

Z

ZACHARIAS BOVERIUS Salutiensis, Capuccinus, vir eruditus, præsertim in controversiis fidei, suæ Congregationis Definitor generalis, mihi olim perquam familiaris, scripsit

Demonstrationes symbolorum veræ, et falsæ religionis adversus præcipuos, ac vigentes Catholicæ Religionis hostes, atheistas, Judæos, hæreticos, præsertim Lutheranos, et Calvinistas in duos tomos distributas. Lugduni sumptibus Horatii Cardon anno 1617. in fol.

Paræneseis Catholicam ad Marcum Antonium de Dominis, olim Archiepiscopum Spalatensem, postea vero S. R. E. apostatam, et in Angliam transfugam; in qua examinantur, et refelluntur quatuor libri ejusdem de Republica Ecclesiastica. Lugduni apud Joannem Charuet anno 1618. in 8.

Censuram Paræneticam in eosdem libros. Mediolani 1621. in fol.

Orthodoxam consultationem de ratione veræ fidei, et religionis amplectendæ, ad Carolum Walliæ Principem Jacobi Magnæ Britanniæ Regis filium etc. in duas partes distributam. Madriti apud Thomam Junti typographum Reglum 1623. in 4.

Directorium fori judicialis pro Regularibus etc. Augustæ Taurinorum apud Aloysium Pizzimillum 1624. in 4.

Annalium, seu sacrarum historiarum Ordinis Minorum S. Francisci, qui Capuccini nuncupantur, tomus primus, in quo universa, quæ ed ejusdem Ordinis ortum, ac progressum usque ad annum 1580. spectant, traduntur. Lugduni sumptibus Claudii Landry anno 1632 in fol.

Tomus Secundum ibidem sumptibus hæredum Gabrielis Boisset, et Laurentii Anisson 1639. At quidem in hoc postremo Annalium opere viri cordati, et præclpui ex suis confratribus, graviorem rerum narrationem, majorem candorem, æquiorem ergà alios Franciscani Instituti animum, et in discentiellis, referendis, reticentiisve quibusdam rebus ponderosius desiderat judicium.

De sacris Ritibus juxta Romanam Regulam usui FF. Min. Capuccinorum. Accedit Appendix *de externis quibusdam vitiis, qui ad Religionis Capuccinorum politiam, et ad plerasque domestica munera recte obeunda spectant.* Neapoli typis Scorigianis an. 1626. in 4. Neque hoc opus apud suos approbatum, neque eo uti voluerunt.

Obiit anno 1638. die 31. Martii ætatis anno 70. Genuæ.

ZACHARIAS LEXOVIENSIS, Capuccinus concionator, provinciæ Normanniæ scripsit

Philosophiam Christianam. Prodiit Paris. anno 1637. in 8.

Monarchiam Verbi incarnati. Tomus primus ibid. 1639. Tom. 2. ibid. 1649.

ZACHARIAS FIRMINUS Sequanus Reg. Observ. scripsit

Antiquitates Franciscanas a Novatorum erroribus, et commentis expurgatas, et vindicatas. Rnessii apud hæredes Stephani Andreæ 1647. in 4.

ZACHARIAS KIRCHGESSER Germanus ex urbe Klingembergensi ad Mœnum prov. Coloniensis, Conventus Monasteriensis ordinarius concionator, edidit Germanice librum, cui titulus:

Christiana compassio, sive quatuor cordiales, ac breves admonitiones de moderna miserabili immutatione Germaniæ. Monasterii apud Bernardum Raesfeldt a. 1635.

ZACHARIAS a MEDIOLANO Capuccinus, Definitor provinciæ Mediolanensis, edidit Italice

Institutione utilissimas pro expoliando homine veteri, et novo induendo. Mediolani apud Ludovicum Mensam 1646.

Jurecon Capuccinum. Mediolani tomis duobus anno 1645

FINIS.

SYLLABUS

FRATRUM MINORUM

QUI PRO FIDE CATHOLICA

A CHRISTIANÆ RELIGIONIS HOSTIBUS

INTEREMPTI SUNT.

MARTYRES

TESTES SUNT VERITATIS.

Si lingua amputatur, loquaciora sunt vulnera. Etsi vulnera tegantur, etsi abscondatur cicatrix, non absconditur fides. *Ambros. l. 2. de Jacob cap.* 11.

Fundebat sæpe confessor sanguinem suum, suisque vulneribus fidei mentis suæ testabatur authorem. *Chrysologus sermone* 128.

MARTYR fluentem fatur inter sanguinem:
Grates tibi, o Praefecte, magnas habeo,
Quod multa pandens ora, jam Christum loquor.
Arctabat ampli nominis præconium
Meatus unus impar ad laudes Dei.
Rimas patentes invenit vox edita,
Multisque fusa rictibus reddit sonos
Hinc inde plures, et profatur undique
Christi, Patrisque sempiternam gloriam.
Tot ecce laudant ora, quot sunt vulnera.
Prudentius in Peristephano.

MINORITÆ PIETATE INSIGNES,

ET

DOCTRINA CHRISTIANA CONSTANTES,

QUI PRO FIDE CHRISTI FORTITER OCCUBUERUNT.

A

SANCTUS ACCURSIUS Italus, Laicus, fuit unus ex illis quinque, qui anno sexto ante mortem S. Francisci ab eo ad Miramolini regnum destinati, ut fidem Christianam prædicarent apud Marrochium, post gravissima supplicia constantissime tolerata glorioso Martyrio initium Ordinis Minorum consecrarunt. Socii fuerunt *Berardus*, *Petrus*, *Otho*, Sacerdotes, et *Adjutus* Laicus. Omnes simul post triduanum carceris squalorem, et inedium alapis, et variis opprobriis affecti sunt: deinde judex impius jussit eos dirissime tamdiu virgis, et fustibus cædi, donec eorum ossa, et viscera apparerent; fervente insuper oleo, et aceto in vulneribus perfusis, per totam sequentem noctem super testas volutati sunt, et pluribus sibi invicem succedentibus tormentis acerbissime afflicti. Tandem ipse Marrochiorum Rex cernens immobile eorum fidei Christianæ retinentæ propositum, arrepto gladio capita eorum per mediam frontem discidit. Passi sunt XVI. kal. Februarii anno reparatæ salutis 1220. Eorum corpora frustatim concisa in campo sparsa, et a bestiis intacta jussit Rex in ignem projici; sed illassa remanserunt. Ea Christiani clam auferentes aromatibus condiderunt. Integras tantæ victoriæ exuvias dominus Petras Infans frater germanus Sancii Regis Lusitaniæ inde miraculose asportavit, quas in magnifica Ecclesia S. Crucis Canonicorum Regularium S. Augustini Coymbricæ thecis argenteis inclusas, et reverenter collocatas Deus maximis, et perpetuis glorificat miraculis. Relati sunt inter sanctos Martyres a Sixto IV. Vide to. 1. Annal. an. 1220. n. 37. et sequentibus, et tom. 7. an. 1481. n. 1. et seq. Favcant nobis hi Martyres initio hujus operis, qui Ordinis initia, vivente adhuc Institutore, glorioso decorarunt.

ADAMUS. Vide *Paulus N.*

S. ADJUTUS Italus, Laicus, unus ex prædictis Martyribus Marrochianis.

ADOLPHUS ARDOLPHI Germanus, provinciæ Argentinæ Custos, qui cum multis aliis Franciscanis anno 1632. Witembergæ ab hæreticis Suevis martyrio affectus est die 6. Januarii.

ADRIANUS BEVERLO Sacerdos, et a sacris confessionibus in Monasterio Montis Lucis prope Trajectum ad Mosam, ab hæreticis occisus est anno 1576. die 27. Decembris.

ADRIANUS GANDAVUS. Vide *Daniel Arendock.*

ADRIANUS LAMBERTUS apud Goudam Batavorum una cum Joanne Rietelo ab hæreticis dira passus; nam ambo vestibus spoliati, pugionibus confixi, et per tribulos, cardnosque raptati, tandem suspensi, ac per medium ventrem dissecti animas Deo tradidernnt anno 1572. die 8. Septembris.

ÆGIDIUS COTTEREAU Gallus, ab hæreticis in flumen demersus, anno 1562. die 25. Martii.

AIMERICUS, ejusque socius, Galli, in Conventu Cholleti provinciæ Turoniæ Pictavicnsis in extremis Episcopatus Maleacensis, vulgo *Maillerele*, finibus situs, magna fide, et incredibili constantia pro confessione Christiane, Apostolicæ, et Romanæ Religionis crudelissimum, sed tamen gloriosissimum finem sustinuerunt anno 1562. die 13. Decembris.

ALBERTUS FRANCUS Gallus concionator, et *Martirius ab Altamira* Hispanus, Sacerdos, in India Occidentali pro Christi fide martyrium illustre subierunt. Anton. Daza in Chronic. Min. lib. 2. c. 58. in fine sub annum 1595.

ALBERTUS a LEYDA, quod *Lugdunum Batavorum* vocant, Sacerdos, et Concionator, vir integerrimus, cum aliquando Coloniæ Agrippinæ profligatus ex Hollandia exulasset, tandem revocatus in provinciam, iter Antuerpia faciens Ducis-Silvam, a Geuziis hæreticis tormenti bellici globulo trajectus fuit anno 1584. aut sequente. Sednlius in Corollario ad finem Historiæ Seraphicæ n. 8. Raissa in Supplemento Molani ad 21. Nov. addit corpus fuisse sepultum in vicino pago *Malderi.*

ALDOBRANDINUS de AMANATIS, vel *Ammonatis*, seu de *Infangatis*, Florentinus, cum socio Fratre *Antonio* in Salamastro Persidis glorioso martyrio corvonati, miraculis post mortem clarucrunt. Vide tomo 2. Annal. an. 1234. num. 2.

ALEXANDER JOANNES ex Apulia oriundus, frater Laicus prov. S. Gabrielis Discalceatorum in Hispania, din mansit in conventu S. Mariæ de Jesu Salvæ-terræ ejusdem provinciæ, ubi mira austeritate, oratione, spiritusque fervore vitam duxit. Tandem martyrii desiderio flagrans in Libyam profectus est, ubi a Mauris ob Evangelii prædicationem crudeliter fustibus nudo corpore cæditur, et pene mortuus relinquitur, sed paulo post Christi fidem iterum publice prædicans, lapidibus appetitus, fugatus est. Inde Memphim pervenens, ibidem virgis toto corpore verberatur, injuriis, et opprobriis, fameque divexatus dimittitur, demum iterum captus in ignem conjicitur, a quo nihil passus, tandem gladiis confoditur, et lapidibus obruitur circa annum 1552.

ALEXIUS SAMSON Lautrici in Aquitania onm quinque aliis, videlicet *Francisco Peticorio* in sacra pagina Doctore, ac disertissimo concionatore, *Antonio de l'upe* Conventus Guardiano, *Hieronymo Graisseto*, *Rogerio Viguerio*, ac *Joanne Eichardo*, crudelissimo mortis genere ab hæreticis affectus est anno 1568. 4. Martii.

4. Martii. Gonzaga 3. part. in Conventu Lautricen., qui est 22. provinciæ Aquitaniæ recentioris.

ALOYSIUS seu *Ludovicus*, sive *Alphonsus*, Villalupus Hispanus, martyrium subiit anno 1582. apud Indos Occidentales, sagittis eorum undique confixus. Erat Sacerdos devotus, ex Custodia de Zacatecas provinciæ S. Evangelii.

ALPHONSUS de VILLALUPO idem, ac *Aloysius* supra.

AMARELLA Sanctimonialis Clarissa martyrium passa est Civitatulæ in Minorica Balearum insula cum *Bartholomæo Genestare* adolescente Clerico, et *Francisco* Laico a crudelissimis Turcis, qui oppidum prædictum expugnarunt, et una cum Cœnobio Minorum, et Monasterio Clarissarum diripuerunt, atque combusserunt anno 1558.

ANDREAS ab AJALA insignis Theologus inter Minores, qui in convertendis Gnainauolis Indiis occidentalibus primatum tenuit; qui cum Indicum idiuma regionis illius apprime calleret, atque singulari quadam dicendi facultate præditus esset, plurimum apud efferatos illos per sexennium instruens laboravit, donec anno 1584. ab ipsis perfidis in idololatriam relapsis captus, et crudelissime occisus est. Ejus quoque socius Frater *Franciscus Aegidii* una cum aliis dire vexatus martyrii palmam promeruit. Gonzaga par. 4. in prov. SS. Petri, et Pauli Conventu. 46.

ANDREAS DYCK Belga, a Genziis hæreticis Dixmundæ vinculo, carceres, flagella, et inediam pro Christo perpessus, tandemque ex illorum manibus liberatus, paucis post diebus invictum animum cœlo reddidit, sepultus in Conventu Dixmundensi a. 1578.

ANDREAS GUEZ, sive *Geulz*, natione Gallus patria Normannus ex Conventu Bernaii in territorio Lexoviensi, sexagenarius, et amplius ab hæreticis violenter e Monasterio extractus, gladioque sauciatus, et a ferocissimo equo per loca devia, cardinisque plena ad duo milliaria raptatus, animam Deo reddidit. Franciscus Gonzaga ait, in suburbio oppidi fuisse necatum, ac in flumen vicinum projectum. Catholicorum tandem pietate ab aquis assumptum, sepulturæ decenti traditum fuisse in oppido *S. Albini* prope Bernajum ad duo milliaria anno Domini 1566. Gonzaga in prov. Franciæ Conv. 24.

ANDREAS HUNGARUS, aliis *Nicolaus*. Vide infra *Antonius de Saxonia*.

ANDREAS MEDIOLANENSIS idem cum *Antonio* infra.

ANDREAS de MONTE Sacerdos piissimus, natione Gallus, patria Normannus, Conventus Bajocensis, annos natus quinquaginta quinque pro fidei Catholicæ assertione ab hæreticis trucidatus, fortissimo martyrio et Ordinem, et patriam, et Ecclesiam illustravit, una cum *B. Petro Berot* viginti quinque annorum. Passi sunt circa annum 1562. Gonzaga 1. p. fol. 102., et 3. par. Conv. 21. provinciæ Franciæ.

ANDREAS ROBERTI, Laicus professione, piissimus frater, ex Barchinonia in Alpibus oriundus, Montis Pessulani Conventus alumnus anno 1567. ibidem a furentibus hæreticis eam urbem devastantibus occisus est, inclamando subinde *Jesus Maria*.

ANDREAS SPOLETANUS Sacerdos devotissimus, provinciæ S. Francisci alumnus, ut liberius, relictis amicis, Deo serviret, facultatem a Superioribus in Corsicam transmigrandi impetravit, ubi cum pestifera lues grassaretur, infirmorum curæ se addixit, eisque maxima charitate ministravit; deinde animarum zelo, et martyrii desiderio flagrans, mare trajecit, et in Mauritaniam profectus, Fessam, quæ totius regni caput est, ingressus, coram Rege, et Principibus Christianam veritatem prædicavit, falsitatem Mahumeticæ sectæ ostendit, Judæos cum aliis infidelibus gravissima disputatione confutavit, Christi fidem esse necessariam adstruxit, in cujus testimonium obtulit vel mortuum suscitare, vel cæco visum reddere, vel fovenm cum feroce leone intrare, vel fornacem ardentem ingredi, et inde illæsum exire. Ultimum signum elegerunt infideles, statimque rogum incenderunt, quem ingressus est Frater *Andreas* cum solis femoralibus, sed ter extincto igne, picem multam super ligna effuderunt; itaque magnus ignis accensus est, in medio autem flammaram servus Dei stabat incolumis: quapropter illi in furorem versi, plurimis laquiduis objectis eum obruerunt, et occiderunt anno Dom. 1532.

ANGELUS, unus ex septem Martyribus Ceptæ, Vide *Daniel*.

ANGELUS a SPOLETO, ex Babylonia in Tartariam rediens enm Episcopis, et Fratribus Minoritis, cœpit animarum salnti, barbarorumque conversioni sedulo insistere: sed cum fidem Christi ferventer prædicaret, a quibusdam Bulgariis in Armenia crudeliter gladiis confossus animam Christo reddidit 2. Aprilis. Tom. 3. Annal. an. 1314. num. 14.

ANIMUNDUS de SABAUDIA. Vide *Claudius Gabriel*.

ANONYMA, Virgo, et Martyr in provincia S. Bonaventuræ, de qua sic Franciscus Gonzaga: Quædam ejusdem provinciæ Monacha cum in hæreticorum manus incidisset, multis gladiis, et tormentis adeo fuit expavefacta, ut ex omnibus ejus partibus sanguis effluxerit, ac sic gloriosa ad Sponsum pervenerit sub ann. 1563. Gonzaga in prima parte sub tit. S. Bonaventuræ.

ANONYMÆ 74. Clarissæ, Aconenses in Syria, quarum Abbatissa cum audisset, Saracenos in civitatem irrupisse, convocatas omnes ad virginitatem servandam, et martyrium subeundum viriliter animavit; et ut illum facilius conservarent, facie pulchritudine deturpata, omnibus suo ipsius exemplo persuasit; nam simul enm dicto sibi novacula nasum abscidit, quam reliquæ omnes imitatæ sunt, speciem snam variis excoriationibus deformantes. Saraceni igitur in Monasterium irruentes, et sacras Virgines fœde cruentatas intuentes, horrore perculsi, ac odio Christiani nominis concitati, omnes crudeliter trucidarunt. Vide tomo 2. Annal. anno 1291. num. 1.

ANONYMUS unus Corsicus, de quo sic Gonzaga: Vigente anno Domini 1554. in Insula Corsicæ Juvenali pestifera hæresi, quidam Frater Minor, cujus nomen ignoratur, ab ejus sectatoribus ob Catholicæ fidei constantiam martyrio coronatus est, et in Conventu Alexiani sepultus. Vide tomo 4. Annal. ad ann. 1534. num. 11. et Gonzaga in prov. Corsicæ Con. 10.

ANONYMUS quidam juvenis Frater eximiæ pulchritudinis, et castitatis, enm ex obedientia ad petendam eleemosynam in urbem Anconam intrasset, impudice quædam mulieres ejus amore captæ eum ad se vocaverunt in domum, velnti pro elemosyna recipienda, quo ingresso, statim januam clauserunt, eique snam concupiscentiam aperuerunt: quibus cum respondisset se malle mori, quam Deum offendere, mox ab illis præfocatus est, et nocte sequenti corpus ejus ad portam Conventus detulerunt. Marcus Ulyssipponensis 3. part. Chron. lib. 1. cap. 56 ad annum 1443.

ANONYMUS in Belgio vitæ sanctitate clarebat; cum

cum Gensii Flandriam, inferioremque tiermaniam rapinis, et incendiis divexarent, apud *Honoscoth* gladiis eorum occisus est anno 1568.

ANONYMUS Guardianus Conventus Castri-Villani in diœcesi Lingonensi in Gallia, cum hæretici illum Conventum expilarent, et flammis tradi rent, ipse senex, et infirmus, cæteris fugientibus, remansit, quem toto die ligatum pugnis cædentes, et pilos barbæ vel lentes, multis opprobriis affecerunt, similiter etiam sequentibus diebus tormentis gravissimis divexarunt, ut Christum, et Ecclesiam abjuraret; sed frustra, nam Christi Martyr, invocato subinde nomine JESU, patienter cuncta toleravit. Tandem occisus, et martyrio coronatus victor migravit in cœlum circa annum 1562.

ANONYMUS Laicus apud Chile regnum in India Occidentali pro Christi fide fame necatus circa annum 1559.

ANONYMUS Choleti, supra cum *Aimerico*.

ANONYMUS Guaimamotæ, supra cum *Andrea ab Ayala*.

ANONYMUS Laicus Jerosolymis: ille postquam per humanam fragilitatem, et timorem fidem abnegasset, facti pœnitens, et coram immunera Turcarum, et Mauronum multitudine Christum prædicans ad martyrii palmam pervenit. Gonzagu.

ANONYMUS Mausiaci, infra cum *Forti Vivato*.

ANONYMUS Moræe, infra cum *Electo*.

ANONYMI duo Briellæ in Hollandia a Gensiis martyrio coronati sunt 1572. 9. Julii.

ANONYMI duo ab Agarenis occisi simul cum Fratre Jacobo Sampere Ordinis Prædicatorum apud Castillionem Ampuriarum in principatu Cataloniæ anno 1516.

ANONYMI duo Chile ab apostatis Indis crudeliter gladiis, et hastis perforati martyrii lauream reportarunt anno 1598. die 24. Decembris.

ANONYMI duo Capuccini Jerosolymis a Turcis primum fustibus contusi, deinde telis confixi, pro fide Christi vitam profuderunt 1577. die 7. Novembris.

ANONYMI duo in India Orientali prope Goam a Malavaribus Indis piratis trucidati sunt circa annum 1560. 17. Augusti.

ANONYMI duo Marrochii multis opprobriis affecti, tandem capite plexi sunt. Tom. 1. Annal. anno 1232. num. 33.

ANONYMI duo in Oriente an. 1362. a Nestorianis fame cruciati, et squalore carceris macerati felicem agonem consummarunt die 7. Augusti. Tom. 4. Annal. anno 1362. n. 33.

ANONYMI duo Osornii in Chilensi Indiæ Peruanæ regione, quos apostatarum a fide crudelitas fame extinxit 1598. die 26. Decembris.

ANONYMI duo in Palæstina cum *Conrado* de *Altisi* 3. Decemb.

ANONYMI duo in Ratzels-dorfio prope Novamcivitatem in provincia Austriæ, pro Christi fide ab immanissimo Turca capite truncati sunt 1541. die 24. Decembris.

ANONYMI duo in Syria, quorum capita a Saracenis crudeliter excoriata, cum nihilominus in Christi confessione persisterent, ad iisdem capitis obtruncatione sunt intercempti sub ann. 1289. die 31. Jannarii. Vide tom. 2. Annal. anno 1284. num. 2., et tomo 3. an. 1314. num. 14. et 1342. num. 61.

ANONYMI duo in Valachia apud Cereth ab infidelibus arbores adorantibus jugulati sunt die 11. Maii. Vide tom. 4. Annal. anno 1378. num. 12.

ANONYMI duo in Ungaria an. 1498. tom. 7. Annal. ad eum an. num. 7.

ANONYMI duo in Zeilanica Indiæ Orientalis insula pro fidei Christianæ constantia tetis gentilium confossi sunt circa annum 1560. die 11. Septemb.

ANONYMI tres Caliculi in India Orientali a Mauris pro Christi fide occisi anno 1519. 17. Decembris.

ANONYMI tres apud Castrum Villanum in territorio Lingonicnsi, quos hæretica rabies sclopetariorum globulis perforatos super cælestes globos ad gloriam æternam transmisit circa annum 1562. 11. Martii. Eorum corpora clam a Catholicis sublata, apud Conventum dicti oppidi honorifice sepulta sunt, ubi pie a fidelibus coluntur.

ANONYMI tres Damasci in Palæstina post multa, et varia tormenta a Saracenis illata martyrii palmam perceperant die 19. Novembr. Vide tom. 3. Annal. anno 1342. num. 61.

ANONYMI tres in urbe Sarai, vel *Janay*, suis præcibus cæcum quendam illuminarunt, cum quo postea pro fide Christi martyrium subierunt. Vide tom. 3. Annal. 1314. num. 14.

ANONYMI quatuor in Belgio a Gensiis crudelia passi mercedem in cœlis copiosam meruerunt anno 1579. 6. Julii.

ANONYMI quatuor in India Orientali, plurimis laboribus exanthlatis, a barbaris varie vexati agonem suum inclyto martyrio consummarunt circa annum 1520. die tertia Aprilis.

ANONYMI quinque in Canaria apud Fortem-Venturam insulam comprehensi a gentilibus, post lubdibria, et improperia pro Christo tolerata ex editissimo loco in mare præcipitati sunt sub annum 1566. die 10 Septembris. Eorum glorioso martyrio Fortunatæ insulæ fortunatiores gloriantur.

ANONYMI quinque Polociæ in Lithuania a Tartaris, et Moscovitis urbem illam, et Conventum incendentibus capti, cæteris sibi fuga consulentibus, crudeliter jugulati sunt. Tom. 3. Annalium 1325. numero 28. et tomo 7. an. 1498. num. 44.

ANONYMI quinque Visochii in Bosna, qui ab hæreticis Patarenis trucidati sunt, eorumque Cœnobium solo æquatum est, a quo tempore sæpius noctu in ipsis ruinis a fidelibus quædam candelæ accensæ cernuntur.

ANONYMI sex Aurelianis, qui ab hæreticis incarcerati, multisque diebus fame afflicti, tandem intoxicato pane extincti, ad cœnam æternam pervenerunt an. 1562.

ANONYMI sex Distemii in Brabantia a Gensiis ob religionis Catholicæ constantem confessionem varie passi sunt; nam duo primi, cum foras pro administratione Sacramentorum proficiscerentur, confestim sunt necati; duo alii in ipso introitu Conventus occisi; alii vero duo exinde educti, post plurima indibria, et opprobria suspendio vitam mortalem finierunt, ot ad immortalem pervenerunt anno 1578. die 25. Octobris.

ANONYMI sex Rame in Bosna Argentinensi ab efferatis Turcis occisi martyrium subierunt an. 1557. die 21 Aprilis.

ANONYMI sex Zntphaniæ ab hæreticis crudeliter interfecti, nam primum dissectis ventribus, deinde suspensi, ab infelici arbore ad gloriam æternam evolarunt an. 1572. die 20. Aprilis.

ANONYMI septem in Palæstina, qui propter fidem Christi a Soldano Ægypti Melchasa capite cæsi sunt. Vide tomo 3. Annal. an. 1342. num. 61.

ANO-

ANONYMI duodecim, qui habitabant in Monte Sion, capti fuerunt a Saracenis cum multis aliis Christianis, et in tetrum carcerem conjecti, ibidem opprobriis, cruciatibus, aliisque ærumnis ob Christianam fidem constantissime toleratis, martyrio coronati sunt. Vide tomo 4. Annal. anno 1396. num. 10.

ANONYMI quatnordecim. Vide *Bernardinus Molmerius*.

ANONYMI sexdecim Damasci pro Christo carcere, et vinculis experti, fame, et frigore vexati, et alia multa tormenta passi, ad ultimum jugulati, martyrio suo diem decimum sextum Februarii consecrarunt anno 1370. Vide tomo 3. Annalium Minorum anno 1342. numero 61.

ANONYMI octodecim Viennæ in Austria genus acerbissimum martyrii subiernnt circa annum 1541. die 24. Februarii.

ANONYMI viginti apud Meliolanum, qui peste laborantibus ministrantes pie decesserunt, et gloriosi visi sunt in cœlum ascendere. Hos autem isto loco recensemus exemplum secuti Martyrologii Romani, quo habetur commemoratio sanctorum Presbyterorum, Diaconorum, et aliorum plurimorum, qui tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis sævissima Alexandriæ grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, liberitissime mortem oppetiere, quos volut Martyres religiosa piorum fides venerari consuevit. Vide Euseb. lib. 7. Histor. Ecclesiast. c. 16. et 17. ex epist. S. Dionysii Alexandrini, Baronium in notis ad prædictum diem, et tomo 2. Annal. Ecclesiæ an. 265. et tomo 3. Annal. Minorum 1445. numero 12.

ANONYMI triginta duo in Anglia, qui ob fidem Catholicam ab Henrico VIII. Rege carceribus mancipati, atque in diversa loca gravissimis catenis onusti, bini abducti, fame et frigoris asperitate cruciati, aliisque laboribus, et ærumnis vexati, ac in fidei agone perseverantes, vitam glorioso triumpho terminarunt circa annum 1538. die 31. Julii.

ANONYMI triginta sex Vilnæ in Lithuania, qui a Tartaris occisi victoriam martyrii meruerunt. Variis tamen temporibus passi sunt, quorum aliqui jacent Vilnæ apud Monasterium S. Mariæ de Arena in cœmeterio sub columna lateritia, alii projecti sunt in amnem Vilianum, alii viginti octo sepulti sunt ad fores Templi sanctæ Crucis. Vide tomo 3. Annalium an. 1343. num. 18. et an. 1325. num. 28.

ANONYMI *multi incerti numeri*.

ACCONENSES a Saracenis interfecti. Vide to. 2. Annal. Minorum an. 1291. num. 1.

BELGÆ apud Valencenas post Iudibria, et opprobria, atque gravia tormenta ab hæreticis illata sunm agonem felici cursu terminarunt anno 1566. vel 1567. die 22. Martii.

BURGUNDI in provincia S. Bonaventuræ ab hæreticis ligati, opprobriis, et injuriis lacessiti, atque varia tormenta perpessi suis tandem funibus, idest cingulis, strangulati sunt an. 1571. die 8. Febr.

CHILENSES in India Peruana a Chilensibus apostatis a fide perempti sunt anno 1598. die 25. Decembris.

FLANDRI, qui a Geusiis diverso tormentorum genere, horrendisque supplicüis ob religionem Catholicam cruciati martyrii palmam sibi compararunt anno 1572. die 25. Novembris.

LEOPOLENSES in Polonia a Tartaris Poloniam devastantibus Leopoli pro Christi fide sunt interempti die 28. Maji. Vide tomo 3. Annalium 1343. num. 18.

LUNELLI, quod est oppidum inter Nemausum, et Montem Pessulanum, ubi Conventus est 19. provinciæ S. Ludovici, ab hæreticis mortem pro fide Catholica, passi sunt anno Christi 1562. die 15. Septembris. Vide Gonzagam in provinc. eadem.

SAXONES anno 1524. ab hæreticis per universam fere Saxoniam, et Teutoniam debacchantibus, et furentibus interempti sunt. Quo tempore omnes ferme Fratres Minores extincti sunt in illis regionibus ob fidem Catholicam Lutheranis odiosam.

SICULI pro causa Romanæ Ecclesiæ, cum Fridericus II. Imperator in Gregorium IX. et Sedia Apostolicæ sectatores nimia severitate fureret, plurimi inter alios Minores in exilium missi, alii ultimo supplicio affecti, et combusti, aliqui excoriati, capite in quatuor partes dissecto. Vide tomo 1. Annalium anno 1238. num. 1.

ANTONIUS ABBAS Gallus, cum esset Guardianus Cœnobii Montis Guiscardi in Septimania, seu regione Occitana septem leucis ab urbe Tolosa, et subditorum sibi rebus consulturus oppidum vicinum peteret, ab hæreticis interceptus, mortem ab eis illatam pro fido Catholica constantissime pertulit anno 1568.

ANTONIUS BENAULT, seu *Benaldus*, concionator insignis, Conventus Cortraci oppidi in Belgio provinciæ S. Andreæ Guardianus, ab hæreticis captus, et pedibus colligatis per sordes platearum ad carcerem pertractus, et eum pertraheretur, luto, et excrementis pecudum viliter a pueris conspurcatus, et a militibus, antequam ad carcerem pertractus esset, vulneribus sex crudelissime affectus, ita ut semivivus eo perveuerit, in carcerem denique, vel potius in lacum profundum projectus, fame, siti, frigore ac pædore din afflictus tandem occubuit sub annum 1568.

ANTONIUS BERBEUS Anglus, vir fuit in humanis, divinisque litteris apprime versatus, insignisque Theologus, Græcam, et Hebraicam callens, qui et Oxonii in Academia publice divinarum rerum scientiam edocuit, et Londini prædicans in Ecclesia S. Laurentii errorem Henrici VIII. condemnavit; quapropter illius jussu capitur, in carcerem conjicitur, quæstionibus acerbissimis torquetur. Tam immaniter distentus fuit, ut os ossi vix hæreret, adeoque inutilis affectus, ut ne manus quidem ad os posset attollere; post viginti quinque dies a carnifice in carcere, in quo miseria pressus jacebat, qua præcinctus erat chorda ex Instituto Franciscano, crudeliter præfocatus est anno 1537.

ANTONIUS BRUNELLUS Gallus, ex Podio in Avernia diœcesi originem, concionator facundissimus, Montis Pessulani Guardianus, ab hæreticis eam urbem invadentibus an. 1560. injuriis, et opprobriis affectus, et gladio transverberatus, totoque corpore confossus intra templi septa, oculis in cœlum levatis, spiritum Deo reddidit. Ejus etiam socius frater *Ponticus Chaysi* Diaconus, ex Rellania in provincia diœcesis Aquensis oriundus, ense in capite, et pectore percussus, semimortuus relinquitur, qui tridno in constantia fidei expleto, Martyr occubuit.

ANTONIUS CARBONARIUS Laicus, Gallus, de quo Gonzaga his verbis: Non procul a Massilia Salonem versus, in loco, qui vulgo *Berra* dicitur, quidam devotus frater Laicus Antonius Carbonarius oriundus de Guilestro in Delphinatu, Conventus Massiliensis, dum ex obedientia sui Guardiani a Salone Massiliam rediret, captus est ab hæreticis in arce *de Manerba* præsidiariis, quem mox imbita despoliaverunt

runt, deinde veremiis amputatis, auribus, et naso, nudum alligarunt ad eandam equi indouiti, qui per loca aspera crudeliter tractus spiritum Deo reddidit an. 1575. Gonzaga in provincia S. Ludovici Conv. 2.

ANTONIUS Laicus Chauli in India Orientali, cum inter milites Crucifixi gestans imaginem Christianos ad pugnam pro Christiana fide exaltanda hortaretur, infidelium gladiis confossus gloriose occubuit anno 1560.

ANTONIUS COLLARIS Hispanus, provinciæ S. Jacobi alumnus, et Isatianici in India Occidentali Conventus Guardianus, vir singulari perfectione, et incredibili animarum zelo praditus, insuper et divini verbi concionator insignis, cum adversus crimina egregie concionatus esset, a quibusdam Indis Jagnacis in via interceptus, ac sagittis confossus, martyrium consummavit anno 1541. Cujus corpus postridie ab Hispanis inventum, et ad proprium Conventum deiatum, magna inibi veneratione colitur ob ingentia miracula, quæ Deus in eo fecit.

ANTONIUS DUISCO Naganzachius, Tertiarius, unus ex Martyribus Japonensibus 5. Februarii anno 1597. Vide *Petrus Baptista*.

ANTONIUS GAINS ex pago S. Zachariæ diœcesis Massiliensis oriundus, ejusque socius *Joannes Vachetus* natus in Castro Vulpini prope Avenionem, provinciæ S. Ludovici almni, ambo religiosæ vitæ, bonæque expectationis. Cum igitur novi Sacerdotes essent, et Lutetiam studii causa mitterentur, capti fuerunt in via ab hæreticis militibus prope locum, qui vulgo dicitur *Le Poulein*, in confinibus Comitatus Venuini super Auxericam, in tetrumque carcerem intruduntur, et ibi rigide, et crudeliter per dies quindecim servati, sola ministri hæreticorum visitatione fruuntur, a quo cum nec blanditiis allici, nec minis flecti possent, ut Catholicam fidem abnegantes novam sectam amplecterentur, dneti a lictoribus ad stipitem alligantur, et milites hæretici pro signo eos habentes, corpora illorum irrisorie, et crudeliter spherulis catapultæ diversis in locis perforarunt, quibus in tormentis ad præmia cœlestia victores evolarunt circa annum 1566.

ANTONIUS HORNARIENSIS. Vide *Nicolaus Picchius*.

ANTONIUS MALIN Gallus una cum *Joanne Bassano, Francisco Bourgoin, et Stephano Cortant* apud Montem Brisonem in provincia S. Bonaventuræ ab hæreticis variis supplicia pro fide Catholica perpessus, tandem mucrone perfossus ad bravium gloriæ cœlestis evolavit anno 1562. Vide tom. 2. Annal. anno 1270. num. 38.

ANTONIUS MARTYR Floridæ. Vide *Michael ab Occania*.

ANTONIUS MEDIOLANENSIS. Vide *Monaldus*.

ANTONIUS de PULCHRO-VISU, et *Stephanus a Borda* ob fidem Catholicam ab hæreticis gladiis crudeliter confossi sunt Brivæ in Aquitania circa annum 1565. die 20. Aprilis.

ANTONIUS de ROSATIS Mediolanensis, qui a Saracenis in Oriente pro Christi fide inter asseres per medium sectus martyrii agonem consummavit sub anuum 1369. die 24. Februarii. Vide tomo 4. Annal. eodem anno num. 10.

ANTONIUS a RUPE. Vide *Alexius Sampson* supra.

ANTONIUS SALMASTRÆ Martyr. Vide *Aldobrandinus*.

ANTONIUS a S. ANNA Laicus ex Castro Garobii diœcesis Cauriensis in Hispania oriundus, P. *Sebastiani a S. Joseph* in Molucis martyrio clari socius, qui servatus, ut castitas ejus corrumperetur (nam juvenili ætate speciosa facie florebat) fœminis barbaris, ac puellis traditus est, quas cum omnes contemneret, ille in furorem versæ eum exuerunt, et nudum ejus corpus gladiolis, cultellis, ac pugionibus paulatim discinderunt. Tandem caput ejus amputarunt, et corpus in aquas projectum mergi non potuit, anno 1610. die 24. Junii.

ANTONIUS a S. MARIA ex Icode magnæ Canariæ oppido oriundus, Conventus oppidi S. Sebastiani, in Gomera insnla, quæ est una ex Fortunatis, Guanchianus, *Didacus Mugnosius*, et *Guniel* ab hæreticis grassatoribus, ob Catholicæ fidei confessionem crudeli mortis genere interempti sunt anno 1572. die 30. Augusti.

ANTONIUS de SAXONIA vir igniti eloquii, frequentisque raptus, *Fr. Gregorius de Tragurio* provinciæ Dalmatiæ, profundissimæ humilitatis, et magnus zelator fidei, *Fr. Nicolaus Ungarus*, qui per sexdecim annos panem tantum, et aquam gustavit, idque semel in die post vesperas, obductis corpori loricæ ferreæ, tibiis, et brachiis circulis ferreis, *Fr. Thomas Fulginas*, qui niris artibus earnem macerabat, et *Fr. Ladislaus Ungarus*, orationibus, et meditationibus divinis assuetus, ex quibus tres primi erant Sacerdotes, ultimi duo Laici, 1369. seu 1379. die 12. Febr. Bidinii in Bulgaria martyrium passi sunt. Eorum corpora Deus miraculis glorificavit. Vide tom. 4. Annalium anno 1369. num. 11.

ANTONIUS a TUENO, seu de *Furno*, Guardianus minoris Conventus Tolosani in suburbio S. Michaelis, et *Gerardus Bonetus* ejus socius in via prope Rapistanum in Aquitania intercepti ab hæreticis, et post ludibria multa tormenta perpessi, tandem pro fide Catholica immaniter trucidati, martyrii palmam adepti sunt circa annum 1562. die 20. Martii. Vide tom. 2. Annal. 1280. n. 8.

ANTONIUS VALIOT, et *Hubertus a Curia*, Galli, qui circa annum 1567., cum Calvinianorum rabies per Galliam fureret, illustre martyrium subierunt die 4. Junii.

ANTONIUS WERTENSIS. Vide *Nicolaus Picchius*.

APOLLINARIS Commissarius generalis Arimæ in Japonia propter fidem Christi post diuturnam captivitatem capitis obtruncatione martyrii palmam promeruit; corpus in altum mare projectum anno 1617. die 31. Maji.

APOLLINARIUS FRANCUS provinciæ S. Jacobi alumnus, Omuræ in Japonia prius longo tempore captivus, scilicet ab anno Christi 1618. usque ad annum 1622. quo gloriosi certaminis cursum complevit, una cum *Paulo a S. Clara, et Francisco a S. Bonaventura* Japonensibus, provinciæ S. Gregorii in Philippinis.

ARNALDUS VIGANULTUS. Vide *Carolus Lasachius*.

ARNOLDUS KNAPER Laicus Belga, patria Amfordiensis, qui, fratribus in vicinis pagis concionantibus, stipem colligere solebat. Eum latrunculi rari captum ad lumbos usque terræ infoderunt, ac sclopetorum globulis trajecerunt an. 1572. die 25. Octobris. Raisse in Anctar. ad Natales SS. Belgii.

AUGUSTINUS RODERICUS Hispanus in vico *Niebla* prope Hispalim ortus, in Indiam trajecit, et habitum Religionis in provincia S. Evangelii suscepit;

pit, professione Laicus, vir tamen sanctis operibus addictus, salutis animarum zelator eximius, pro quarum conversione labores multos, et adversa plurima pertulit. Tandem apud novum Mexicum in India Occidentali martyrio coronatus est die 28. Decembris an. 1580.

B

BALTHASAR provinciæ Burgensis in Hispania filius, et *Petrus* provinciæ Castellæ alumnus, simul in Floridam Americæ provinciam profecti sunt, eumque illic verbum Dei disseminassent, a barbaris, et efferatis Catacolonis igne consumpti ad æternum refrigerium transierunt anno 1587. die 12. Maji.

BALTHASAR a PRATO Gallus, ex urbe Briansonensi diœcesis Ebrodunensis in Delphinatu oriundus, tantis animi, corporisque dotibus præditus fuit, tantoque studio pietatis adornatus, ut bis Ministeriatum provinciæ S. Ludovici laudabiliter exercuerit. Cum etiam ætate floreret, multo tempore Ecclesias Arelatensem, Narbonensem, Carcassonensem, ac Limosiensem doctrina Evangelica recreavit. Ejus fama permoti Nemausenses Episcopus, Clerus, et Proceres cum plebe rogaverunt eum obnixe, ut ad se quoque venire dignaretur. Annuit, et a tota civitate maximo cum applausu receptus, quas in fide ruinas hæresis fecerat suis prædicationibus reparavit. Mense Junio inter concionandum prædixit, in ea urbe plurimos brevi fore Martyres. Prædictionis veritatem eventus probavit, dum sequenti mense Novembri an. 1568. capta fuit civitas ab hæreticis, a quibus totum ejus corpus pugionibus crudeliter confossum, ac tandem in puteum dejectum. Mox eum secutus est *Joannes Chaletus* ejus consobrinus, senex corpore debilis, at fortis animo, et constans. Postea illis eodem mortis genere associati sunt *Guillelmus Scofre*, et *Joannes Lautret* Sacerdotes æditui, et alius *Joannes*. Cum autem noctu viderent hæretici ex illo puteo flammas emicantes, aggestis sordibus plurimis puteum compleverunt.

BARTHOLOMÆUS GENECTAR. Vide *Amarella*.

BARTHOLOMÆUS MARTINOZZUS a Monte Politiano in Etruria duxit originem, et a Saracenis apud Cayrum Babylonis a capite deorsum in duas partes dissectus martyrio coronatus est circa annum 1370. Vide tom. 3. Annal. an. 1342. n. 61.

BASILIUS in Prussia tempore Gothicorum belloruni martyrium passus est anno 1287.

BENEDICTUS de regno Apuliæ, unus ex Martyribus Bidini in Bulgaria secundum enumerationem Bartholomei Pisani. Vide *Antonius de Saxonia*.

BERARDUS unus ex Martyribus Marochii. Vide *Accursius*.

BERNARDINUS, vel *Bernardus*, *Bertrandus*, Cosinus Gallus natione, primus fuit, qui in novam Indorum, qui Chichimicæ dicuntur, regionem introivit, primoque ab amicis quibusdam Indis officiose comitatus excelsa montium loca, quæ *Cantabria nova* ab Hispania nominantur, cum multis molestiis conscendit, indeque abscedens obvios habuit quosdam Indos feros, qui sagittas in eum miserunt, sed ipsæ sagittæ in sagittarios retortæ sunt, eosque percusserunt, unde illi stupore attoniti aufugerunt. Is vero progrediens ad vallem Guadianam pervenit, ubi sedulo saluti animarum incumbens a barbaris Chichimicis feraliter trucidatus obdormivit in Domino anno salutis 1585. die 19. Januarii.

BERNARDINUS MOLMERIUS Guardianus erat Conventus S. Antonii provinciæ Aquitaniæ recentioris, cum ab hæreticis Calvinistis multa passus, capite ad humeros usque discisso, martyrii palmam obtinuit. Daza 4. parte Chron. lib. 3. cap. 51. dat ei socios *quatuordecim Martyres* prædicti Conventus incolas.

BERNARDUS a TURGA, Sacerdotes.
BERNARDUS BOERIUS, et
BERNARDUS DALENCUS, concionatores,
BERNARDUS GENESIUS Laicus:

Hi quatuor *Bernardi* simul martyrium passi sunt anno 1563. prope oppidum S. Macarii in Aquitania. Cœnobio eorum provinciæ Aquitaniæ recentioris igne consumpto, reliquis fratribus fuga elapsis. Tres primi nobiles erant Sacerdotes, atque officio Prædicatores, quos hæretici post multa ludibria, suspendio necarunt; quartus professione Laicus, senex, et corpore infirmus, at fide firmissimus, qui post multa tormenta in flumen Garumnam projectus occubuit. Aliorum etiam corpora in idem flumen miserunt; quæ omnia post triduum a fidelibus clam rapta, in ipso fluminis margine tumularunt. Postea vero translata, et in sacro loco condita, in magna veneratione habentur; quorum ope Deus multa fecit miracula, per quæ probavit horum Bernardorum bona mardi sanvitatem se gratissimam habuisse.

BERTRANDUS a LAZANOBA Gallus, in Conventu Ortensi provinciæ Aquitaniæ antiquioris ad fluminis Gadii marginem pro fide Catholica ab hæreticis trucidatus, victor martyrii palmam promeruit sub annum 1571. die 17. Octob. Vide tom. primum Annal. an. 1222. num. 39.

BLASIUS PALOMINUS provinciæ Bæticæ, seu Granatensis alumnus, *et Joannes de Palma* provinciæ S. Joannis Baptistæ, mare trajicientes, ut obcæcatis infidelibus Evangelii lucem diffunderent, apud insulanos Mohucenses martyrio coronati sunt an. 1614. die 6. Januarii.

BLASIUS RODERICUS. Vide *Michael ab Occania*.

BONAVENTURA DUISCO Tertiarius, unus ex Martyribus Japonensibus. Vide *Petrus Baptista*.

BONAVENTURA LITHUANUS Guardianus occisus est a Moscovitis an. 1514.

BONAVENTURA ROO Anglus. Vide *Thomas Pakingont*.

C

CAROLUS LUSACHIUS Conventus Gordonii in territorio Caturcensi provinciæ Aquitaniæ recentioris Guardianus, *Henricus* Lector, et concionator insignis, *Petrus Vabolesius*, *Arnaldus Viganultus*, *et Petrus Quartus*, de fide Catholica optime meriti ab hæreticis supra modum vexati, tandem pro ipsa crudelissime trucidati sunt an. 1579. die 6. Junii.

CATELLANUS FABRI, et *Petrus Pauchatis*, cum sanctæ Inquisitionis munus exercerent, ab hæreticis intercepti, et crudeliter pro fide Catholica necati sunt sub annum 1322. die undecima Februarii: eorum corpora delata Valentiam in Gallia, et apud Conventum Fratrum honorifice conditа plurimis miraculis Deus illustravit; unde Joannes XXII. Pontifex præcepit, ut coram Episcopo Valentino de vita, martyrio, ac miraculis

miraculis eorum examen fieret; sed canonizationem jam incœptam quædam sequens turbatio Ecclesiæ impedivit. Vide tom. 3. Annal. anno 1321. num. 21. et sequenti.

CHERUBINUS a CIVITELLA, vir doctissimus, provinciæ S. Bernardini ulumnus anno 1556. a Turcis captus, et crudeli morte pro Christo trucidatus est die 12. Maji.

CHRISTIANUS SUI. Vide *Guilelmus Stravus.*

CLAUDIUS BOLETUS. Vide *Claudius Roletus.* Videatur tom. 6. Annal. 1472. num. 91.

CLAUDIUS GABRIEL FABRI Brianson oriundus, Conventus Lunelli in Gallia Narbonensi provinciæ S. Ludovici Guardianus, atque concionator facundissimus, anno 1575. die 1. Maji ab hæreticis ejus pugionibus confossus, in altissimum puteum a suo socio P. Animundo, invito tamen, sed illis impellentibus, somivivus præcipitatus est; tum ipse *Animundus* ab eis graviter sauciatus est, ac in eundem puteum projectus, et demersus; deinde corpora eorum magna lapidum congerie illi perfidi obruorunt. Tandem totus eorum furor in Patrem Vicarium *Joannem Capucium* e Roverga oriundum se convertit; nam plurimis sclopetariorum globulis cum interfecerunt. Aliquot annos post P. Animundi corpus inter alia repertum fuit velut recens occisum, et cruentatum, haud sine multorum admiratione.

CLAUDIUS MONCARDETUS, vel *Moncaretus*, et *Franciscus Parroti* Conventus Insulani in territorio Lingonensi anno 1562. ab hæreticis capti crudelissime necati sunt; nam a vertice capitis ad dorsum usque dissecti fuerant, et pendentibus utrinque capitibus, et cervicibus ad spinam usque dorsi, post narium, aurium, ac mannam abscissionem martyrii palmam reportarunt die 24. Augusti.

CLAUDIUS ROLETUS Sacerdos provinciæ Franciæ Parisiensis, et Conventus Montis Vosagi alumnus, cum a visitandis liminibus Divi Quirini rediret, ipso die Inventionis S. Crucis anno 1571. in Calvinistas incidit, a quibus plurima ludibria, et tormenta perpessus, tandem illustri martyrio coronatus est.

CLEMENS GALLOYS. Vide *Gentianus.*

CONACIUS MACUARTA Hiberanus crudeliter flagris cæsus ab hæreticis in Conventu Armacano anno 1565. Tom. 2. Annal. an. 1291. num. 32.

CONACIUS ORVOEK. Vide *Patritius Helius.*

CONRADUS de ALBIS a Saracenis in Palæstina propter fidem Christi capite truncatus martyrii coronam accepit sub annum 1288. die 3. Decemb. Vide Tom. 3. Annal. anno 1342. num. 61.

CONRADUS, et *Voislaus*, qui pro fidei prædicatione in Prussia capite truncati, martyrio coronati sunt 2. Novembris. Tom. 2. Annal. 1284. num. 3.

CONRADUS de SAXONIA, et *Stephanus* ab *Ungaria* in Ormeria, seu Ormetia, aut Vivaria apud montes Caspios ab hæreticis ob liberam fidei Catholicæ prædicationem trucidati sunt sub an. 1288. Vide tomo 2. Annal. 1284. num. 2.

CORNELIUS BATAVODURUS. Vide *Nicolaus Picchius.*

CORNELIUS DUBENIUS, seu Dovanius, Hibernus, Dunensis et Corethensis Episcopus ex Minoribus assumptus, vir doctrina, et sanctimonia conspicuus, qui in persecutione hæreticorum pro fide Catholica suspendio necatus est, et in partes dissectus una cum suo sacellano Locherano Sacerdote seculari Dublinii anno... die prima Februarii. Egregie ejus labores, et ærumnas describit David Rothæus Ossyriensis Episcopus vir doctissimus, et facundissimus 2. p. Analectorum de rebus Hiberniæ.

CORNELIUS MUSSIUS Confessarius erat Religiosarum Monasterii S. Agathæ Delphensis oppidi Hollandiæ, vir sanctitate conspicuus, et litteris, ac Poesi pollens, septuagenario major, cum ab hæreticis captus, Lugdunum Batavorum perductus, ubi plurima indibria, et tormenta passus, tandem suspendio Martyr occubuit an. 1572.

CORNELIUS OBIETUS in Gallia ab hæreticis occisus.

CORNELIUS a PLATEA. Vide *Daniel Arendock.*

COSMAS a S. DAMIANO Hispanus ex urbe Melaca oriundus, professione Laicus, Conventus S. Mariæ de Consolatione Algaidarum provinciæ Baticæ alumnus, vir miræ abstinentiæ, et pœnitentiæ, martyrii desiderio flagrans loca Terræ Sanctæ cum obedientia secundo petivit, ubi Christum prædicans, et Mahometum damnans, in ipsa urbe Jerosolyma capitur a Turcis, pugnis, alapis, flagellisque dirissime cæditur, et capite plectitur. Mox truncum corpus candæ equi alligatum per civitatem ignominiose raptuntur. Tandem in opprobrium Christiani nominis palo una cum capite affigitur in platea coram sepulcbro Christi anno 1597. feria sexta, quæ erat dies 15. Augusti.

D

DAMIANUS VALENTINUS Hispanus Conventus Pacensis provinciæ S. Gabrielis Discalceatorum alumnus, professione Laicus, qui cum martyrii desiderio tangeretur, ad infideles transeundi veniam a Ministro Generali facile impetravit, præceptumque recepit, ut a laicatu ad clericatum ascenderet, fieretque Sacerdos, anteaquam viam aggrederetur. Paruit, in Africam trajecit, Christum infidelibus prædicavit, a quibus captus, et in ignem projectus, sed nihil lesus, tandem lapidibus appetitus, et gladio percussus Martyr occubuit anno 1533. die 2. Augusti.

DANIEL ARENDOK Conventus Lovaniensis alumnus, Alcmariensis cœnobii Guardianus erat, cum anno 1572. vi expugnata urbe Alcmariensi ab hæreticis, dictum Cœnobium expilatum fuit, et ipse Guardianus captus est cum quatuor sociis, videlicet *P. Cornelio a Platea* Diœcesanis Monasterii Monialium S. Claræ Confessore, *P. Joanne Nardeno* Sacerdote, templiique Minorum ædituo, *P. Ludovico Voets* concionatore insigni, qui Lovaniensis erat ab *Argennes* originem trahens, et duobus Laicis, fratre *Adriano Gandavo* Conventus janitore; qui omnes suis funibus fortiter ligati, carceribus mancipati sunt, inde Enchusiam maritimam oppidum Batavorum ducti, per viam varie vexati fuerunt, quos Guardianus ad martyrium fortiter animabat, noctemque sequentem in divinis laudibus transegerunt. Postridie in fidei Catholicæ Romanæ confessione perseverantes, mortis data sententia suspendio ignominioso ad gloriam sempiternam perveuerant die 25. Septembris, quorum mortem Deus signis admiraudis illustravit.

DANIEL, *Samuel, Angelus, Donulus, Leo, Nicolaus*, et *Hugolinus*, septem Minoritæ apud Septam Mauritaniæ Tingitanæ urbem pro Christi fide a Saracenis colaphis percussi, flagellis cæsi, opprobriis illusi, ac diversis contumeliis affecti, tandem nudi, manibus post tergu ligatis, capite plexi sunt, et glorioso martyrio coronati anno Domini 1221., ut tomo primo Annal. eodem anno num. 36. diffuse probavimus, licet ulli,

alii annum 1227. assignent. Passi sunt autem die 10. Octobris, quamvis eorum festivitas die 13. celebretur, ut in Congregatione generali Assisii habita 1526. statutum fuit propter octavam S. Francisci. Hinc in omnibus Martyrologiis nomina eorum vel sexto, vel tertio idus Octobris recensentur.

DANIEL O NEILAN Hibernus Yogheliæ martyrio coronatus est anno 1580. die 28. Martii. Analecta Hiberniæ.

DEMETRIUS de TEFOLIO. Vide *Thomas de Tolentino.*

DERMITIUS MULRONIUS Hibernus, pius, fortisque Christi athleta in Monasterio Galibaly provinciæ Hiberniæ ob testimonium fidei capite plexus est, nec tamen gutta sanguinis fluxit, die 2. Martii an... tom. 2. Annal. 1269. num. 12.

DIDACUS, et *Joannes* Hispani cum Geneva transirent Romam ituri, a Calvinistis lapidibus obruti ad cœlestem Jerusalem transmigrarunt anno 1601. 31. Decembris.

DIDACUS MUÑOSIUS. Vide *Antonius a b. Maria.*

DIONYSIUS Laicus in Cumana Indiæ Occidentalis regione in Hispaniola ab infidelibus post multa Indibria, et supplicia patienter tolerata trucidatus est an. 1521. die 27. Octobris. Vide Herrer. dec. 3. Hist. Ind. Occid. lib. 2. cap. 3. 4. et 5.

DIONYSIUS PONTANUS Gallus in Conventu Ebroicensi provinciæ Franciæ fere octogenarius ab hæreticis captus, effossis oculis, variis plagis affecto corpore, et capite conquassato, ad claritatem æternam, et immortalem vitam evolavit anno 1563. die 23. Aprilis.

DOMINICUS N. Vide *Paulus N.*

DOMINICUS BERALDUS Conventus Mirandani in Aquitania anno 1577. die 14. Decembris cum per Adventum sacris concionibus intenderet in civitate Tarbiensi, ab hæreticis martyrii palma pro fidei Catholicæ defensione laureatus evasit.

DOMINICUS GODARDUS et *Joannes Brunon* in Conventu Sagiensi provinciæ Franciæ Parisiensis in Neustria ab hæreticis trucidati ad vitam immortalem transierunt.

DOMINICUS, *Hugo, Leo,* et alii duo, quos Claudius Picquetus *Electum,* et *Joannem* appellat, Marrochii in Africa pro confessione fidei cum maxima fidelium multitudine ab infidelibus capite plexi sunt die 16. Septembris. Vide tomo 1. Annal. anno 1232. num. 33.

DONATUS HEINRECHAM, *Philippus O Feus,* et *Mauritanus O Scullan* Hiberni in suo Monasterio oppidi de *Lisdactis* ab hæreticis capti, pro senio facere non valentes, ante ammunu altare Templi crudeliter jugulati sunt, et victima Deo facti anno 1582. Analecta Hiberniæ.

DONATUS O RUAIRK, *Joannes o Lorkam,* et *Edmundus Simon* Hiberni in Conventu Dunensi ab hæreticis crudeliter interfecti sunt circa an. 1570.

DONATUS de RUTICINIO provinciæ Aquitaniæ, et *Nicolaus de Taulicis* a Sibinico provinciæ Dalmatiæ, *Petrus Narbonensis* provinciæ S. Ludovici, et *Stephanus de Tunellis,* sive de Lanioh, provinciæ Corsicæ cum Jorosolymis Christianam Religionem prædicarent, Mahumeticam vero sectam impugnarent, die 11. Novembris anno 1391. a Saracenis, Mauris, et Turcis capti, ac primum alapis, pugnis et fustibus cæsi, deinde semivivi in carcere triduano jejunio macerati, postremo in plateam civitatis deducti, gladiis trucidati sunt, et in frusta discerpti; quorum corpora semel, et iterum in ignem projecta, sed nihil læsa, triduo ignem foverunt, ampliaruntque, sed tamen mira Dei virtute integra remanserunt.

DONULUS *Martyr* Septæ. Vide *Daniel.*

E

EDMUNDUS SIMON. Vide *Donatus O Ruairk.*

ELECLUS in Africa. Vide *Dominicus, Hugo, etc.*

ELECLUS Laicus in Africam cum sociis tempore S. Francisci cum trajecisset, a Mauris multa gravia passus, Martyr occubuit anno 1219. die prima Julii. Vide tomo primo Annal. anno 1219. num. 32. 34. et 35.

ENGELBERTUS TERBORGIUS. Vide *Daniel Arendock.*

ESMALIUS VINACRIUS Sacerdos in Conventu Montigniacensi provinciæ Aquitaniæ recentioris, a Calvinistis pro constantia Catholicæ fidei glandulis plumbeis trajectus, et pugione transfossus, martyrii palmam adeptus est die 18. Augusti an. ....

F

FELIMEUS HARA Hibernus, Laicus professione, filius illustris herois Joannis Hara principalis suæ familiæ, martyrium subiit prima die Maii anno 1582. prope civitatem Aladensem in Hibernia. Vide tomo 2. Annal. an. 1291. num. 31. ubi ût insuper mentio ejus socii etiam Laici *Henrici Fremlamaidh.*

FERGALLUS VARDEUS Hibernus dire flagris cæsus ab hæreticis in Conventu Armachano anno 1565. Vide tomo 5. Annal. an. 1291. num. 32.

FIDELIS ex Sigmaringa in Germania Capuccinus concionator egregius in Brocticola an. 1612. die 11. Julii ab hæreticis trucidatus est.

FORTIS, *Gallardus,* et eorum Guardianus Conventus Mausiacensis provinciæ Aquitaniæ, quem hæretici funditus everterunt, et dictos Patres crudeliter occiderunt an. 1582. die septima Jannarii.

FRANCISCUS ÆGIDIUS. Vide *Andreas ab Ayala.*

FRANCISCUS de ALEXANDRIA. Vide *Richardus Episcopus.*

FRANCISCUS BATTAULT Laicus, et *Franciscus Dubradanius* litterarum disciplina eruditissimus apud S. Martinum Nemoris in Turonia ab hæreticis in ignem injecti martyrio coronati sunt.

FRANCISCUS a BLANCO. Vide *Petrus Baptista.*

FRANCISCUS BOURGOVINUS. Vide *Antonius Malin.*

FRANCISCUS BRUXELLENSIS. Vide *Nicolaus Pichius.*

FRANCISCUS BURGUNDUS, ab hæreticis occisus. Tom. 7. Annal. 1497. num. 30.

FRANCISCUS BUTALDUS. Vide *Franciscus Drovadeynes.*

FRANCISCUS CARPINTERUS Tertiarius, unus ex Martyribus Japponensibus. Vide *Petrus Baptista.*

FRANCISCUS DUBRADANIUS. Vide *Franciscus Battault.*

FRANCISCUS a CHRISTO Picenus, seu a *Marchia,* unde exortus erat, cognominatus, Damiatæ in publica disputatione cum multis argumentis Mahometi legem impiam esse demonstrasset, in carcerem conjectus

jectus est, variisque modis tentatus, ut dicta revocaret, nec tandem cum renitenti duretur optio vel mortis obeundæ, vel Saracenæ professionis emittendæ, respondit: *Volo potius hanc vitam ærumnosam perdere, et æternam comparare, quam propter temporalis pœnæ fugam cum vestro Mahometo in infernum demergi, et perpetuis cruciatibus cum eo torqueri.* Quam ob responsionem, et in fide constantiam martyrio coronatus est an. 1369. die 5. Julii. Vide tom. 4. Annal. ad eum annum num. 10.

FRANCISCUS CIRIANUS, ex Sasa in Sardinia oriundus, diguitate Sacerdos, Argilæ in Mauritania circa annum 1601. crudele martyrium pro Christo subiit die 22. Februarii, vivus excoriatus, glorie stolam promeruit. Vide Dazam 4. par. Chronici Minorum lib. 4. cap. 51.

FRANCISCUS COLIS. Vide *Amarella.*

FRANCISCUS DONZELUS Guardianus sancti Philippi in India Occidentali, habitum Franciscanum in provincia Betica, seu Granatensi sumpserat, unde in novam Hispaniam profectus est. Captus autem aliquando a Chichimecis Indis cum *P. Petro Burgensi,* qui paulo ante ex provincia sancti Evangelii ad hanc sanctorum Petri et Pauli transierat, post plurima tormenta sagittis confixi Martyres Christi facti sunt circa annum 1585. die 8. Januarii. Quorum corpora ad sancti Michælis oppidum in Indis translata, et honorifice condita pia veneratione coluntur.

FRANCISCUS DROVADEXNES Gallus, status sui servantissimus, et litterarum disciplina instructissimus, una cum fratre *Francisco Ballaldo* Laico per ignem in cœleste refrigerium transierunt, deinde *V. P. Joannes Tisserius* eorum Guardianus, scilicet Conventus Sancti Martini diœcesis Nannetensis in Britannia Armorica, liquato plumbo enecatus est; cujus corpus in puteum projecerunt anno 1562. die 1. Augusti.

FRANCISCUS GALBA Sacerdos anno 1623. die 4. Decembris in Yeudo Japponiæ urbe in ignem conjectus, holocaustum Deo in odorem suavitatis effectus est.

FRANCISCUS LANDEGARIUS Sacerdos, et *Jacobus Laggerius* Laicus Conventus Montis-Regalis provinciæ Aquitaniæ antiquioris anno 1566. die 14. Novembris ab hæreticis trucidati sunt.

FRANCISCUS LAURENTIUS Granatæ in Hispania nobilibus parentibus ortus, anno suæ ætatis 18. Religionem Sancti Francisci ingressus, post aliquot annos animarum zelo ductus ad novæ Hispaniæ Indos non sine maximis laboribus profectus est, ubi cum innumeras Imiliæ gentes admirabili vitæ exemplo, ac prædicationibus Christi jugo subdidisset, gymnasia instituisset, in quibus totius provinciæ Indorum pueros doctrinam Christianam Fr. Minores edocerent, cum Guardianus esset Conventus Izatmalici in provincia Guaxacatlana apud Indiam Occidentalem, ab infidelibus Jocotecanis Indis ferrea clava in capite perenssus martyrium subiit una cum fratre *Joanne* ejus socio anno 1560. die 15. Junnarii.

FRANCISCS LOPETIUS Hispali parentibus nobilibus ortus, doctrina, virtutibusque clarus, cum unnum ageret decimum septimum, Institutum Minorum suscepit in Conventu Xerezno provinciæ Beticæ; Sacerdos factus in Indiam Occidentalem trajicitur, apud Conventum Mexicanum commoratus est, ubi S. Theologiæ studio incumbebat, quando ad instantium Augustini Rodorici deputatus est una cum Joanne a Sancta Maria pro convertendis aliis Indis, in quibus cum ingentem messem Christo collegissent, novum Mexicum instituerunt, ubi cum ipse pater Franciscus Lopetius quibusdam rixis, ac odiis extinguendis benigne intenderet, a furenti populo jaculis confossus obdormivit in Domino anno 1580. die 21. Decembris.

FRANCISCUS Manicis Cophorum in India Orientali a gentilibus ob fidei prædicationem occisus martyrio coronatus est anno 1559. die 5 Augusti.

FRANCISCUS MEDICUS Tertiarius, unus ex Martyribus Japonensibus. Vide *Petrus Baptista.*

FRANCISCUS MEERBECANUS Dordraceni Conventus Guardianus, ab hæreticis gravia passus, sed post viginti trium mensium carceris fœtorem liber dimissus, vix ad unam septimanam supervixit, obitque Lovanii anno ætatis suæ 40. anno vero salutis 1573. die 18. Aprilis.

FRANCISCUS MIRAMBELLUS Conventus Xantonensis provinciæ Turonicæ pugionibus hæreticorum confossus est anno 1571. 6. Octobris.

FRANCISCUS NEAPOLITANUS. Vide *Nicolaus a Monte-Corvino.*

FRANCISCUS PARRODI. Vide *Claudius Monceretus.*

FRANCISCUS PELLICERIUS. Vide *Alexius Sampson.*

FRANCISCUS de PETRIOLIO. Vide *Monaldus de Ancona.*

FRANCISCUS POGETIUS in Conventu Aurelianensi provinciæ Aquitaniæ ab hæreticis gladio confossus martyrii palmam adeptus est anno 1569. vel 1571. Vide tom 3. Annal. 1362. num. 11.

FRANCISCUS a S. BONAVENTURA. Vide *Apollinarius.*

FRANCISCUS a S. MICHAELE. Vide *Petrus Baptista.*

FRANCISCUS SPOLETANUS juxta urbem Damiatam a Mauris comprehensus, et ob Christi confessionem, ac Mahumeticæ legis reprobationem in carcerem trusus, tandem gladio in duas partes discissus martyrii glorium assecutus est anno 1288. die prima Januarii. Vide tomo 1. Annal. 1213. num. 7. et tom. 2. an. 1288. num. 36.

FRANCISCUS TARELLUS provinciæ Franciæ alumnus ob fidem Catholicam ab hæreticis occisus est circa annum 1567.

FRANCISCUS ŽIRANUS e Sardinia orinndus, socius fuit R. P. Matthei Aquivæ, quem Rex Hispaniarum legabat Oratorem ad Regem Cuco in Africa, ut transiens per Algieri regnum V. P. Franciscum Serram suum cognatum ibi captivum liberaret; eumque obtinuit, et quatnor alios Christianos, quos duxit secum in regnum Cuco. Porro Rex Cuco volens ardua quædam negotia cum Rege Hispaniarum pertractare, destinavit ad eum Franciscum Ziranum, qui die primo Januarii anno 1603. profectus est. At cum juxta litus maris pergeret, a militibus Regis Algieri captus, et catena ferrea constrictus, sputis, pugnis, opprobriis, indibriisque vexatus in civitateu Algeriam ductus et jussu Regis in carcerem trusus, per totam noctem agonem suum precibus Domino commendavit. Die 18. Januarii anno 1603. a Rege sententiam mortis accepit, qua vivus excoriaretur, et pellis ejus paleis repleta super portum civitatis in spectaculum poneretur. Qua sententia audita, stadium Christi athlete, subitalis in cœlum oculis, in hæc verba prorupit: *Gratias agamus Domino Deo nostro, quia me indignum servum elegit.* Educitur ergo e carcere, ac detracta Religionis veste, subucula ampla, et alba induitur, ac ferrea

ferrea vinctus catena ad supplicii locum ducitur, ubi duobus palis alligatus crudeliter exeoriatur, cantans interim canticum *Benedicte omnia opera Domini Domino* ad finem usque, ac Litanias B. Virginis. Cum autem pellis umbilico soinus inhaereret, carnifices pro majori supplicio illam fortiter detraxerunt. At Franciscus clamans, *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*, expiravit. Eo instanti terribili exorta tempestate, Mauri fugerunt timore correpti, interim P. Franciscus Serra, et alii Christiani corpus sepelierunt; quod postea reducntes Mauri non invenerunt, ut comburerent: sed pelliem paleis refertam, et in modum Crucifixi extensam super portam palo apposuerunt, quam a vento tandem dejectam Christiani devote colligentes conservarunt. Barezzus 4. par Chron. Minorum lib. 10. sub finem.

G

GABRIEL DUISCO Tertiarius, unus ex Martyribus Japonensibus. Vide *Petrus Baptista*.

GALFRIDUS FERALLUS. Vide *Joannes Cornelius*.

GALLARDUS VIVENS. Vide *Fortis*.

GASTALDUS VILNENSIS, et *Stanislaus Cracoviensis*, Episcopi Minoritae die 24. Maji an. 1343. a Tartaris occisi sunt cum triginta sex Fratribus. Vide tomo 3. Annal. num. 18.

GENTIANUS CORDIER in Conventu Belliaco anno 1562. haereticorum gladiis transfixus, *Aegidius Cottereau* in flumou demersus, *Gulielmus Borgogne*, *Gratianus Moyant*, *et Clemens Galloys*, variis tormentis eodem tempore exagitati, huic mundo vale dixerunt 25. Martii.

GENTILIS a MATELICA in Piceno trajecit in Aegyptum, eamque linguam Arabicam nesciret, ejus cognitionem ecclitus infusam habuit, multosque infideles convertit, quapropter a Saracenis occisus est apud Turringam Persidis urbem an. 1340. die 5. Septembris. Ejus corpus Marcus Cornarius postea Venetorum Dux Venetias attulit, Fratribusque Minoribus dedit. Vide tom. 3. Annal. anno 1340. num. 15. et seqq.

GERARDUS BONETUS. Vide *Antonius a Turno*.

GERARDUS GERMANUS ab haereticis per insidias necatus 30. Julii juxta Marpurgum. Vide tomo 1. Annal. an. 1233. num. 34.

GERARDUS MOLMERIUS, qui simul cum decem aliis Patribus ne Fratribus per haereticorum manus glorioso satis interiere, ut ait Gonzaga parte prima provinciae Aquitan. Reformat.

GODEFRIDUS MERVELLANUS. Vide *Nicolaus Picchius*.

GODEFRIDUS natione Angius, qui in carcerem conjectus, aliquot annis summa penuria, et aerumnis multis afflictus vitam admirandam duxit. Tandem post diversa tormenta martyrium passus est anno 1598. die 22. Julii.

GONDISALVUS professione Lalcus provinciae S. Jacobi, Jerosolymis a Soldano Aegypti captus, tanta crudelitate ob Christi fidem vexatus est, ut in carcere expirarit sub annum 1370. die 16. Maji. Vocatur etiam *Gonsalvus*.

GONSALVUS GARSIA. Vide *Petrus Baptista*.

GORGONIUS a MALDEBERTO, et *Raynerius* a *Listris* Ruremundae in Geldria ob fidem Catholicam ab haereticis multa opprobria, et supplicia gravia perpessi ad praemia aeterna pervenerunt anno 1572. die 23 Julii.

GRATIANUS MOYSANT. Vide *Gentianus Cordier*.

GREGORIUS de TRAGURIO. Vide *Antonius de Saxonia*.

GUIDO GERMANUS, Conventus Castri Raduphi provinciae Turonicae Pictaviensis Guardianus, ab haereticis varie tortus, ad ultimum gladio jugulatus est.

GUILALDUS DAMUS. Vide *Nicolaus Picchius*.

GULIELMUS Anglus natione, profectus in Orientem, ob infidelibus ob Christi confessionem carcerem, et vincula perpessus, tandem gladiis transverberatus ad aeterna praemia evolavit die 23. Januarii. Vide tom. 3. Annal. an. 1334. num. 19.

GULIELMUS BOURGOGNE. Vide *Gentianus Cordier*.

GULIELMUS CAMPANUS. Vide *Jacobus de Florentia*.

GULIELMUS CANETIBIUS, seu *Cantibius*, a Mauris ob Christianam fidem occisus die 12. Novembris.

GULIELMUS de CASTRO-MARIS Campanus, seu Stabiensis, qui a Turcis in duas partes dissectus martyr occubuit anno... Tom. 4. Annalium an. 1361. num. 18. et...

GULIELMUS CINCTIVIUS Saimurii in territorio Andegavensi ob fidem Chatolicam interemptus est circa annum 1560. die 19. Decembris.

GULIELMUS COPDAVUS, seu *Gandavus*, Conventus Lovaniensis discipulus, non tamen alumnus, sed eo missus fuerat studiorum causa, ubi pietatis, atque doctrinae suscepit bona semina, quae suo tempore martyrii palmam germinarunt. Nam Gertrudebergae, quod oppidum est Hollandiae, an. 1572. ab haereticis alapas, opprobria, et iudibria passus, deinde in tenebricosum, foetidumque carcerem detrusus, tandem patientia clarus martyrium suum septimogenarius suspendio complevit die 4. Septembris.

GULIELMUS MONTANUS. Vide *Julianus Magunsius*.

GULIELMUS OLIS, natione Gallus, genere nobilis, dignitate Sacerdos. Conventus Nivellensis alumnus, qui ab haereticis ob fidem Catholicam arbori alligatus, moxque cerebro terebrato, corpus in duas partes dissectum est, spiritus autem in coelos evolavit anno 1575. die 29. Octobris.

GULIELMUS RERIARCHUS, seu *Reriachus*, vel *Regnaeus*, Conventus Vaurensis provinciae Aquitaniae recentioris Guardianus, vir fuit eximiae pietatis, et doctrinae, quem haeretici probris, et pugnis primum divexarunt, deinde exutum virgis, splnis, tribulisque caeciderunt, tandem in Catholica fide persistentem gladio transfixerunt, ac toto corpore globulis sclopetorum perfoderunt; itaque suum agonem feliciter consummavit anno 1565. die 21. Augusti. Idipsum etiam fecerunt iidem haeretici devoto *P. Stephano Regnaeo*, et *P. Jacobo Lamberto* admirandae sinceritatis, et religionis viris, Novitiorum, ac juniorum Magistro.

GULIELMUS SCOFRE. Vide *Balthasar a Prato*.

GULIELMUS SERVASIUS Conventus Valenciarum provinciae Franciae Parisiensis Vicarius, et concionator ab haereticis convitiis, opprobriis, atque plagis affectus catholicam religionem suo sanguine consignavit anno 1560. die 18. Junii.

GULIELMUS STRAVIUS Sacerdos, et *Christianus Sui* ejus socius cum Trevirim se conferrent, ab haereticis in via propter Catholicam fidem necati sunt an. 1579. die 26. Octobris.

GUMIEL. Vide *Antonius a S. Maria*.

HADRIANUS

H

HADRIANUS. Vide *Adrianus*.

HENRICUS FEMLANDRAID. Vide *Felimeus*.

HENRICUS. Vide *Carolus Lunachius*.

HIEREMIAS. Vide *Jacobus de Podio*.

HIERONYMUS a CONDRIACO Capuccinus, eximius concionator cum Valentinensis Conventus in Gallia Guardianus esset, ab hæreticis captus in via, et crudeliter mactatus est anno 1629. circa diem 25. Junii.

HIERONYMUS GRAISSETUS. Vide *Alexius Sempson*.

HIERONYMUS WERTENS. Vide *Nicolaus Pichius*.

HUBERTUS a CURIA. Vide *Antonius Valiot*.

HUGO. Vide *Dominicus*.

HUGO RICHEUS Conventus Richinotensis in Anglia, et *Richardus Rideus* Conventus Cantuariensis Guardiani ob Religionis Catholicæ, et Sedis Romanæ defensionem jussu Henrici Octavi Angliæ Regis horrendo genere mortis interfecti sunt anno 1537. die 3. Junii.

HUGOLINUS. Vide *Daniel, Samuel, etc.*

HUMBERTUS COURITUS in Aquitania ab hæreticis occisus anno 1568.

I

JACOBUS de Florentia Archiepiscopus Zaitonensis, et frater *Gulielmus Campanus* pro fidei Christianæ confessione in Mesopotamiæ imperio a Saracenis interfecti sunt cum aliis tinobus Minoritis. Vide tom. 4. Annal. 1362. num. 4.

JACOBUS, et JOANNES in Terra Sancta occisi. Vide tom. 3. Annal. an. 1314. num. 14.

JACOBUS GAYETUS. Vide *Joannes Gayetus*.

JACOBUS LAGGERIUS. Vide *Franciscus Lardegarius*.

JACOBUS LAMBERTUS. Vide *Gulielmus Reriarchus*.

JACOBUS a LAUDA, seu *Lauderus*, Sacerdos Tertiarius apud Castrum plebis in Etruria pro defensione juris Ecclesiastici mortem passus est die 15. Januarii an. 1304. Vide tom. 3. Annalium eodem anno num. 1. 2. 3. et 4.

JACOBUS, et *Philippus* Bevaniæ in territorio Fulginensi martyrium passi sunt anno 1377. die 2. Septembris, quorum pretiosam mortem signis Deus magnificavit. Vide tom. 4. Annalium anno 1377. numero 1. et 2.

JACOBUS de PADUA. Vide *Thomas de Tolentino*.

JACOBUS de PODIO, et *Jeremias* a Saracenis apud Castrum Saphet in Syria excoriati, et fustibus mactati fuerunt usque ad mortem 25. die Junii. Vide tom. 2. Annal. an. 1266. num. 9. et tom. 3. an. 1342. num. 61.

JACOBUS SCURREMANS, vel *Schuermans*, egregius concionator prope Ruremundam ab hæreticis occisus fuit anno 1579. die 18 Junii.

JESSE Doctor Parisiensis, et provinciæ Turoniæ Minister provincialis Vindocini in territorio Carnotensi ab hæreticis captus, et suspendio necatus; ejus etiam socius gladiis, et hastis interemptus est anno 1589. die 19. Novembris.

JOACHIMUS DARDANIUS. Vide *Petrus Borgelarius*.

JOACHIMUS SANGUIERUS Tertiarius unus ex Japonensibus Martyribus. Vide *Petrus Baptista*.

JOANNA PARVA. Vide *Margarita Parva*.

JOANNES ab AMSTELDAMO, seu Amsterodamo, Diaconus, cum ad suum Diœtemense Collegium reverteretur, ab hæreticis captus, et vulneribus uno et viginti mortalibus confossus est an. 1579. die 6. Aprilis, cujus corpus postea repertum adhuc sanguine conspersum Lovanium ad Conventum Fratrum Minorum transtulerunt.

JOANNES AMICUS Prædicator, et Confessarius ab hæreticis in via sclopeto vulneratus, paulo post Lovanii ex vulnere occubuit anno 1569. die 19. Junii.

JOANNES APRILIS. Vide *Michael Grelet*.

JOANNES Armenorum Rex, relicto regno, Serapheum Religionem ingressus est: sed regnum postea Saracenis invadentibus, zelo fidei accensus, assumptis armis, et facta hostium strage, dataque suis victoria, ipse in conflictu occisus gloriosum Christi athletam se probavit.

JOANNES BAPTISTA, alias *Thomas Bullakar*, provinciæ Angliæ Strictioris Observantiæ Londini pro Christi fide sanguinem profudit 12. Octobris anno 1642. ætatis vero 39.

JOANNES BASSONUS. Vide *Antonius Malin*.

JOANNES BELVACENSIS in Gallia martyrium passus 1573.

JOANNES BEAUVOISIM in Aquitania ab hæreticis occisus est anno 1568.

JOANNES BENEDICTUS, *Matthæus*, vel *Petrus Picquet*, et *Petrus de Sect*, quos hæretica rabies crudelissimis affectos supplicüs truncidavit Falesii in territorio Sagiensi anno 1561. die 28. Julii.

JOANNES BERNARDUS Laicus martyrium passus est in India occidentali ad Platam fluvium, suspendio necatus anno 1599. die 2. Junii.

JOANNES BERSERIANUS. Vide *Matthæus Monfajonius*.

JOANNES BOURGE cum essot octogenarius, a Calvinistis ob fidem Catholicam sphæralis trajectus est anno 1562. 18. Martii in Parochia sancti Petri de Riparia in diœcesi Lexoviensi, cujus corpus postea Saginm translatum in Capitulari aula Conventus tumulatum est.

JOANNES BROSIERIUS. Vide *Matthæus Monfajonius*.

JOANNES BRUSON. Vide *Dominicus Godardus*.

JOANNES BUNIUS. Vide *Julianus Magnesius*.

JOANNES CALABER cum a Legatione Apostolica ex Æthiopia Jerosolymam rediret, a Saracenis interfectus est sub annum 1483. idibus Januarii.

JOANNES CALERUS Iradanis apud Xaliscos Indiæ Occidentalis populos erudeli mortis genere martyrio coronatus est anno 1541. die 30. Octobris una cum tribus juvenibus Indis tertii Ordinis, quos non ita pridem Christiana fide imbuerat.

JOANNES CAPUCIUS. Vide *Claudius Gabriel*.

JOANNES a CETINA Sacerdos, et *Petrus Duenas* Laicus ab ipso impio Mahomadi Rege Mauorum capite truncati sunt die 19. Maji anno 1397. Vide tom. 4. Annalium.

JOANNES CHALVETUS. Vide *Balthazar a Prato*.

JOANNES CHAMBONIUS, et *Martinus Didiranus* Conventus Donzemachensis, qui est 39. provinciæ Aquitaniæ recentioris, gladiis hæreticorum ob Catholicam fidem trucidati sunt circa an. 1562. die 16. Junii.

JOANNES

JOANNES CLAUSUS Sacerdos provinciæ sancti Evangelii ad Indos illos barbaros Zacatecas, hoc est Chichimicos, convertendos se contulit, ubi a gentilibus toto corpore telis confossus martyrii coronam accepit circa annum 1556. die 9. Decembris.

JOANNES CORNELIS, et *Galfridus Fevallus* Hiberni ab hæreticis Limsiæ in Hibernia crudeliter necati sunt.

JOANNES COZERIUS, seu *Cosetus*, vel *Gozerius*, ex Conventu Mirandani provinciæ Aquitaniæ recentioris, qui dum prædicationi verbi divini per Quadragesimam intenderet, ab hæreticis occisus martyrii palmam promeruit anno 1577. die 17. Martii.

JOANNES de CRUCE in India ab infidelibus interfectus anno 1530.

JOANNES ELVASIUS Cochinici in India orientali Guardianus, et *Sixtus* Sacerdos, qui cum Goam peterent, a Malivaribus Indis capti, et interfecti fuerunt die 28. Augusti circa annum 1560.

JOANNES ETHEUS Hispanus, Infantis Aragoniæ Ferdinandi Confessarius, vita, et doctrina clarus, qui Jerosolymam profectus, aliquando captus a Soldano cum socio *Gonsalvo* carceri mancipatus est. Ea demum adhibentur socio supplicia, quæ perfert, et Martyr efficitur, Joannes deficit, et Christi fidem abnegat; sed post triennium fneti pœnitens, Mahumeticam sectam abjurat, et Christianam fidem præcicat. Mox a Saracenis verberibus crudelissime cæditur, deinde sale, et aceto plagis aspersis, sex clavis crucifligitur, duobus in manibus, duobus in brachiis circa cubitos, ac duobus in pedibus, quo in cruciatu expiravit anno circiter 1373. die 11. Aprilis. Vide tom. 3. Annal. anno 1342. num. 61.

JOANNES a Ferraria socius B. Pauli Azevedo ab Indis occisus est anno 1584.

JOANNES FORESTUS Anglus, egregius Theologus, a confessionis Catharinæ Angliæ Reginæ, jussu Henrici VIII. post diurissimam captivitatem sententiam mortis excepit; tum pulmulo appensus, suppositoque lento igne ejus pedibus, tandiu crudelissime torrebatur, donec totus igne combustus animam exhalaret. Itaque ad cœleste refrigerium pervenit die 23. Maji anno 1540.

JOANNES GAYETUS Conventus Lugdunensis sancti Bonaventuræ Guardianus, sed Conventus Cubilonensis alumnus, qui ab hæreticis carceri mancipatus, probris, et verberibus affectus, atque per tres menses fame afflictus, tandem brachiis contractis in Avarim dejectus ad portum perpetuæ quietis morte pervenit die 28. Martii circa annum 1562.

JOANNES GIBBOSUS Conventus Matisconensis provinciæ sancti Bonaventuræ Guardianus, sed Conventus Belnensis alumnus, ab hæreticis primum injecto in collum laqueo, opprobriis, ac ludibrio habetur. deinde per ignem raptatus, detruncatisque illi naso, auribus, veremlis, et manuum extremitatibus, in Avarim præcipitatus, sed miverso flumine in arenam dejpulsus a sicario nec traditur anno 1563. die 2. Octobris.

JOANNES GIVIDRIUS Sacerdos, et *Joannes* a *Lusia* concionator egregius, ut senio confectus in Conventu Fulgeriarum provinciæ Turoniæ Pictaviensis ob fidei Romanæ constantiam ab hæreticis cruleliter interfecti sunt anno 1560. die 12. Junii.

JOANNES GOSSONIUS septuagenarius, et *Raymundus Rosselius* in Conventu Marmandæ provinciæ Aquitaniæ antiquioris a Calvinianis occisi sunt, et animas cœlo reddiderunt circa annum... die... Decembris. At P. *Prudnfour* ejusdem loci Guardianus ab hæreticis in via captus ignominiose nudatus, et vulneratus, ad Conventum sic dimittitur.

JOANNES GRAYES illustrissimo inter Scotos sanguine oriundus, virtutibus ornatus, qui propter persecutiones in Scotia venerat in Belgium. Hunc venerabilem senem septuagenarium Gueusii hæretici Bruxellæ apprehensum injuriis, pugnis, et calcibus afficiunt, deinde ante majus altare genuflexum confodiunt; sicque hostia Deo factus in cœlum migravit an. 1579. die 5. Junii.

JOANNES GUILLOTUS in Conventu Villæ Franeæ provinciæ Aquitaniæ antiquioris ab hæreticis occisus post multa indibria martyrii coronam accepit circa annum 1567. 9. Januarii.

JOANNES ab HERCUDER provinciæ Bohemiæ alumnus ab hæreticis trucidatus in Conventu Pennensi sepultus est sub annum 1568. die 10. Octobris.

JOANNES ab HERRERA, sen a *Ferraria*, Laicus in Culiacanica Indiæ Occidentalis provincia toto corpore sagittis Indorum confixus Martyr occubuit die 30. Decembris anno ....

JOANNES HISPANUS. Vide *Didacus*, et *Joannes*.

JOANNES HUNGARUS, *Bogislaus Polonus* Laici, et *Gregorius* de *Civitate Nova* Polonus eorum Guardianna Conventus Samboriensis provinciæ Poloniæ martyrium passi sunt. Cum enim an. 1498. Turcæ Samboriam ignibus consumpsissent, in Fratrum Conventum irruerunt, in quo duos tantum senes Laicos pœnominatos invenerunt, cæteris cum Guardiano fuga e apsis. Prior fuit *Joannes Hungarus* vir maxima pietate præditus, ne devotione, quem B. Joannes Capistranus veste Minorum induerat. In ecstasin sæpe rapiebatur, ibm oraret. Eum igitur coram sanctissime Eucharistiæ Sacramento prostratum Turcæ rapuerunt, et ad unum milliare violenter pertraxerunt, ubi lancea eum in capite, pectore, et ventre gravissime vulnerarunt, ac tandem in duas partes scinderunt. Posterior *Bogislaus* ingenti charitate succensus, B. Joannis Capistrani aliquando socius, quem decoperpitum in claustro repertum Turcæ crudelissime trucidarunt, ita ut haberet plura vulnera quam membra. Alii omnes Fratres evaserunt præter dictum P. Guardianum, quem cum aliis Christianis plurimis captum Turcæ multis tormentis cruciarunt, ac tandem vivum excoriarunt, propterea quod alios ut in fide Christi permanerent, hortaretur. Cimarell. par 4. Chron. Minor. lib. 7. cap. 51.

JOANNES de INDIA. Vide *Richardus* Episcopus.

JOANNES LANA, et *Joannes Vanglius*, quorum prior erat Conventus Nugarolani provinciæ Aquitaniæ recentioris Guardianus, ab hæreticis propter Romanæ fidei doctrinam occisus, prædicationis nomine martyrii corona decorarunt die 17. Septembris anno ....

JOANNES LANTRET. Vide *Balthasar a Prato*.

JOANNES LAZARIUS concionator eximius ab hæreticis occisus est anno 1568.

JOANNES LICHET in Turonia ab hæreticis occisus anno 1568.

JOANNES LIOTHUS Gallus, diris, exquisitisque tormentis ab hæreticis cruciatus fidem Romanæ Ecclesiæ sanguine proprio consignavit sub an. 1560. die 25. Aprii.

JOANNES O LORCAN Hibernus Conventus Dunensis ab hæreticis suspendio necatus an. 1570. die 21. Januarii.

JOANNES LUMERIUS pro fidei Catholicæ veritate, et sanctissimi Sacramenti defensione ab hæreticis

ticis in Gallia variis tormentis cruciatus est, deinde in flumen præcipitatus anno 1563.

JOANNES a LUSIA. Vide *Joannes Giridrius*.

JOANNES MAHUSIUS senex, et paulo ante designatus primus Daventriensis Episcopus, in Conventu Aldenardensi a Guensiis hæreticis multa passus ob fidem Catholicam, pro qua tandem vulneribus acceptis et semivivus in platea relictus obdormivit in Domino anno 1572. die 4. Octobr.

JOANNES de MALAY Conventus Julioduni provinciæ Turonicæ nobilibus parentibus ortus, *Ico Boyer* sacræ Theologiæ licentiatus, et *Michael Desmans* Pater Reverendus anno 1562. apud Juliodunum, seu Lodunum ab hæreticis crudeliter necati sunt die 3. Januarii.

JOANNES a MANTUA aliquando tormentorum Jerosolymis a Turcis infligendorum horrore perterritus dein Christianum ingressus, sed postea facti pœnitens, sanguinis effusione illam confirmavit anno 1357. die 6. Decembris.

JOANNES a S. MARTHA Catalanus in Japoniæ regno Vomuræ cum multos ad Christum convertisset, per triennium in carcere detentus, tandem capite plexus, migravit ad cœlum.

JOANNES MARTINES a Monte Politiano, provinciæ Tusciæ alumnus, a Saracenis pro Christi nomine varia tormenta perpessus, tandem in duas partes dissectus integram fidem servavit, et martyrii coronam accepit anno 1345. die 15. Aprilis. Vide tomo 3. Annal. eo anno num. 5.

JOANNES MARTYR Clericus adolescens in India Orientali prope Goam mortem passus est cum aliis duobus anonymis a Mulvaribus piratis Indis 17. Augusti 1560.

JOANNES MEDER in Gallia ab hæreticis occisus anno 1563.

JOANNES MERENSIS. Vide *Julianus Magnesius*.

JOANNES a MONTE-POLITIANO. Vide *Joannes Martinez*.

JOANNES MORETUS. Vide *Petrus Veronensi*

JOANNES NARDENUS. Vide *Daniel Arevdock*.

JOANNES NEAPOLITANUS Diaconus, cum Regi Gazæ in Syria Christum prædicaret, ab eo captus, et frustatim concisus est die 12. Julii a. 1370.

JOANNES NIGER. Vide *Richardus Episcopus*.

JOANNES OLIVERIUS in provincia Turonensi ab hæreticis interfectus vitam adeptus est sempiternam anno 1568.

JOANNES OLORCANUS. Vide *Joannes O Lorcan*.

JOANNES PADILLA vir religione, et doctrina insignis, apud Tigneslanos in India Occidentali ab efferatis gentibus sagittis confossus est circa annum 1539.

JOANNES de PALMA. Vide *Blasius Palominus*.

JOANNES PARISOT Gallus, confessarius erat Monialium Giennensis oppidi, quando ab hæreticis martyrium passus est 18. Octobris anno 1567. Vide tomo 7. Annalium anno 1490. num. 43.

JOANNES PARVUS, Gallice *Petit*, Conventus Rhocensis provinciæ Aquitaniæ antiquioris, ab hæreticis post aurium abscissionem gladio iteruto confossus martyrio coronatus est 24. Decembris sub a. 1552.

JOANNES PAULE in Aquitania ab hæreticis interemptus anno 1568.

JOANNES PENNEMANUS, allis *Franciscus*, Conventus Sluse in Flandria Gnardianus, Gaudavo oriundus, vir magnæ in primis doctrinæ fuit, ac nihilominus singularis animi demissionis, parisque simul prudentiæ, cum ad pagum Sancti Laurentii concionaturus profiscereturur, in itinere ab hæreticis captus, et crudeliter jugulatus est die 24. Junii anno 1573. Corpus in propiaqnam fossam projectum, ac per pueros ovium custodes detectum, in pagi prædicti templo tumulatum fuit.

JOANNES PIZARRUS Hispanus, provinciæ Sancti Michaelis alumnus, post Sacerdotium, et munus concionandi susceptum ad Indos se contulit, ubi post multorum conversionem, ac pro fide Christi susceptos labores apud Queplanos Indiæ Occidentalis populos flagellis cæsus, baculis contusus, tandem ad trabem suspensus Martyr occubuit an. 1580. die 5. Januarii.

JOANNES PUTEANUS Belga, doctrina, et eloquentia pollens ab hæreticis in via captus, ac straugulatus est die 3. Augusti anno ..... cujus corpus postea repertum solemni cleri, et populi concursu Lovanium translatum est.

JOANNES QUIZUYA Tertiarius, unus ex]Martyribus Japonensibus. Vide *Petrus Baptista*.

JOANNES RICHARDUS. Vide *Alexius Sampson*.

JOANNES RIXTELLUS. Vide *Adrianus Lambertus*.

JOANNES RIVIUSTORTUS Arelate comprehensus ab hæreticis, et din, multumque afflictus, sed a Catholicis redemptus, vitam tamen reliquam in continuo languore terminavit.

JOANNES ROLETUS, vel *Rauletus*. Vide *Petrus de Pulchro Monte*.

JOANNES a S. MARIA natione Catalanus, provinciæ sancti Angeli, ad novum Mexicum profectus, a barbaris gravi pondere oppressus, et carnis mole exutus in cœlum evolavit sub an. 1580. die 19. Junii.

JOANNES a S. MARIA alter, apud Meacan in Japponia pro Christo passus 14. Augusti an. 1618.

JOANNES SERRADUS cum ad convertendos barbaros Chichimecos in Indiam Occidentalem se contulisset, et aliquot convertisset, ab infidelibus occisus est, cujus corpus ad Conventum Capotilanum delatum fuit.

JOANNES a SPIRITU SANCTO Hispanus cum allis quinque a se ad fidem conversis ab idololatris membratim concisus est anno 1530.

JOANNES a TAPIA apud Zacatecas in India Occidentali, postquam mille circiter paganos ad fidem convertit, et baptizavit, ab infidelibus interemptus est anno 1556. die 23. Augusti.

JOANNES de TELLIO (Gallice *du Teil*), vel *de Sallio*, Conventus Charreriæ in territorio Viennensi provinciæ Sancti Bonaventuræ Guardianus ab hæreticis crudelissime occisus, est an. 1567. die 13. Decembris.

JOANNES TEUDRICUS Gallus, egregius concionator Conventus Magdunensis provinciæ Turoniæ Pictaviensis alumnus ab hæreticis captus, et atrociter tormentis cruciatus fidem Catholicam a se prædicatam proprio sanguine consignavit die 2. Septembris anno circiter 1572.

JOANNES TISSERIUS. Vide *Franciscus Drovadeynes*.

JOANNES de TOBAR cum duobus sociis martyrium passus est anno 1598. die 23. Decembris, cum esset Minister provinciæ Chilensis in India Peruana.

JOANNES TORIGNEUS, et *Nicolaus Clementellus* Conventus Mirabelli provinciæ Turoniæ Pictaviensis alumni cum sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum abnegare nollent, ab hæreticis crudeliter interfecti sunt anno 1568. aut 1573. die 26. Augusti.

JOANNES

JOANNES TRANQUERIUS Conventus Castrensis provinciæ Aquitaniæ recentioris alumnus, Monalium confessor, et concionator ferventissimus, ob idque Calvinianis odiosus, quam ob rem Cœnobio igne consumpto, reliquis fratribus dimissis, in hunc solum desævierunt, quem diversis cruciatibus vexatum tandem trucidarunt circa annum 1562. 3. Octobris.

JOANNES TUDERTINUS Laicus provinciæ sancti Salvatoris Hungariæ alumnus a furentibus hæreticis Transylvanis post multa tormenta capite truncatus est anno 1603. die 4. Junii.

JOANNES TUIT. Vide *Thomas Pakingont.*

JOANNES VACHETUS. Vide *Antonius Gajius.*

JOANNES VANGLIUS. Vide *Joannes Lana.*

JOANNES VICINUS, Gallice *Voisin*, Turonensis Guardianus, et postea Confessarius Monialium S. Mariæ Guischiæ fuit, quando ab hæreticis captus in territorio Biesensi, carceri mancipatus, tandem crudeliter occisus, et in Ligerim projectus, divino nutu corpus ad civitatem Turonensem appulit e regione suæ parœciæ, nec ultra præteriit. A suis denique consanguineis cognitum honorifice in Conventu sui Ordinis conditum est anno 1578.

JOANNES VIROLANTUS. Vide *Michael Grelet.*

JOANNES VOISIN. Vide *Joannes Vicinus.*

JOANNES ZUARA Hispanus, nobili familia apud Motymnam Campi natus, Conv. Vallisoleti alumnus, inde ad Reformatos, postea a provincia Conceptionis ad provinciam Sancti Gabrielis Discalceatorum transiit, ac tandem in Italiam profectus anno 1539. apud Capuccinos mansit usque ad annum 1550. quo in Ægyptum transfretavit, ubi propter fidei Christianæ prædicationem multa ludibria, verbera, et tormenta perpessus, tandem inedia, et squalore carceris consumptus obdormivit in Domino anno 1551. die 4. Januarii.

JOANNES Guaxacathanæ Martyr. Vide *Franciscus Laurentius.*

JOANNES Clericus, et minoribus Ordinibus tantum initiatus, prope Zeilanicam insulam in India Orientali a Malvaribus captus, et pro Christiana confessione trucidatus, et in mare projectus est anno 1559. die 23. Septembris.

JOANNES Ruremundæ in Geldria Conventus Vicarius cum sociis a Genslis hæreticis interfectus anno 1572. die 24. Julii.

JOANNES Sacerdos, et *Petrus* Laicus an. 1220. a S. Francisco in Hispaniam missi, post decennium Valentiam se contulerunt, ubi propter fidem Christianam varie vexati, tandem capite plexi sunt die 29. Augusti anno 1231. vide tomo 1. Annal.

JOANNES Zutphaniæ in Geldria Conventus Guardianus ab hæreticis captus, in tabula extensus, et gladiis dilaceratus, atque exenteratus, crudelissimo genere mortis ad vitam immortalem traasmigravit anno 1572. die 14. Septembris.

JULIANUS GILEER, ses, *Gubier*, in Conventu de Closis, qui est 23. provinciæ Turoniæ Pictavionsis, ob fidei Romanæ constantiam ab hæreticis crudelissime necatus est die 23. Martii.

JULIANUS MAGNESIUS nobilis Sacerdos, *Joannes Brunius* Sacerdos, et concionator eximius, *Guilelmus Montanus*, sive de *Monte magno*, insignis prædicator, et *Joannes a Meer*, sive *Merensis*, diaconus, omnes ex Conventu Viriæ provinciæ Franciæ Parisiensis ab hæreticis post ludibria, et varia supplicia tandem pro defensione Sedis Apostolicæ morte opprimuntur, et martyrio vitam æternam adepti sunt an. 1568. die 3 Septembris.

JUNIPERUS Siculus, Laicus professione, provinciæ Neapolitanæ alumnus in Palæstinam profectus a Turcis pro fide Christi Jerosolymis combustus est anno 1557. die 23. Februarii.

IVO BOYER. Vide *Michael Desmans.*

L

LADISLAUS ab HUNGARIA. Vide *Antonius de Saxonia.*

LAURENTIUS de ALEXANDRIA. Vide *Richardus Episcopus.*

LEO CARAZUMA Tertiarius. Vide *Petrus Baptista.*

LEO Ceptæ Martyr. Vide *Daniel, Samuel.*

LEO Marrocchii. Vide *Dominicus.*

LEO Nangazachi. Vide *Richardus a S. Anna.*

LIVINUS Gallus, provinciæ Franciæ alumnus, una cum fratre *Adamo* fidei ardore successus in Lybiam profectus est, ubi tum lingua Gallica, tum Arabica, quæ illi pro hoc munere obeundo cælitus data est, Christianam fidem prædicavit, Mahumeticum sectam condommavit. Quapropter a Soldano captus capitis obtruncatione martyrii palmam accepit anno 1345. die 1. Augusti. Vide tomo 3. Annal. eodem anno numero 1.

LUCIUS de FREITAS. Vide *Richardus a S. Anna.*

LUDOVICUS AMARANTHUS. Vide *Martinus a Guarda.*

LUDOVICUS BALEJUS, et *Ludovicus Panetius* Galli, Conventus Carnotensis, qui cum ex obedientia morarentur unus in Conventu Meldensi, alter in Stampensi, gladiis hæreticorum pro fide Catholica interfecti sunt anno circiter 1568. die 13. Aprilis.

LUDOVICUS DUISCO Tertiarius. Vide *Petrus Baptista.*

LUDOVICUS ELVEUS in Aquitania ab hæreticis occisus est anno 1568.

LUDOVICUS GRIPPIUS, provinciæ Franciæ concionator egregius ab hæreticis in diœcesi Ebroicensi propter fidem Catholicam trucidatus anno 1563. die 22. Julii.

LUDOVICUS PARETIUS Stampis occisus. Vide *Ludovicus Balejus.*

LUDOVICUS de PLANA, claro natus sanguine, conventus Stampensis provinciæ Franciæ alumnus, sub Immanissima hæreticorum persecutione, qui dictum Conventum funditus everterant, invicto animo martyrium complevit anno 1568. die 29. Julii.

LUDOVICUS SASSANDRA, *Ludovicus Sotellus*, et *Ludovicus* Tertiarius, apud Faenum in Japonia simul martyrium passi sunt. Ex quibus Ludovicus Sotellus Hispali nobili natus progenie provectiori ætate ad Strictioris Observantiæ provinciæ Bæticæ professores accedens summo animarum zelo tenebatur. Sub annum igitur 1599. cum aliquot Franciscanis in Japonem trajecit, brevi tempore linguam perfecte didicit, indeque ultra progressus ad regnum Voxanum pervenit, et Regis, et populi benevolentiam sibi conciliavit adeo, ut quatuor Conventus Meaci, Fuximi, Vosanæ, et Saccai maximo fidei Christianæ fructu construxerit, nonnulla idolorum templa destruxerit, ac plurimos infideles instruxerit, et converterit; Legatio-

gationibus quoque pro Japonum Imperatore ad Catholicum Regem Hispaniæ Philippum III. et ad Paulum V. Pont. Max. præclare functus est; tandem ab infidelibus : aptus cum *Ludovico Sassandra* Japonio et *Ludovico* Tertiario, simul igne combusti sunt anno 1624. die 25. Augusti.

LUDOVICUS SOTELLI'S. Vide *Ludovicus de Sassandra*.

LUDOVICUS VILLALUPUS apud Guadalfugiaran in Asia majori sagittis ab infidelibus confixus anno 1582.

LUDOVICUS VOETZ. Vide *Daniel Arendock*.

LUDOVICUS, jam omnino decrepitus in diœcesi Bononiensi in Gallia, vulgo *Bonlogne*, ab impio hæretico trucidatus est anno 1567. die 25. Martii.

LUDOVICUS Tertiarius. Vide *Ludovicus Sassandra*.

M

MARGARITA PARVA in Monasterio Mauritaniæ apud Anellos in Neustria provinciæ Franciæ Parisiensis pro defensione pudicitiæ viriliter resistens hæreticis, ab ipsis gladio confossa migravit in cœlum anno 1567., vel 1569. Hanc secuta est ob eamdem causam *Joanna Parva* ab illis perfidis plumbeis sphæralis occisa.

MARINUS a CATARO a Sixto IV. destinatus Nuncius Apostolicus in Persiam in itinere occisus fuit a Turcis anno 1472.

MARTINUS N. Vide *Paulus N.*

MARTINUS de ALTAMIRA. Vide *Albertus Francus*.

MARTINUS ab ASCENSIONE. Vide *Petrus Baptista*.

MARTINUS DIDRANNI'S. Vide *Joannes Chambonius*.

MARTINUS a GUARDA Guardianus Conventus Zeilamiensis in India Orientali, et *Ludovicus Amaranthus* ejus socius a Rege Zeilamiensi capti per diversa tormenta ad martyrii palmam pervenerunt anno 1522. die 11. Aprilis.

MARTINUS HADENSIS. Vide *Ulricus*.

MARTINUS Tertiarius. Vide *Petrus Baptista*.

MARTINUS e SPOLETO anno 1530. in regnum Fessæ in Africa trajecit, ubi propter fidem Christianam nécatus martyrii coronam percepit. Historiam scripsit Hispanice Didacus de Torres in relatione originis Cheriffornu, quum Gallicam fecit illustrissimus Princeps Carolus Valesius Caroli IX. Gallorum Regis filius naturalis Dux Engolismensis, eamque postea typis excudendam curavit Lutetiæ anno 1636. R. P. Robertus Regnaut Ordinis Minorum Conventus Parisiensis alumnus, vir pius, et eruditus.

MARTINUS SUETENS Brabantus, concionator eximius e civitate Mechliniæ cum aliis fratribus ab hæreticis expulsus est, qui cum Lovanium peterent, ipse captus in itinere dire vexatus martyrii palmam obtinuit anno 1580. die 9. Aprilis.

MARTYRES multi. Vide *Anonymi*.

MATTHÆUS MONFAJONIUS Conventus Montisnigri provinciæ Aquitaniæ recentioris Guardianus, et Custodiæ Lemoviensis Custos, atque insignis Concionator una cum *Joanne Boverciano*, et *Joanne Brosievio* viris religiosissimis captus ab hæreticis, a quibus illi Patres variis opprobriis lacessiti, ac dirissime cæsi, tandem atrocissimæ morti traditi sunt anno 1569. die 16. Aprilis.

MATTHÆUS PIQUETUS. Vide *Joannes Benedictus*.

MATTHIAS. Vide *Petrus Baptista*.

MATURINUS de PULCHRO VISU Conventus S. Miliani provinciæ Aquitaniæ recentioris, vir pietate insignis, senio confectus ab hæreticis crudeliter occisus est anno 1580. 13. Augusti.

MAURICIUS O SCALLAN. Vide *Donatus Hiurechan*.

MELCHIOR ULYSSIPPONENSIS provinciæ sancti Thomæ apud Indos Orientales Custos barbarorum sagittis ob fidem Catholicam confossus. Martyr occubuit anno 1550. die 17. Septembris.

MICHAEL de AGNON, seu ab *Occania*, *Petrus de Corpa*, *Petrus a Velasco*, *Blasius Rodericus*, et *Antonius*, in Florida Americæ provincia ob Christianam religionem ab apostatis Indis crucifixi martyrii palmam receperunt in festo Nativitatis Deiparæ anno 1597.

MICHAEL AGULLON Sacerdos hostiam se Christo obtulit ab impiis Turcis Algieri in Africa trucidatus anno 1556. die 17. Maji.

MICHAEL Conversus a Turcis in Argello 1556.

MICHAEL COSAQUIUS. Vide *Petrus Baptista*.

MICHAEL DESMANS, *Joannes de Malay*, et *Ivo Boyer* Galli, Conventus Julioduni provinciæ Turoniæ ab hæreticis interfecti martyrii palmam retulerunt anno 1562. die 3. Januarii.

MICHAEL GRELETAS, seu *Grillot*, Xantonienses Custos, et Engolismensis Guardianus, *Petrus Bonneau* civitatis Engolismæ prædicator ordinarius, Conventus Pictaviensis alumnus, et facultatis ejusdem civitatis Theologiæ Doctor, *Joannes Vivolant*, seu *Hivolan*, Lector, et eximius concionator, et *Joannes Aprilis* octogenarius, qui diu etium ibidem Lector fuerat, et prædicator egregius, ab hæreticis varie vexati martyrio coronati sunt an. circiter 1568. die 9. Septem. Primusb scilicet *Michael Greletus*, qui erat etiam Domini a Rupefocaldio (vulgo *Rochefoucauld*) Majoris Monasterii Abbatis concionator, et confessarius, ad furcas damnatus fuit, et cum ad supplicii locum duceretur, Gasparo a Colligny Franciæ Amirallio hæretico prædixit, quod a fenestra dejiciendus, et occidendus esset, quod ei accidit Parisiis die 24. Aug. circa an. 1573. Secundus quoque *Petrus Bonneau* antequam educretur e carcere, mortis suæ horam prædixit, et suspendio necatus est, cujus corpus post duos fere annos integrum, ac incorruptum, eruribus tamen fractis, repertum est, et e loco patibuli, ubi glorioso jacuerunt, ad aulam capitularem dicti Conventus translatum est.

MICHAEL ab OCCANIA. Vide *Michael de Agnon*.

MIRAMBELLUS. Vide *Franciscus Mirambellus*.

MONALDUS de Ancona, *Franciscus de Petriolo*, seu *de Firmo*, et *Antonius Mediolanensis*, propter fidei Christianæ prædicationem inter Saracenos, ab eisdem in urbe Arzenga frustatim discerpti martyrium subierunt anno 1288. die 2. Martii. Vide tom. 2. Annal. eodem anno num. 36.

N

NICASIUS HESIUS. Vide *Nicolaus Pichius.*

NICOLAUS CLEMENTELLUS. Vide *Joannes Torignius.*

NICOLAUS DELPHIUS Belga prope Antuerpiam captus ab hæreticis ob fidem Catholicam interfectus est 1576. die 6. Decembris.

NICOLAUS LOTHARENUS, seu a *Lotharingia*, propter fidei confessionem, et Catholicæ religionis defensionem ab hæreticis horribili crudelitate jugulatus est circa annum 1565. die 17. Decembris.

NICOLAUS de MARCHIA. Vide *Antonius de Saronio*, ubi etiam dicitur *Nicolaus Hungarus.*

NICOLAUS Martyr Ceptæ. Vide *Daniel, Samuel.*

NICOLAUS a MONTE CORVINO, *Franciscus Neapolitanus*, et *Petrus Romanus* Tertiarius, a Saracenis illinaiati martyrii coronam adepti sunt an. 1358. die 4. Aprilis. Vide tom. 4. Annalium eodem anno num. 4.

NICOLAUS PICCHIUS, seu *Pickius* nobili genere ortus, Conventus Gorgomiensis Guardianus, sed Conventus Lovaniensis alumnus, *Hieronymus Veerdensis* ejus Vicarius, *Willehaldus*, seu *Guilaldus*, Sacerdos octogenarius, *Nicasius Hesius* vir doctissimus Theologiæ Baccalaureus, *Theodoricus Ewdersus*, *Antonius Wertensis*, *Godefridus Mervellanus*, *Franciscus Bruxellensis*, *Antonius Hornariensis*, hi omnes erant Sacerdotes, *Petrus Ascanus* Laicus, et *Cornelius Batavodurus* Tertiarius: omnes Gorgonii capti ab hæreticis, atque Briellam ducti, die 9. Julii an. 1572. pro fide Catholica martyrium subierunt.

NICOLAUS de TAULICIS. Vide *Donatus de Rutichio.*

NICOLAUS THIETUS in Conventu sanctæ Mariæ de Pietate oppidi Malarum Herbarum, vulgo *Males Herbes*, in diœcesi Aurelianensi provinciæ Franciæ Parisiensis ab hæreticis occisus est anno 1560. die 22. Maji.

NIGELLUS O BOYLUS Hibernus ad hæreticis obtrunctus anno 1607.

O

OLIVERIUS JULIANUS in Conventu Virtensi, qui est 19. provinciæ Franciæ Parisiensis, diœcesis Bajonensis ab hæreticis captus, et propter confessionem Ecclesiæ Romanæ variis tormentis exercitatus martyrii palmam septuagenarius accepit anno... die 18. Decembris.

OTHO Marrochianus Martyr. Vide *Accursius.*

P

PACIFICUS SPOLETANUS inter Saracenos martyrium subiit sub annum 1402. incerto tamen loco, cujus memoria servatur Spoleti, præsertim in Conventu sancti Pauli extra muros. Vide tomo 5. Annal. a. 1402. num. 11.

PASCHALIS. Vide *Richardus Episcopus.*

PATRITIUS HÆLIUS Hibernus Episcopus Majonensis, vir eximiæ sanctitatis, et doctrinæ a Gregorio XIII. creatus Episcopus, et in eam insulam missus, ab hæreticis captus est, et diversis cruciatibus vexatus, tandem cum socio Sacerdote *Connacio O Ruork* ineliti Principis Bernardi O Ruork filio suspendio paluam martyrii promeruit anno 1578. die 22. Augusti. Corpora autem eorum din catenis suspensa incorrupta, et inumtata mansserunt, suavem etiam odorem spirantia, quæ Joannes Desmoniæ Comes honorifice sepelivit.

PAULUS N. Guardianus Polocensis a Moscovitis hæreticis occisus est anno 1563. simul cum *Dominico, Martino, Venceslao*, et *Adamo* confratribus. Vide tomo 7. Annal. anno 1498. num. 44.

PAULUS ab AZEVEDO Lusitanus Portuensis apud Culiacanienm Indiæ Occidentalis regionem ab infidelibus Indis ob fidem Christi telis confossus est an. circiter 1585. die 29. Decembr.

PAULUS IBARIQUIUS Tertiarius. Vide *Petrus Baptista.*

PAULUS PERPINIANENSIS Doctor Theologus, ac vitæ sanctitate conspicuus, singulari pietate 88. Dei Genitricem venerabatur, quem allocutu fuisse dicitur in imagine conservata in Conventu S. Francisci Perpiniani, vocaturque *Imago D. Virginis de Consolatione.* Cum autem saluti animarum fusisteret, a quodam nefario, cujus pelliecm a peccato desistere monuerat, interfectus est anno 1458. die 12. Januarii, cujus corpus integrum perseverat in Conventa Perpiniauensi honorifice sepultum.

PAULUS a S. CLARA. Vide *Apollinaris Francus.*

PAULUS a S. MARIA MAGDALENA provinciæ Angliæ Strictioris Observ. Londini pro Christi fide gloriosum passus est martyrium die 15. Aprilis anno Christi 1643. ætatis 43.

PAULUS SUZIQUIUS Tertiarius. Vide *Petrus Baptista.*

PAULUS TONNELIERUS Conventus Castri-Villani in diœcesi Lingonensi provinciæ S. Bonaventuræ Guardianus, et *Tussanus Fortlinus* ab hæreticis capti, ac variis supplicilis ufecti tandem suspendio necati sunt die 5. Martii circa annum 1567.

PAULUS VASCELLATOR provinciæ S. Bonaventuræ crudele, ac horrendum supplicium ab hæreticis passus, tormento tamlem in os ejus explose. martyrio coronatus est circa annum 156....

PETRUS ABULENSIS. Vide *Richardus a S. Anna.*

PETRUS de ARCAGNANO cum in Insubria S. Inquisitionis officio fungeretur, ab hæreticis ob fidem Catholicam interemptus est 13. Januarii. Florebat anno 1340. Vide tom. 3. Annal. anno 1284. num. 4.

PETRUS ab ASCENSIONE Omuræ in Japonia pro fide Catholica capite plexus, Martyr in cœlum ascendit die 12. Maji anno 1617.

PETRUS ASCHANIUS. Vide *Nicolaus Picchius.*

PETRUS BAPTISTA provinciæ S. Joseph Discalceatorum alumnus dux, et antesignanus fuit eorum, qui Nangazachi in Japonia pro Christi nomine vinculis, carceres, ludibria, aliosque cruciatus perpessi, tandem cruci affixi, et hastis transfixi fuerunt die 5. Februarii anno 1597. Eorum autem nomina hæc sunt: *Philippus a JESU* Sacerdos, qui primus mortem subiit, *Franciscus Blanco* concionator, *Martinus ab Ascensione* concionator, *Gonsalvus Garsia* professione Laicus, *Franciscus a S. Michaele* etiam Laicus: ipse vero *Petrus Baptista* Commissarius ultimus crucifixus est, ut rogaverat. Hi sex erant ex Discalceatis provinciæ S. Gregorii Philippinarum insularum Indiæ Occidentalis. Postremo septendecim Japones Laici ex tertio Ordine S. Francisci simile passi sunt, videlicet, *Paulus Sauzujus, Gabriel Duisco, Joannes*

Joannes Quizuja, Thomi Xusco, Franciscus Medicus, Joannes Saguierus, Michael Cosnquin cum filio suo *Jhoma* quindecim annorum, *Bonaventura Duisco, Leo Carazuma, Martinus*, qui postea *Matthias* cognominatus est, *Antonius Nangazachius, Ludovicus Duisco-Paulus Ibariquius, Petrus Xuquexico* adauctus. Vide tomo 2. Annal. anno 1298. num. 42. Eos coli officio Ecclesiastico concessit Urbanus Octavus anno 1627.

PETRUS BEROTTUS. Vide *Andreas de Monte.*

PETRUS BLANCARTUS in Conventu Ixidolensi provinciæ Aquitaniæ recentioris ab hæreticis ob fidem Catholicam truncidatus martyrio coronatus est an. 1579. die 22. Octobris.

PETRUS BONELLUS, seu *Boneau.* Vide *Michael Grelctus.*

PETRUS BORGELARIUS Gallus, insignis concionator, et Guardianus Conventus Ruthenensis provinciæ Aquitaniæ antiquioris pro fide Catholica ab hæreticis occisus est una cum *Petro Travxietro* Sacerdote, et *Joachino Dordanio* summæ integritatis fratre sub annum 1571. die 31. Octobris,

PETRUS BRUSIUS in Turonia Pictavienst martyrio coronatus est.

PETRUS BURGENSIS. Vide *Franciscus Donzellus.*

PETRUS a CORPA. Vide *Michael ab Oceania.*

PETRUS COSETUS Gallus, Concionator, cum passionem Christi feria 6. Parasceves prædicaret, ab hæreticis captus, palo alligatus, tormentorumque sphærulis trajectus ad impassibilem vitam migravit sub annum 1560. die 19. Aprilis.

PETRUS DUEÑAS Hispanus. Vide *Joannes a Ortiun.*

PETRUS DULCIS in Gazaria a Saracenis occisus. Vide tomo 3. Annalium anno 1314. num. 14.

PETRUS GOSSETUS Virtensis in Neustria inferiori concionator vir venerandæ senectutis octogenarius, Missæ Sacrificium faciebat in Conventu Virtensi, cum ab hæreticis captus fuit, ad cancellos fenestræ arcis suspensus anno 1568. die 13. Septembris.

PETRUS GUARRIGUEJUS venerabilis, ac devotus Pater Conventus S. Pergeti diœcesis Claramon tensis provinciæ Aquitaniæ antiquioris alumnus ab hæreticis crudeliter occisus ad vitam immortalem perrexit anno 1574. die 7. Octobris.

PETRUS HOES in Gallia concionator eximius ab hæreticis truncidatus est.

PETRUS Marrochii. Vide *Accursius.*

PETRUS MARTELLUS. Vide *Richardus Episcopus.*

PETRUS MENGUJUS ex S. Pauli oppido in Phocensi provincia diœcesis Aquensis, Sacerdos, et concionator studiosissimus, quem hæretici pugionibus perfoderunt in Septimania Galliæ provincia prope Fossas Marianas anno 1572. die 11. Januarii.

PETRUS MOLERIUS, vel a *Molerio*, pietate doctrina, atque facundia conspicuus, Apamiensis Conventus provinciæ Aquitaniæ recentioris, post triginta duos annos in Religione Minorum laudabiliter transacto, ab hæreticis captus, probris, et verberibus exceptus stipiti alligatus, ac dirissime cæsus fuit. Postea illi verenda abscinderunt, ventremque aperuerunt, et unco ejus intestina extraxerunt, Martyre intesim clamante, *JESU miserere mei, et ignosce illis;* denum cor ejus avulserunt, circa annum 1565. die 16. Novembris; postremo miles Calvinista defuncti caput ad humeros usque gladio scidit in duas partes. Ejus quoque socium juvenem Subdiaconum crudelissime dilaniarunt.

PETRUS N. Belvisii Conventus provinciæ S. Gabrielis alumnus in Africam transivit, ubi propter fidei prædicationem trucidentis intidelium manibus unctatus est 21. Febr. anno ....

PETRUS NARBONENSIS. Vide *Donatus de Rvticinio.*

PETRUS ODION Lector Theologiæ, et concionator in Conventu Castri Radulphi, provinciæ Turoniæ Pictaviensis, ab hæreticis insidiose captus, et crudeliter jugulatus est circa annum 1560. vel 1565. die 14. Aprilis.

PETRUS PASCHALIS. Vide *Cathalanus Fabri.*

PETRUS PICQUET. Vide *Joannes Benedictus.*

PETRUS PRUS natione Gallus, Conventus Athensis in Flandria Vicarius a furentibus hæreticis Gandavi occisus, Martyr in cœlum evolavit anno 1571. die 19. Novembris.

PETRUS de PULCHRO-MONTE egregius Concionator, *Joannes Raulctus*, et alii, quorum nomina Deus novit, in Conventu Apamiæ civitatis Galliæ togatæ provinciæ Aquitaniæ recentioris ab hæreticis sævissime jugulati, et eorum corpora in puteum projecta sunt anno circiter 1563. die 3. Martii.

PETRUS QUARTUS. Vide *Carolus Lusachius.*

PETRUS ROMANUS Tertiarius. Vide *Nicolaus a Monte Corvino.*

PETRUS SOLVENS in Africa Martyr an. 1533.

PETRUS de SENIS. Vide *Thomas de Tolentino.*

PETRUS TAUZIETUS. Vide *Petrus Borgelarius.*

PETRUS TLOEATUS Conventus Borgerucensis provinciæ Aquitaniæ recentioris, religiosissimus Sacerdos, quem ob Ecclesiæ Romanæ defensionem hæretici crudelissime necarunt die 30. Augusti circa an. 1570. Vide tom. 2. Annal. anno 1290. num. 26.

PETRUS VABOLESIUS. Vide *Carolus Lusachius.*

PETRUS a VELASCO. Vide *Michael ab Occania.*

PETRUS VERONENSIS Conventus Castrogelosiani provinciæ Aquitaniæ recentioris Lector, et dicertissimus concionator, atque *Joannes Moretus* Sacerdos, ante fores ædis B. Virginis Mariæ ex arbore suspensi martyrii palma laureati sunt die 26. Martii circa annum 1567.

PETRUS XUQUEXICO. Vide *Petrus Baptista.*

PHILIPPUS ANICIENSIS natione Gallus, nobili genere ortus, patria Podiensis, seu Aniciensis in Avernia, vulgo *le Puy*, quem sanctus Antonius Petavinus ibi prædixit ejus matri prægnanti fore Fratrem Minorem, et Martyrem, et plurimos ad martyrium animaturum. Omnia hæc contigerunt Azoti in Idumæa. Nam castro Saracenis proditorie tradito, ubi ipse B. Philippus, et mille circiter orant Christiani, quos a barbaris captos, et ad mortem damnatos ad eam fortiter pro Christo ferendam cohortatus est, quod et fecerunt; ipse vero ultimus reservatus est, ut atrociora tormenta pateretur. Soldanus ergo præcepit, ut ei junctnræ manuum frustatim incideretur, et ad umbilicum usque excoriaretur, et cum semper Christianam fidem prædicaret, linguæ ei præcisa est, nec tamen, o miraculum! loqui cessavit. Tandem capite abscisso, felix anima migravit in cœlum nonis Martii an. 1288. Vide tomo 2. Annal. num. 36. et tomo 1. anno 1231. num. 18.

PHILIPPUS O FEUS. Vide *Donatus Hinrechan.*

PHILIPPUS a JESU. Vide *Petrus Baptista.*

PONTIUS CHAISSY. Vide *Antonius Brunellus.*

RA-

R

RADULPHUS DELPHIUS, vel *Rodulphus*, insignis Theologus, Conventus Lovaniensis alumnus, Conventus Mechliniensis Vicarius, ab hæreticis ob fidem Catholicam in vinculis conjectus, ac diu squalore carceris afflictus, multisque ærumnis vexatus animam Deo reddidit die 25 Julii anno 1580.

RAYMUNDUS CARBONERIUS. Vide *Stephanus de Narbona.*

RAYMUNDUS LULLUS Majoricensis nobilibus Cathalauis ortus parentibus, Tertii Ordinis S. Francisci zelo Catholicæ fidei trajecit in Africam, ubi captus a Saracenis, et multis plagis affectus, ac tandem lapidibus obrutus Numidiæ novæ, vulgo *Bugiæ*, Martyr occubuit anno ætatis suæ 70. die 29. Junii an. Christi 1315. Tom. 2. Annal. et to. 3. an. 1315. num. 5.

RAYMUNDUS de PROVINCIA. Vide *Richardus de Burgundia Episcopus.*

RAYMUNDUS ROEDANUS Conventus Condomensis Aquitaniæ recentioris in ultima ejusdem Conventus eversione circa annum 1570. ab hæreticis occisus est die 8. Augusti.

RAYMUNDUS ROISSELIUS. Vide *Joannes Gossonius.*

RAYMUNDUS RUFUS, idem qui et de *Provincia.* Vide *Richardus de Burgundia.*

RAYNERIUS a LINTRIS. Vide *Gorgonius a Maldeberto.*

RICHARDUS de BURGUNDIA Episcopus civitatis Amalech in Tartaria, *Franciscus de Alexandria, Pascalis de Hispania, Raymundus Rufus* de Provincia Presbyteri, *Laurentius de Alexandria, Petrus Marcelli* de Provincia Laici, et *Joannes Niger* de India Tertiarius, a Saraceniy ligati, pugnis, alapis, ac sputis lacessiti, deinde gladiorum puncturis, ac incisionibus nasi, auriculorum, aliorumque membrorum vexati, tandem trucidati martyrii palmam adepti sunt die 24. Junii anno 1340. Vide tomo 3. Annalium a. 1341. num. 7.

RICHARDUS CARTERET. Vide *Thomas Pakington.*

RICHARDUS RISBEUS. Vide *Hugo Richetus.*

RICHARDUS a S. ANNA Belga Conventus Nigellæ alumnus provinciæ Flandriæ, nonnullis *de S. Anna* etiam dicitur, *Petrus Abulensis* provinciæ S. Joseph, et *Vincentius a S. Joseph* ejusdem provinciæ, quorum comites inseparabiles fuerunt *Leo*, et *Lucius de Freitas* Japouenses Tertiarii, Nangazachi in Japonia die 10. Septembris an. 1620. lento igne horrendo tormenti genere combusti fuerunt.

RODULPHUS DELPHIUS. Vide *Radulphus.*

RODULPHUS GIAMETUS, seu *Hiaciamet*, Sacerdos Conventus Magdunensis provinciæ Turonæ Pictaviensis alumnus, ab hæreticis pro Catholicæ religionis defensione trucidatus est circa annum 1560. die 21. Martii.

ROGERIUS VIGUERIUS. Vide *Alexius Sampson.*

RUELLO S. Theologiæ Doctor, et Custos Custodiæ Pictaviensis apud Niortinm in Pictavia circa annum 1562. die 7. Junii Theologicæ laureæ martyrii coronam ab hæreticis ob fidem Catholicam occisus adjunxit.

S

SAMUEL Ceptæ Martyr. Vide *Daniel.*

SEBASTIANUS FLORENTINUS, cum esset juvenis egregiæ formæ, sollicitatus a duabus impudicis mulieribus, nec illarum voluptati consentiens, ab illis occisus est, et clam sepultus. Re tamen per eas Guardiano detecta, in Conventu S. Francisci Montis Fenularum provinciæ Tusciæ circa annum 1528. corpus conditum est.

SEBASTIANUS a S. JOSEPH Hispanus ex villa Methymnæ Campi nobili prosapia ortus, apud Insulanos Moluccenses pro Christi fide sagittis toto corpore confixus occubuit anno 1610. die 18. Junii. Vide Joannem a S. Maria part. 2. Chron. prov. S. Joseph lib. 4. cap. 35.

SIXTUS. Vide *Joannes Elvasius.*

STANISLAUS Leopolensis Conventus in Polonia Guardianus a Tartaris illam urbem devastantibus occisus est cum aliis plurimis Fratribus an. 1343. die 28. Maji. Vide tom. 3. Annal. eodem anno num. 18.

STANISLAUS Cracoviensis Episcopus. Vide *Gastoldus.*

STEPHANUS a BARGUELLO duxit originem a Parœcia Burgunica Sagiensis diœcesis in Neustria, generis nobilitate, et scientia clarus, Conventus Sagiensis provinciæ Franciæ Parisiensis alumnus, ab hæreticis confessus gladiis Martyr occubuit an. 1568. vel 1569. die 12. Aprilis.

STEPHANUS a BORDA. Vide *Antonius de Pulchro Visu.*

STEPHANUS CORTANT. Vide *Antonius de Malin.*

STEPHANUS HUNGARUS, aliquando lapsus, sed facti pœnitens absolutus; mox die solemni apud Saraim Tartarorum urbem congregatis decem millibus Saracenorum, quæ contra Christum, et fidem Christianam dixerat, retractavit; quapropter verbera, suspendia, membrorum dissensiones, ignes, et alia pro Christo tormenta pertulit: demum toto corpore gladiis confosso, victrix animæ cælum petivit anno 1334. die 22. Aprilis. Multis postea claruit miraculis. Admirandum ejus martyrium fuse scripsit Bartholomæus Pisanus libro 1. Conformit. fructu 8. parte 2. in Fratr. Min. sanctit. illustr. apud Vicarium Aquilonarem. Vide tomo 3. Annal. ad illum annum.

STEPHANUS HUNGARUS alter. Vide *Conradus de Saxonia,*

STEPHANUS de LANICH, vel *de Tunelli.* Vide *Donatus de Rutic.inio.*

STEPHANUS MAUGIS Conventus Antisiodorensis provinciæ Franciæ alumnus, cum Verziacum proficisceretur concionaturus, ab hæreticis captus, occisus, et in flumen Yonam projectus est anno 1568. die 10. Septembris.

STEPHANUS de NARBONA, primum Ordinis sancti Benedicti cujusdam Monasterii in territorio Tolosano, ad Ordinem sancti Francisci se contulit. Factus sanctæ fidei Inquisitor una cum *Raymundo Carbonerio*, ab hæreticis capti, nudati, plumbo liquato, ac ferventi pice, et resina perfusi, atque seminsti martyrii palmam consecuti sunt die 29. Maji. Vide tomo 1. Annalium anno 1242. num. 3.

STEPHANUS N. juxta Goam apud Indos Orientales ab infidelibus martyrium passus est anno circiter 1557. die 21. Octobris.

STEPHANUS REGNACUS. Vide *Gulielmus Reviarchus.*

STEPHANUS de TUNELLIS. Vide *Donatus de Ruticinio.*

T

THADÆUS DALÆUS Hibernus ob defensionem fidei Catholicæ ab hæreticis Limerici capite plexus est anno circiter 1576. die 1. Januarii. Vide tomo 2. Annal. 1291. num. 51.

THEO-

THEODORICUS LOET Embricæ Guardianus anno 1572. 20 Aprilis crudele martyrium ab hæreticis Zutphaniæ passus est: nam post sartagines ignitas, faces ardentes, pedum, laterumque adustionem, ac totius corporis in tortura dissolutionem tandem capite truncatur, atque in quatuor partes dissectum corpus super muros civitatis cum lachrymis proborum suspenditur.

THEODORICUS ENDENUS. Vide *Nicolaus Pichius*.

THOMAS BELCHIANUS Anglus eximius concionator, anno ætatis suæ 28., anno vero Christi 1537. pro defensione Romanæ Ecclesiæ ab Henrico VIII. Angliæ Rege carceris squalore, et inedia consumptus interiit.

THOMAS BERINGHEN Sacerdos Brabantus Thenis ab hæreticis in puteum, capite deorsum verso, demersus martyrio coronatus est anno 1591. die 7. Augusti.

THOMAS BLASIUS Thenis in Gallia ab hæreticis in puteum demersus martyr occubuit an. 1597.

THOMAS CORTUS Anglus, genere illustris fide, ac zelo Catholicæ religionis nobilior, jussu Henrici VIII. vinculis, et carceres passus, tandem fœditate loci, ac inedia maceratus occubuit anno 1537.

THOMAS COSAQUIUS Tertiarius. Vide *Petrus Baptista*.

THOMAS a FULGINEO Laicus. Vide *Antonius de Saxonia*.

THOMAS GERALDINUS Hibernus, concionator indefessus, pro fide Catholica multibus laboris, et molestiis, ac ærumnis confectus in custodia Castri Dublinensis, obiit die 12. Julii anno 1547. Vide Annlecta Hibernicæ, et tom. 1. Annal. an. 1271. num. 15.

THOMAS PAKINGONT, *Bonaventura Roo, Joannes Tuit*, et *Richardus Carteret* Angli, yub Henrico VIII. pro fide Catholica multa passi cursum gloriosi certaminis complevernnt an. 1537. die 9. Augusti.

THOMAS TOLENTINAS, *Jacobus de Padua*, et *Demetrius* Laicus anno 1321. die 13. Aprilis apud Thamnam Saracenarum civitatem, piurimis pro Christi fide tormentis toleratis, ac superatis, victores migrarunt in cœlum.

THOMAS XICO. Vide *Petrus Baptista*.

TUSSANUS FORTINUS. Vide *Paulus Tonnellerius*.

V

VENCESLAUS N. Vide *Paulus N.*

VINCENTIUS FORTIS Burgundus, provinciæ S. Bonaventuræ vicit fortiter ab hæreticis illata tormenta; nam ad equi caudam alligatus, et per aspera loca raptatus, postea in terram usque ad brachia in cruce modum extensa defossus, tandem capite conquassato, gloriosi certaminis palmam obtinuit die 12. Junii anno...

VINCENTIUS a S. Joseph. Vide *Richardus a S. Anna*.

ULRICUS ATHLECOVIENSIS, sive de *Alecovirez*, et *Martinus Hadensis*, sive de *Alid*, in Vilnacastro apud Livoniam an. 1341. horrendo genere mortis martyrium passi sunt die 7. Augusti. Vide tomo 3. Annal. eodem anno num. 12.

VOISLAUS in Prussia. Vide *Conradus*.

VOISLAUS BELGA Laicus a ferali rabie hæreticorum crudeliter jugulatus est circa annum 1570. die decima octava Aprilis.

FINIS.

PROTESTATIO AUCTORIS.

CUM Sanctiss. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. *in S. Congregatione S. R. et Universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die* 5. *Julii anno* 1634. *quo inhibuit imprimi libros hominum, qui sanctitate, seu martyrii fama celebres e vita migrarunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tanquam eorum intercessionibus a Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, et quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctiss. die* 5. *Junii* 1631. *ita explicaverit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolute, et quæ cadunt super personam, bene tamen ea, quæ cadunt supra mores, et opinionem, cum protestatione in principio, quod iis nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Auctorem. Huic Decreto, ejusque confirmationi, et declarationi observantia, et reverentia, qua par est, insistendo, profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo ea solent, quæ humana duntaxat auctoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ niluntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.*

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.